SCRIPTORES
PIARUM SCHOLARUM
LIBERALIUMQUE ARTIUM MAGISTRI
QUORUM
INGENII MONUMENTA
EXHIBET
ALEXIUS HORÁNYI
BUDENSIS
EIUSDEM INSTITUTI
PLURIUMQUE SOCIETATUM ERUDITARUM
MEMBRUM.

PARS I.

BUDAE,
TYPIS REGIAE UNIVERSITATIS HUNGARICAE.
ANNO 1808.

LECTORI BENEVOLO
S. d.
LUDOVICUS SCHEDIUS
AESTHETICES PROFESSOR P.

Quamquam et angusti, quod conceditur, temporis ratio, et aliorum, qui nunc urgent, laborum necessitas, operi huic praefandi provinciam, ab Auctore clarissimo mihi delatam, suscipere vetent: desiderio tamen Viri celeberrimi, mihique amicissimi, deesse nec volo, nec possum, cum et honoris, quem hac re mihi oblatum existimo, sensus curaque, et amicitiae, animorum consensu, studiorumque similitudine firmatae, officium, id obsequii genus deposcat. Ne tamen improvida festinatio, ad quam de ampliore materia disserentem brevitas temporis cogeret, gravitati, et adeo dignitati tum Auctoris, tum argumenti ab eo pertractati officiat: uberiorem eorum, quae ad meritum huius operis rite aestimandum pertinent, expositionem eo relegandam esse arbitror, ubi Auctoris vita quoque, (quam ut ipse insereret, modestia cum vera eruditione animique cultu semper coniuncta prohibebat,) opportune enarrabitur, scilicet ad Tomum II[dum], qui ea complectetur nomina, quibus littera H initialis est.

Nunc igitur id solum agere decet sincero pectore, ut bene precantes, et Auctori venerando, et patriae carissimae, toti denique orbi erudito

dito congratulemur de opere praesenti ad finem ita perducto, ut iam nihil obstare videatur, quin iuris publici fiat. Exegit enim Auctor clarissimus novum hocce ingenii, et industriae suae monumentum aetatis anno tertio supra septuagesimum, ita feliciter, vt in eo nullum seu iudicii, seu vigoris deficientis vestigium deprehendas. Utinam illum superi diu incolumem servent! At merito etiam patriae nostrae laetari possumus, quae sacro Piarum Scholarum Ordini, in tot Europae regnis, de litterarum flore, iuventutisque educatione summopere merito, primum, eumque gravissimum ac locupletissimum subministravit historiae eius litterariae scriptorem, qualem Gallia Ordini Benedictinorum, et quidem Congregationi S. Mauri celeberrimae in Renato Prospero Tassin, et Ordini Praedicatorum Quetif et Echardio: in Italia Cl. Reg. Iesuitis in Philippo Alegambe, Theatinis in Vezzosio, Lucensibus Matris Dei in Franceschino suppeditaverat. Quantum denique gaudii capere possunt eruditi ex nova hac luce affusa historiae litterariae, praesertim hungaricae, quam olim iam idem Clar. Auctor celebratissimo suo opere *Memoriae Hungarorum et Provincialium scriptis editis notorum*, plurimum illustraverat.

Faxit igitur Deus, ut opus iam feliciter scriptis mandatum vita comite Auctoris, eiusque cura propediem typorum arte ad publicam efferatur lucem! — Scribebam Pesthini XII. Cal. Septemb. MDCCCVIII. A.

A.

ABESKA (*Lucas a S. Carolo*) natus in Moravia MDCCXXII. et Fratribus Operariis adscriptus, Piarum Scholarum Instituto se totum devovit Anno MDCCXLVIII. Magister in arte pingendi praestantissimus, cuius quam plurima eaque luculenta in palatiis, et sacris aedibus conspiciuntur, relicta post se industriae monumenta. Die Sabbathi, quem in honorem Beatae Virginis Mariae ieiunus religiose transegerat, dum a solennibus ab Ecclesia supplicationibus redibat, apoplexia tactus exspiravit Duodecimo Calendas Maii Anno MDCCXCIII.

ABSDORFSKY (*Hermannus a S. Francisco*) Litomislienis Bohemus aura vitali primum frui coepit A. MDCLXXIII. seque addixit Ordini Scholarum Piarum MDCXCII. Post traditas humaniores litteras, Philosophia, et Theologia Iuniores Instituti sui annis pluribus instituit.

In natali solo pie obiit A. MDCCXXXIX. Opera sequentia huius industriae adscribuntur.

1) *Philosophia compendiosa methodo in resesolutiones distributa.* Wildbergae Anno M. DCCXI. 8vo.

2) *Exercitia octiduana spiritualia non solum Religiosis, sed et Saecularibus Personis ad profectum, et perfectionem spiritualem adspirantibus perquam utilia conscripta a P. Hermanno a S. Francisco Cler. Regul. Scholarum Piarum.* Reginae Hradecii Anno M. DCCXXVII. 12mo.

AGNOLETTI (*Liborius a S. Ioanne Baptista*) natus est in Hetruria Florentiae Anno MDCLXXXII. Institutoque Scholarum Piarum se devovit MDCCVI. qui absolutis scientiarum studiis primum Rhetoricam variis in locis, et in ipso Florentino soli natalis Collegio summa cum laude per plures annos docuit, et tradendis dein Moralis Theologiae praeceptis ita mentem suam, ac se totum addixit, ut nec unquam ab huiusmodi munere pro Instituti nostri ratione dimoveretur, recusato etiam variarum Domorum regimine, ad quod fuerat designatus, crebro expetierit, atque impetrarit. Demum abdicata rerum ceterarum, praeterquam religiosarum virtutum cura, sacris, ac panegyricis Orationibus, pro ea, qua

qua praecipue pollebat singulari dicendi arte, aut pro aliis scribendis, aut a se in solennioribus vicinarum civitatum celebritatibus habendis adsidue incumbens, multum vir excellens commendatus fuit, gravissimique Theologi simul, eloquentissimique Oratoris famam ubique, et apud omnes iure merito est adsecutus. Sed cum ad eas limandas novis hortatibus, atque auctoritate ornatissimorum Virorum permotus, manum admoveret, ac maioribus sapientiae argumentis amplificaturus esset, Cal. Octobr. apoplexia tactus inter precantium, et Viri excellentis iacturam dolentium lacrimas vivere desiit Castilione in Collegio Instituti sui A. MDCCLV. Opus posthumum hac inscriptione prodiit.

Orazioni sacre e panegyriche composte e recitate da Padre Liberio Agnolletti di San Gian Babtista C. R. delle Scuole Pie. In Firenze nell anno MDCCLVI. 4to.

AGRICOLA, vulgo BAUER (*Fulgentius a S. Antonio*) Austriacus Enzendorfensis natus est Anno MDCCXXXI. Ordini Scholarum Piarum nomen dedit A. MDCCXLVII. Vir non minus ab integritate morum, quam a litterarum, eruditionisque fama commendatissimus. Quam Iuvenis continuo, dum severiorum disciplinarum studiis vacabat, spem de se dederat, cum

postea non implevit modo, sed etiam longe superavit. Scholis docendis admotus humaniores litteras Viennae primum in Loewenburgico Nobilium Collegio aliquot annos, tum in Caesareo-Ducali Academia Sabaudica insigni Discipulorum, atque Instituti commendatione docuit, nitoris in stilo et latino, et patrio tantopere studiosus, ut inter utriusque emendatores nostris in regionibus, exterorum etiam id testantium suffragiis adnumerari meruerit. Et quoniam sciendi non vulgari flagrabat desiderio, praeter eximiam Graecae Linguae intelligentiam, in qua complures primae nobilitatis instituit, cultissimarum Europae Nationum, Linguas, Italicam scilicet, Gallicam, Anglicam suo potissimum marte insigniter condidicit. Annorum numero Iuvenis, ac iudicandi acrimonia satis maturus, Cathedram Philosophicam in eodem pleno difficultatis loco inscendit, et uberem optimis fructibus eruditionem suam, qua Nobilissimis Parentibus, qua litteratae Urbi mirifice probavit. Subinde in eadem Academia Pro-Rectoris Officium cum Philosophi munere coniunxit; postremis sex vitae suae annis, ibidem Nobilem Iuventutem mathemathicis disciplinis erudivit, et Physices demonstrationibus, ac experientiae innixae Professorem egit, in naturae investigatione per omnes Physicae partes, praesertim Mineralo-

giam,

giam, Botanicam, et his affines indefessum, variis etiam hunc in finem intra, atque extra Patriae fines emensis itineribus. Mathesim vero prae caeteris impensius ad extremum vitae spiritum coluit, ut qualem domesticos inter parietes Instituti nostri contubernales iudicarunt, talem foris iudicatum litterariis in Actis non semel legerent. Ita vero cum eruditione excelleret, virtute non fuit inferior, et honesti, rectique viri laudem ab omnibus perpetuo tulit, cui nihil vitio dari potuit, quam quod minus moderato mentis perficiendae studio abreptus, valetudinis curandae tantum non oblitus dies meditationibus, noctes vero saepe totas observationibus impenderit. Qua contentione factum, ut ultra annum periculosissimis oculorum doloribus primum obnoxius, atque ex hoc morbo restitutus, postremo phthysi contracta mensibus aliquot conflictaretur. Denique in ipso aetatis flore, ac medio eruditionis cursu praeter Medicorum expectationem, quum pridie adhuc spem valetudinis fecisset, ad extrema deductus, magno rei litterariae in patria nostra damno in eadem Academia Sabaudica, quam decem annos insigniter ornaverat, vivere desiit anno MDCCLXV. Cuius exuviae in frequenti Nobilium Academicorum comitatu ad Collegium Iosephinum translatae ibidem tumulo illatae

sunt.

sunt. Nonnullae huius exstant opellae, cum in mansvetiore, tum severiore litteratura publici iuris factae, quas inter eminent.

1) Dissertatio Epistolaris de electricitatis Theoria, et usu, quam in Sabaudica Nobilium Academia defendit Illustrissimus Dominus L. B. Antonius Pongracz de Szent-Miklós, et Óvár Praeside P. Fulgentio (Agricola) Bauer e Clericis Regularibus Scholarum Piarum AA. LL. et Philosophiae Professore A. MDCCLXII. Viennae typis Schultzianis 4to. Haec est illa dissertatio, quae post Virorum ea in re conatus digna habita, quam exteri quoque datis ad eum epistolis percupide expeterent. Versa in germanicum, et publici iuris facta Chur, et Lindaviae Anno MDCCLXX. 8vo.

2) Rede von dem Vorzuge der deutschen Sprache in der Naturkunde, und Grössenlehre, welche in einer Versammlung der Herzogl. Savoys. Ritter-Akademie bey feyerlicher Eröfnung des Schuljahres Anno MDCCLXII. auf den dasigen Hörsale gehalten worden. Wienn bey Trattner im Jahr MDCCLXIII. 4to.

3) Entwurf einiger vortrefflichen Lehren aus der höhern Naturkunde, und Grössenlehre, worüber die Herren Johann, und Thadaeus des Heil. Röm. Reichs-Graff von Thurn, Valsassina, und Taxis in der Herzogl. Savoys. Ritterakademie öffent-

öffentlich geprüffet werden. Darzu kömmt ein Anhang von den Vortheilen der Bevölkerung eines Landes aus der Einführung der Machinen bey Gelegenheit eines Satzes aus der Polizeywissenschaft, welcher unlängst auf hiesiger hohen Schule ist vertheidiget worden von Fulgent Bauer (Agricola) aus den Frommen Schulen auf der Ritter-Akademie der Grössenlehre, und verschiedenen Naturkunde Lehrer, Mitgliede der k. k. Gelehrten Gesellschaft zu Roworedo. Wienn bey Trattner Anno MDCCLXII. mit II. Kupfertafeln. 4.

4) Ode auf ihrer k. k. Maiestät Maria Theresia in Germanien zu Ungarn, und Böhmen Königin bey ersten Eintritt in die Herzogl. Savoys. Ritterakademie bey Gelegenheit gehaltenen Carroussels, von P. Fulgentius Bauer (Agricola) aus den Frommen Schulen in Namen der Academie. Wienn im Jahr MDCCLXI. 4to bey Trattnern.

5) Propositiones Metaphysicae, ac Mathematicae, quas in Ducali Sabaudica Nobilium Academia publicae periclitationi exponit Illustrissimus Dominus Vincentius Comes a Sauer Praeside P. Fulgentio Bauer (Agricola) e CC. RR. Scholarum Piarum in Academia laudata Matheseos, et Physicae exp. Professore, et Academiae Caes. Regiae Roboretanae Membro. Vindobo-

nae

nae typis Schultzianis Anno MDCCLXI. 4to cum nova methodo demonstrandi rationem, quam superficies sphaerae habet ad circulum maximum, et superficiem cylindri, cuius basis est idem circulus maximus, altitudo autem diameter. Accessit quadratura ungulae cylindricae, et figurae sinum Auctore Viro Clarissimo de la Hire Memoire de l' Academie Royal des Sciens depuis MDCLXVI. jusq' a MDCXCIX à Paris 4to Tom. X. pag. 104. ex Gallico Idiomate latina civitate donata cum Tabulis aeneis IV.

6) In Ephemeridibus litterariis maxime Manhemianis Physici, et Mathematici argumenti libros ad crisim revocatos perspicuitate magna recensuit.

7) Excerpsit Physica, et Mathematica secundas vires sufficiente Eduardo Job S. P. ex Actis Petropolit. et Vindobonae prelo subiecit MDCCXII. typis Kaluvod. 4to.

AIGL (*Glycerius a S. Georgio*) Hungarus honestis parentibus natus est Sascinii Provinciae Posoniensis Oppido Anno MDCCLXI. iactis in S. Georgio apud Pias Scholas Linguae Latinae, et humaniorum Litterarum fundamentis, completoque Philosophiae cursu apud easdem Pestini, lubens, volensque Instituto laudato, quod dudum dilexerat, Anno MDCCLXXVIII. nomen de-

dedit. Doctis aliquot annis Grammaticae, et Humanitatis Scholis magna sui, et Ordinis commendatione pietatis, ac litterarum amorem in puerorum mentes Moderator instillare non cessavit. In usum Iuventutis apud Scholas Pias frequentantis elegantem sacrarum odarum, ac precum syllogen publici iuris fecit Pestini apud Mathiam Trattner MDCCXCVIII. 12mo: quae editio auctior, et locupletior apud eundem repetita fuit Anno MDCCXCIX.

ALAPI (*Constantinus a Passione Domini*) Hungarus Unguariensis nobili genere ortus, et V. Augusti Anno MDCXCVIII, A primis pueritiae annis morum elegantia, prudentia, litteris, et pietate commendabilis omnium sibi benevolentiam conciliavit. Postquam in Scholarum Piarum Instituto, quod A. MDCCXXIV. amplexus est, pluribus annis existimatione singulari sui nominis, Ordinisque nostri commendatione, atque admirabili Iuventutis emolumento Scholis docendis vacasset, ob raras naturae, animique dotes Collegio Prividensi Rector, et Scholae adfectuum Magister praefectus fuit, quod munus maxima omnium adprobatione pluribus annis egregie gessit. Dignus proinde habitus, qui universam provinciam communibus Patrum suffragantium votis potestate rerum gerendarum

supre-

suprema gubernaret. In ea dignitate constitutus, dici nequit, quanta ille mansvetudinis, benevolentiae, patientiae, aliarumque virtutum ediderit specimina. Ut tantisper a gravissimis respiraret occupationibus, Urbani VIII. Pontif. Max. exemplo reliquum omne tempus Poesi, qua mirifice delectabatur, excolendae, ac versibus pangendis, doctorumque amicorum temporibus transmittendum putavit. His ille quasi praesidiis, atque alexipharmacis acerbos podagrae dolores, atque aculeos lenire, ac reprimere sibi videbatur, dum rude donatus toto pectore suis rebus intentus esset; hinc eam facilitatem nactus est, ut saepe nec cogitanti carmen nasceretur; et quod Eruditi Lipsienses de Renato Rapino tribus ante mortem horis contigisse memorant, hoc ipsum nostro Constantino, antequam excederet, dimidia hora sibi reddito evenit. Quaerentibus de valetudine, ac doloris acerbitate, versu gravi, oculorum acie in cruce adfixi imaginem defixa respondit, quem hic loci adscribere placet;

Constantine iaces prostratus: desere mundum;
At nihil est mundus; deseris ergo nihil.
Viventi Iesu! mihi portus eras: morituro
Adsis praesidium dulce, decusque meum.

His dictis versus fundere, ac vivere dolore omnium maximo desiit Prividiae Anno MDCCLII,

Opera

Opera, quibus poetarum animos, vel post sua fata Constantinus noster pascit, his titulis insignita prostant:

1) Myrias versuum sine ellipsi, et synaloephe editorum. Honori, ac Venerationi Excellentissimi, ac Reverendissimi Domini Gabrielis Antonii e Comitibus Erdődi de Monyorókerék Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Agriensis, Montis Claudii, et Comitatuum Varasdiensis perpetui, Hevesiensis vero, et exterioris Szolnok supremi, ac perpetui Comitis, Abbatis S. Georgii Militis, ac Martyris de Jaak S. C. R. A. Maiestatis Intimi, et Excelsi Consilii Locumtenentialis Consiliarii etc. DD. Moecenatis gratiosissimi devincto ex corde oblatorum Auctore Constantino Alapi a Passione Domini e Clericis Regularibus Scholarum Piarum Anno, quo VIta DeVs VIVIfICet, faCIatqVe beatVM. Tyrnaviae typis Academicis per Leopoldum Berger. 8vo.

2) Constantini Alapi a Pasaione Domini e Clericis Regularibus Scholarum Piarum sine ellipsi, et synaloephe Odarum Leonino-Sapphicarum Libri tres Honori, ac Venerationi Illustrissimi, Reverendissimi Domini Domini Stephani Augustini Nozdroviczky de Eadem, et in Kamentsán Electi Episcopi Catariensis, Praepositi B. M. V. de novo Monte Pestiensi, Vener. Capi-

pi-

pituli Nitriensis Canonici, et Lectoris, sede vacante eiusdem Vicarii Generalis, Tabulae Regiae Iudiciariae Septemviralis Praelati, et Assessoris, Domini Domini Patroni gratiosissimi in contestationem sinceri affectus per eiusdem Auctorem Anno, quo aD LeVe rVrsVs opVs IVVenILIa CarMIna VenI Tyrnaviae typis Academicis MDCCXLI. 8vo.

3) Constantini Alapi a Passione Domini e Clericis Regularibus Scholarum Piarum Epigrammatum Moralium, Aenigmatum, ac Tumulorum Libri VII. Tyrnaviae typis Academicis S. I. Anno MDCCXLV. 8vo.

4) Apologorum Moralium Libri VI. Elegiarum unicus. Honori, ac Venerationi Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Domini Martini Biró de Pardany, Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopi Wesprimiensis, Loci, et Comitatus eiusdem nominis Supremi, et Perpetui Comitis, Sacrae Caesareae, Regiaeque Maiestatis Consiliarii Hungarici, Serenissimae Reginae Hungariae Cancellarii etc. Domini Patroni gratiosissimi consecrati Auctore Constantino Alapi a Passione Domini e Clericis Regularibus Scholarum Piarum. Tyrnaviae typis Academicis S. I. A. MDCCXLVII. 4to.

5) Msptum Opus DCC. symbolis constans in laudem Beati Iosephi Calasanctii Scholarum

Pia-

Piarum Conditoris. Hic noster Constantinus visus est se ipsum superasse; utinam hoc, quod ante duodecim lustra Iuvenis legi, publicam Eruditorum lucem typorum beneficio vidisset!

ALAUNIA (*Aemilianus*) Viennensis natus A. MDCCXL. Instituto Scholarum Piarum nomen dedit, absolutoque Scientiarum sublimiorum cursu Scholas vernaculas primum, mox latinas Grammaticae, et Humanitatis Classes praeclara industria, Iuvenumque progressu variis in Gymnasiis docuit. Modo Viennae in Collegio Nobilium Loewenburgico Rectoris munus, dum haec scribo, pro dignitate sustinuit; ac bonorum omnium exspectationi, votisque satisfacere nitebatur. Obiit Anno MDCCCIV. Auctor est sequentium opusculorum:

1) Der Akademische Jüngling. In einer Versammlung der k. k. Theresianischen, und Savoyschen Ritter-Academie vorgetragen auf dasigem Hörsale bey feyerlicher Eröffnung des Schuljahres an 5 Wintermonats Anno MDCCLXXIX. von Aemilian Alaunia aus dem Orden der Frommen Schulen. In Wien Anno MDCCLXXX. 8.

2) Erdbeschreibung zum Gebrauche der studirenden Jugend in kaiserlich-königlichen Staaten.

3) Rede über die Vortheile der gemeinschaftlichen Erziehung der k. k. Theresianisch-Leopoldinischen Ritter-Akademie in dem Gräflichen Löwenburgischen Konvict vor einer hochadelichen Versammlung auf dasigen Hörsale vorgetragen. In Wien MDCCXC. 8vo.

ALBER (*Ioannes Nepom. ab Assumt. B. V. M.*) natale solum nactus est Ovarinum insigne Provinciae Mosoniensis oppidum VII. Iulii Anno MDCCLIII. A tenera aetate litteris imbutus praestantibus ingenii speciminibus studiorum suorum Praesides praeclara spe complevit. Ad horum culturam, Iuventuti profuturus, ut tanto magis incumberet, illustre, ac perutile notum a Scholis Piis Institutum A. MDCCLXIX. amplexus est, in quo Philosophicas, et Theologicas Institutiones excipiens, parta Graecae, ac Hebraicae Linguae cognitione praeclaram de se opinionem ultro confirmavit, quae tanto aliis gratior emicuit, quanto maiori studio illam cum candore animi, humanitate, modestia, et de aliis bene merendi studio SS. Theologiae Doctor in Universitate Hungarica Scientiarum Budensi creatus coniungere nitebatur. Iuvenibus erudiendis admotus, eorum progressiones, qua verbo, qua exemplo feliciter provexit. Cum vero litteras humanioras Pestini docendo profi-

fiteretur, Anno MDCCLXXXII. residuis a docendi munere horis memorabilem adversus celeberrimum Philosophum, ac Mathematicum Rogerium Boschovichium e S. I. dissertationem conscripsit, et publica luce donavit hac praefixa fronti huius inscriptione:

1) Ioannis Nepomuceni Alber Clerici Regularis e Scholis Piis cogitationes philosophicae de immediato corporum contactú Theoriam Clarissimi Iosephi Rogerii Boschovicii respicientes. Viennae typis Iosephi Nobilis de Kurtzbeck A. MDCCLXXXIII. 8vo. *a*)

2)

---

a) His paululum immorari placet. Exposito luculente Boscovichii systemate omnium primo directe Celeberrimi huius Viri elevatur argumentum a corporum duorum conflictu petitum inde, quod cum corpore post peractum conflictum in distantia relate ad totum conflictum sint minima, adeoque habeant necesse ad aequalitatem reducta utriusque corporis celeritate confligere, ex quo rursum periodo quadam altera propter contrariam, et oppositam eorum motibus virium repulsivarum directionem, et legibus conflictuum contraria sequi debeat post peractum totum conflictum celeritatum vicissitudo. Quod idem pluribus aliis conflictuum exemplis illustrat, et confirmat, simulque docet, quam facili, et expedita via omnes illi corporum quorumcunque sine repulsivis viribus explicari possint conflictus. Postquam destinata opera ex ipsius Cl. Boscovichii ratione illam cum viribus

2) Ioannis Nepomuceni Alber Clerici Regularis e Scholis Piis SS. Theologiae Doctoris Sacrae Scripturae, Linguarum Orientalium, et Historiae Ecclesiasicae in Nitriensi Scholarum Piarum Collegio Professoris Institutiones Ecclesiasticae,

---

ribus repulsivis iuxta eundem elisit, suam inducit conflictum explicandi methodum, utiturque in corporibus confligentibus motus absoluti, et comparativi distinctione. In qua ita se versatum ostendit, ut cum voluptate legatur. Post haec argumenta Boschovichianorum omnia, quibus probare nituntur, compenetrari debere simplicia simplicibus contigua, et quae plurimum difficultatis apud omnes Philosophos semper habuerunt, solvit, tum directe tam mathematicis, quam metaphysicis argumentis etiam ostendit, simplicitatem repugnare materiae, punctorum scilicet simplicium compenetrationem, et ita Physicam cum Mathesi conciliat, ut neque ex mathematicorum punctorum compenetratione sequi debere ostendat, compenetrari materiae puncta, neque periculum immineat Mathesi, quod imprimis metuebat Antonius Genuensis. Deinde cohaesionem, elasticitatem, et caetera phoenomena, in quibus clarissima virium repulsivarum vestigia sibi deprehendere videntur Boschoviciani, explicat, et sic pleraque, ut sine his viribus repulsivis facillime, illa verò etiam impediri illorum phoenomenorum ratio ostendit. Postremo modum etiam exhibet, confligendi inter duo singularia quaedam elementa; totam autem lucubrationem sic absolvit, ut demonstret, non quidem propter im-

sticae, *a)* in quibus a nato Christo ad annum MDCCXC. *Res Religionis, et vicissitudines in* Ec-

---

immediatum corporum contactum, sed propter distantias illas Boschovicii minimas consequens esse, ut in corporum conflictu compenetratio sequi debeat, vel violatio continuitatis.

a) Est hoc monumentum elegans, atque aere perennius, quod clarissimi Auctoris memoriam ab oblivione vindicabit. Ut vero huius operis praestantia, usus, et solertissimi Scriptoris methodus in scribendo penitius noscatur, verba praefationis suae adiicienda putavi, ex quibus tanquam in speculo nitidissimo eximii conatus adumbratio, et structura conspiciatur. „Historia haec (ita orditur) ad hunc modum a me „scripta est. Propono facta, atque rerum eventus, „qui ad notionem publici status Ecclesiae pertinent, „non quae mere privatorum actiones sunt. Vicis„situdinum omnium demonstro fontes, et quibus „de caussis res quaelibet acciderit, quas deinde pro„gressiones, et exitus habuerint, cum necessariis „adiunctis. In commemorandis autem factis ordi„nem observo temporis, et unum narrationis filum „duco. Id pertinere non tantum ad naturam Histo„riae, quae confusa nusiam debet habere tem„pora, verum etiam conducere plurimum arbitror „ad eius claritatem. Nam qui *periodice* proponunt „historiam, et unius atque saepe plurium saeculo„rum narratio semper excurrit praetermissis, quae „interea acciderunt aliis, et quod raro aliquid in „Historia sit ita singulare, et seiunctum ab reli„quis, ut nisi inde lumen accedat, obscurum, quod

 „nar-

Ecclesia notabiles omnes, et ad notionem publici ipsius status pertinentes ordine temporis plene

---

„ narratur, evadat: historia nullibi perfectionem, „ atque integritatem habeat. Aut ergo earundem „ rerum repetitione saepius utendum erit, aut sine „ hac perfecte non intelligetur narratio, quod utrumque vitiosum est. Qui unius saeculi, aut „ maioris intervalli spatium perlegerit, facile ipse „ sciet eiusdem generis res, si volet, in unam summam colligere. Hac de causa narrationem ego „ naturali rerum ordine secundum chronologiam di„ sposui, sine qua historia omnis manca, et elum„ bis est; ipsos annos, prouti sibi saccedunt, in fron„ te, atque in paginarum lateribus exposui. Progre„ dior per singula saecula; haecque rursus in mi„ nores partes, et numeros divido, ac rerum argu„ menta praecipua in margine adnoto. Et quod „ sciam historiam earum rerum, quae propriis sen„ sibus perceptae non sunt, non mereri fidem absque „ testium auctoritate; has ego singulis numeris sub„ iicio, et quo earum quaelibet pertineat, per in„ teriectas narrationi litteras designo. Saepe cum „ res nobilioris ponderis est, et si praesertim depra„ vate consvevit narrari ab aliis, ipsa auctorum te„ stimonia intexo, sic ut ipsorum verba distincte ap„ pareant. In rebus Historiae controversis Criticam „ adhibeo, ita ut eam, si levioris negotii res sit, „ inter ipsnm narrandum testium auctoritate defi„ niam! si vero operosior, ne narrationem longius „ cogar abrumpere, absoluto illo narrationis numero „ alio litterarum charactere controversiam subiicio,

„ et

plene, et districte proponuntur, testium auctoritatibus ubique confirmantur, atque con-

tro-

„ et quid tuendum sit, demonstro, ac contrarias ra-
„ tiones removeo. Sed Critica utor tantum ad di-
„ iudicanda facta, non ad definienda, Hoc enim hi-
„ storiae proprium non est. Deinde ex ipsis etiam
„ factis illa imprimis critice consector, quae ad prin-
„ cipem referuntur scopum Historiae Ecclesiasticae,
„ et unde explicantur fidei, ac morum dogmata,
„ aut Ecclesiae demonstratur disciplina, aut si deni-
„ que res quaedam illustrior in Historia occurrat.—
„ Illud vero cumprimis in hac historia habui pro-
„ positum, ut quod historicus narrandi habet offi-
„ cium, id exsequar. Neque enim mihi illorum ra-
„ tio probari aliquo modo potest, ex quo numero
„ plerique recentes Historiae Ecclesiasticae Scriptores
„ sunt, qui cum se historiam scribere profiteantur,
„ tamen nihil minus, quam istud faciunt, et vix de-
„ libata alicuius facti expositione perpetuas animad-
„ versiones, atque reflexiones obtrudunt, et cum
„ lectoris munus esset, ex proposita historia iudi-
„ care, hoc ipsi praeiudicium exercent, atque ple-
„ rumque rem ad suum ingenium, et praeiudicatam
„ opinionem detorquent, saepe etiam numero ex
„ singularibus factis generaliter illegitime conclu-
„ dunt; nec quid in rebus gestis acciderit, sed
„ quomodo res eorum opinione esse debuisset, car-
„ punt, et proponunt. Eoque periculosius eadem
„ res esse consvevit, quod partim exaggerando, par-
„ tim quaedam reticendo, tum etiam adfingendo
„ falsa adiuncta, subdole iudicium lectoris eo pro-

„ pel-

troversiae historicae critice pertractantur. Opus ipsum in duos Tomos dividitur, ac singuli

---

„ pellant, quo destinatum habent. Non quidem quod „ historico subinde non liceat acutius cogitare, co„ gitationemque suam narrationi anteponere, eique „ vigorem aliquem addere, sed quod haec pro condimento tantum adhiberi debeat; non ut perpetuus „ sit in obtendendis lectori suis iudiciis. Tali meo „ proposito, quidquid in Ecclesia, et Religione Chri„ stiana inde ab epocha Nativitatis IESU CHRISTI ad „ MDCCXC. et ad Leopoldi II. auspicatum impe„ rium memoria aliqua dignum accidit, ordinate, et „ dilucide proponam, neque ulla necessaria adiuncta „ ad integre perspiciendas res praetermittam: sine „ quibus et insipida narratio est, neque tam facile „ memoriae adhaeret. Atque ideo media quadam „ via procedam, ut neque historia haec expictum „ aliquod sit compendium, neque etiam mole pre„ mat. Quod saepe non tam ipsis rebus, quam ver„ borum redundantia, et inani congerie accidere „ consvevit ex defectu stili in scriptore, qui amba„ gibus utitur, dum id, quod vult, nescit apte, et „ concinne explicare. — Quod iam ad ipsum Histo„ riae argumentum adtinet, eo ipsam tanquam ad „ certum scopum dirigo, primo ut doceam, quo„ modo Christiana Religio propagata sit, quoties, „ ac ubi locorum nova incrementa acceperit, et „ quas adversitates pertulerit; tum quae quovis tem„ pore fidei, ac morum doctrina in Ecclesia exsti„ terit; quae praecipua de religione materia cum „ primis versatur in contrariis orthodoxae fidei o-

„ pinio-

guli horum duabus partibus distinquuntur. Hoc Cl. Auctor Excellentiss. Illustriss. ac Reverendis-

„ pinionibus, quarum occasione dogmata dilucidata, „ et definita; idque maximam partem in conciliis sint; „ deinde in disciplina Ecclesiae, et in Religionis ritibus, quando res aliqua coeperit, desierit, atque „ immutata sit; qui item propugnatione fidei, aut „ defensione disciplinae Viri ingenio, eruditione, „ atque exantlatis laboribus plurimum praestiterint; „ et velut in civili historia non extremum sibi locum „ vindicat regni, atque imperii alicuius gubernatio, „ et illorum, qui ad clavum supremi dominatus sedent, commemoratio; ita hoc idem minime videtur, praetermittendum in Historia de Ecclesia, in „ qua Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei (Act. XX. v. 28) Et cum de reliquis „ Episcopis saepe occurret dicendum, tum praesertim ad integritatem historiarum pertinet Romanus „ Pontifex Ecclesiae totius caput, atque unionis centrum, ubi secundum Irenaeum convenire necesse „ est totam Ecclesiam (Lib. III. contra Haereses „ Cap. III.) Quorum ego et praecipuas ad regimen „ Ecclesiae pertinentes actiones, atque eorum continuam successionem proponam, cum hoc et imprimis, et ad demonstrandam stabilitatem Ecclesiae „ spectet; et nullus alius certior Orthodoxiae character sit, quam cum Ecclesia Romana communio. „ Nam aliae quaecunque quoad Religionem consociationes hominum, ac societates qualescunque nomenclationes adsciscant, et quantumcunque rectam, „ et secundum Evangelium exactam doctrinam de

„ se

dissimo DD. Iosepho Fengler Episcopo Jaurinensi S. C. R. et Apost. Maiestatis Consiliario, Praedialis Sedis Nobilium de Vétse supremo, perpetuoque Comiti, et Collatori, Praesuli munificentissimo summa observantia inscripsit, quod prodiit Colocae typis Scholarum Piarum Anno MDCCXCIII. 8vo.

2) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, et novi Testamenti Libros ab Io-*

„ se praedicent, nulla tamen inde certitudo esse potest, nisi sectas omnes, quarum nulla non integritatem fidei, ac doctrinae sibi suo iudicio tribuerat, orthodoxas fuisse demus. Illa *Petra*, supra quam Christus suam aedificavit Ecclesiam, est Lydius lapis, adversus quam non praevalebunt inferorum portae (Matthaei XVI. v 18.) Hoc tamen Historiae Ecclesiasticae caput vulgo praetermittere incipiunt recentes Historiae Ecclesiasticae Scriptores etiam Catholici, idque faciunt imitatione Protestantium. Ego denique Imperatoribus quoque, atque eorum successionibus locum tribuo in mea historia, propterea quod eorum imperia plurimum contulerunt ad Religionis vicissitudines, e quibus iam secundae res, iam adversae profluxerint in Ecclesiam. Hac methodo scripsi Historiam, in qua unice veritati studui. Neque enim vera Religio opus habet detorsionibus, et figmentis, nec actiones in utramque partem, quando ita historia exigit, dissimulo. Non enim a personarum offensionibus Ecclesiae auctoritas pendet, ac Religionis integritas. "

Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis SS. Theologiae Doctore, Linguarum Orientalium, et Sacrae Scripturae in Lyceo Archi-Episcopali Colocensi Professore. Pestini typis Mathiae Trattner Anno MDCCC 8vo. Sistitur hoc libello magni, ac diffusi operis conspectus, ac simul indicatur methodus, quam laudato Auctori in singulis Divinae Scripturae Libris ultro sequi placuit, specimenque interpretationis praebet illustratis aliquot capitibus; sic explicat Geneseos Caput I. et eiusdem Cap. XV. v. IV. Inde progreditur ad Psalmi secundi exegesim, atque analysim adiecta interpretatione; deinde in Canticum Canticorum praefatus, huius Caput primum evolvit. Mox progreditur ad Ioannis Caput primum de Verbo Dei, eodemque carne facto. Adiungit postremo aliquid ex Apocalypsi. Primis illis tribus Capitibus fiunt denunciationes ab eo, quem Ioannes inter candelabra septem aurea incedentem vidit, septem Asiae Ecclesiis. Quarto vero Capite incipit proprie apocalyptica visio: quae deinde perducitur ad finem usque Libri, estque tota inter se nexa tanquam ad unum aliquem scopum. Huius igitur initium speciminis gratia explanat, opusculoque finem imponit.

4) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, et novi Testamenti Libros ab* *Io-*

Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis, S. Theologiae Doctore LL. OO. et S. Scripturae in Archi-Episcopali Lyceo Colocensi Professore. In Tomo I. Genesis. Pestini typis Mathiae Trattner Anno MDCCCI. 8vo. Inscripsit hoc opus Venerabili Hungariae, et Provinciarum, quae cum ea coniunctae sunt, Clero, quod in quindecim, vel sedecim Tomos divisum absolvetur, quod nos intra quatuor annorum spatium futurum existimamus, et speramus, ac proinde Auctori solertissimo, nobisque amicissimo diuturnam incolumitatem ex animi nostri sententia precamur.

5) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, ac novi Testamenti Libros ab Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis S. Theologiae Doctore Linguarum Orientalium, et Sacrae Scripturae in Archi-Episcopali Lyceo Colocensi Professore. In Tomo II. Exodus,* Leviticus, et Liber Numerorum. Pestini typis Mathiae Trattner Anno MDCCCI. 8vo. Praemittitur singulis Libris elegans praefatio, ac perspicua eorum synopsis.

6) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, et novi Testamenti Libros ab Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis, S. Theologiae Doctore Linguarum Orientalium, et Sacrae Scripturae in Archi-Episcopali*

pali Lyceo Colocensi Professore. In Tomo III. Deuteronomium, Josue, Liber Iudicum, et Ruth. Pestini typis Mathiae Trattner A. MDCCCII. 8.

7) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, ac novi Testamenti Libros ab Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis, Sacrae Theologiae Doctore etc. etc. In Tomo IV. Liber Regum I. II. III. IV.* Pestini typis Mathiae Trattner A. MDCCCII. 8vo.

8) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, ac novi Testamenti Libros ab Ioanne Nep. Alber Clerico-Regulari e Scholis Piis, S. Theologiae Doctore, Linguarum Orientalium, et S. Scripturae in Archi-Episcopali Lyceo Colocensi Professore. In Tomo V. II. Libri Paralipomenon, II. Libri Esdrae, Liber Tobiae, Iudith, et Esther.* Pestini typis Math. Trattner Anno MDCCCII. 8vo.

9) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, ac novi Testamenti Libros ab Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis, S. Theologiae Doctore, Linguarum Orientalium, et Sacrae Scripturae in Archi-Episcopali Lyceo Colocensi Professore. In Tomo VI. Liber Job, et Liber Psalmorum ad L. Psalmum* Pestini typis Math. Trattner A. MDCCCII. 8vo.

10) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, et novi Testamenti Libros ab Ioanne*

17) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, et novi Testamenti Libros ab Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis, S. Theologiae Doctore, Linguarum Orientalium, et Sacrae Scripturae in Archi-Episcopali Lyceo Professore. In Tomo XIV. Actus Apostolorum, Epistolae S. Pauli ad Romanos, et I. ad Corinthios.* Pestini typis Math. Trattner A. MDCCCIV. 8vo.

18) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, et novi Testamenti Libros ab Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis, S. Theologiae Doctore, Linguarum Orientalium, et Sacrae Scripturae in Archi-Episcopali Lyceo Colocensi Professore. In Tomo XV. Epistola B. Pauli Apostoli ad Corinthios II. ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colocenses, Thessalonicenses, Timothaeum, Titum, Philomenem.* Pestini typis Mathiae Trattner Anno MDCCCIV. 8vo.

19) *Interpretatio Sacrae Scripturae per omnes veteris, et novi Testamenti Libros ab Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis, S. Theologiae Doctore, Linguarum Orientalium, et Sacrae Scripturae in Archi-Episcopali Lyceo Colocensi Professore. In Tomo XVI. Epjstola B. Pauli Apostoli ad Hebraeos, Epistola Catholica B. Iacobi Apostoli, Epistolae*

B.

B. Petri Apostoli, *duae B. Ioannis Apostoli*, *tres Epistolae catholicae B. Iudae Apostoli*, *Apocalypsis B. Ioannis Apostoli.* Pestini typ. Mathiae Trattner Anno MDCCCV. 8vo.

20) Absoluta interpretatione cum magna sui nominis gloria tandem auctoritate suprema Coloca Pestinum ad Regiam Scientiarum Universitatem docendi caussa vocatus est. Idcirco ut provinciae sibi demandatae maiori cum dignitate satisfaceret, magna a se elaboratae industria in usum discentium prodiverunt hac inscriptione: *Institutiones Linguae Hebraicae concinnatae per Ioannem Nep. Alber Clericum Regularem e Scholis Piis*, *S. Theologiae Doctorem S. Scripturae Vet. Testamenti et Linguae Hebraeae in Universitate Pestiensi Professorem.* A. MDCCCVI. 8vo. Ita vero modeste praefatur: „ Meum propositum non est novam Gram„ maticam scribere. Sunt enim iam alioquin „ innumerae, et modo intra paucos etiam an„ nos plures, quas vel ego scio, editae. In „ Grammatica enim, quid novi posset produci? „ Neque enim aliquis novas etiam leges Linguae „ condet. Clarius tantum, et distinctius Linguae „ artificium potest exprimi. Hebraeae praeser„ tim Linguae peculiare est ingenium, quo co„ gnito, et explicato facile ipsius institutum fit: „ sin minus, infinitis salebris obsitum manet.

„ Haec

„ Haec ego scribens conatus sum praestare, ce-
„ teroquin, quod adtinet flexionis, et structio-
„ nis, regulas, tantum abest, ut volu-
„ erim aliquid moliri, ut etiam cum aliorum
„ praestantium Grammaticorum, tum ipsius et-
„ iam Bellarminianae Grammaticae verba reti-
„ neam, et Engstlerianum Lexidion Radicum
„ Gebraicarum ad verbum adoptaverim: et nisi
„ fundamenta Linguae voluissem diligentius eru-
„ derare, Bellarminianam Grammaticam, non
„ tantum propter splendorem istius nominis,
„ verum etiam perspicuitatem ipsius, et intelli-
„ gendi facilitatem prae omnibus aliis, si mihi
„ meo iudicio uti liceret, elegissem, secutus-
„ que fuissem. — Est vero mea institutio in spe-
„ cie quidem longior consideratione paginarum,
„ sed spero usu, atque experientia probatum iri
„ multo breviorem, quam plures ex his sint,
„ quae videntur compendiose scriptae. Breve
„ est id omne, in quo nihil est superfluum, at-
„ que longius nihilo minus est, quod verbis est
„ breve, quando mens intelligendo ubique ad-
„ haerescit, seque torquere debet, ut intelli-
„ gat, quod dicitur, ac saepe etiam non adse-
„ quitur, quantumcunque laborem sibi cogitan-
„ di sumserit. — Post vero regulas Grammaticae
„ omnes, ipsam etiam syntaxim huc computan-
„ do, quam multi ne attinguut quidem, in parte

„ quinta

„ quinta harum Institutionum ex Genesi, aliis„ que Scripturae Sacrae Libris plura capita sub„ iicio, cum Grammatica Analysi, et Lexidio, „ de quo iam dictum est, ob praxim; ut etiam „ ipsius exercitationis gratia tyroni, quamdiu in „ tirocinio est, nihil amplius ex aliis libris He„ braicis in subsidium sit necessarium.“ En Grammaticae sceleton, quod sat perspicue indicasse sufficiat.

21) *Institutiones Hermeneuticae Sacrae veteris Testamenti ab Ioanne Nep. Alber Clerico Regulari e Scholis Piis SS. Theol. Doctore, S. Script. Vet. Testamenti, et Linguae Hebrdeae in Regia Scientiarum Universitate Pestiensi Professore. Tomulis III.* Cum facultute Superiorum, et adprobatione Censorum. Pestini typis Mathiae Trattner Anno MDCCCVII. 8vo. His paululum immoremur. Per Hermeneuticam Sacrae Scripturae applicatam intelligitur ars S. Scripturae Libros intelligendi, atque interpretandi. Origo huius si quaeratur, reperiemus iam Moysem legis, quam in Pentateucho iam descripsit, atque Israelitis Dei nomine tradidit, Interpretem fuisse: ad quem populus venerit, quaerens sententiam Dei, et cui is ostenderit percepta Dei, et leges eius Exod. 18. v. 15. Hoc idem munus interpretandae legis post Moysem exercuerunt Sacerdotes constituto Tribu-

nali,

nali, cui summus Sacerdos praesideret, atque ubi controversiae omnes deciderentur. Deut. 17. v. 8. *Erat quippe Sacerdotum indicare, et docere. Labia enim Sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent de ore eius.* Mal. 3. v. 7. Nec soli Sacerdotes studebant legi, operamque navabant intelligendis Scripturis Sacris. Sed alii quoque, qui non erant de sacerdotali genere. Talis erat Paulus e tribu Beniamin oriundus, qui se tamen secus pedes Gamalielis, iuxta veritatem paternae legis eruditum profitetur, Act. 22. c. 3. Est deinde Matthaei 23. v. 3. Scribas, et Pharisaeos sedisse super cathedram Moysis, itemque legis peritorum, qui alii a scribis non fuerunt, saepissime fit in Evangelio memoria. Inde ergo a Moyse usque ad Christum semper viguit apud Iudaeos huius eximiae scientiae cultura. In nova vero Lege Christus ipse discipulis suis interpretabatur Scripturas, atque sensum earum ipsis aperuit, Luc. 24. v. 21. 45. et non tantum Apostoli harum sensum explicuerunt in suis scriptis, atque ex his pervicaces Iudaeos revincebant, et confutabant: sed erat inter dona, quae S. Spiritus effuderat in primos Christi fideles etiam sermonum interpretatio 1. Cor. 12. v. 28. Quod interpretandarum Scripturarum institutum sic deinde prosecuti sunt prisci Patres, atque Eccle-

siarum

siarum Rectores, ut, quos ab his relictos habemus sermones, quos ad populum dixerunt, et quae Graeco vocabulo dicuntur homiliae, non aliae fere sunt, quam in quibus exponerent Scripturas. Nec tamen etiam defuerunt, et inter quos facile princeps fuit S. Hieronymus, qui ut soli lectioni inservirent, provocati quorundam studio, scriberent commentarios. In quibusdam locis, ut Alexandriae in Ægypto Scholae quoque fuere catecheticae, in quibus Scripturarum Sacrarum fiebat interpretatio, quo munere dicendi, atque interpretandi ex Eusebio Clementem cognomento Alexandrinum, Originem, Theophilum, aliosque plures functos esse constat. Cynosura, quo respicerent, et quam veluti ducem sequerentur, fuit antiquis interpretibus maiorum traditio, veluti Origeni Tract. 29. in Matthaeum, et homilia in Genes. Tertulliano in l. de Praescriptione Cap. 17. Clementi Alexandrino L. 7. Strom. S. Epiphanio Haeres. 61. S. S. Ambrosio L. 3. ad Gratian. L. 7. D. S. Gregorio Nazianzen. et S. Basilio. Ruffinus Hist. Eccles. L. 2. C. 9. memoriae prodidit, *Divinarum Scripturarum intelligentiam non ex propria praesumtione, sed ex Maiorum scriptis, et auctoritate secutos esse, quos et ipsos ex Apostolica successione intelligentiae regulam suscepisse constabat.* — Postquam Monachorum

Coenobia instituta sunt, in his non tantum Divinarum Litterarum studia magis etiam vigebant, quam alibi, et ex quo simili monasterio ad incunabula Servatoris Nostri in Bethlehem prodierunt scripturisticae lucubrationes ipsius etiam S. Hieronymi, sed nisi per Monachos tam Scripturae Sacrae, quam aliorum factae fuissent descriptiones, Codicumque multiplicationes, ne illa quidem, quae à temporum antiquitate supersunt, haberemus nunc manuscriptorum veterum monumenta. Ex his vero claustris Monachorum, et Coenobiis, quemadmodum ad Cathedrales Ecclesias proficiscentium, et in quorum contubernio ipsi quoque viverent, quale Collegium sibi instituerat S. Augustinus, quamvis non fuisset Monachus: ita ad has pervenit munus etiam inter Canonicos Canonici Scholastici officium, cuius esset Scripturam Sacram explanare, et quod per Concilium etiam Tridentinum Sessione 5. Decreto de Reform. Cap. I. ita confirmatum est, ut sicubi haec in Ecclesiis maioribus Scripturae Sacrae explanatio nondum esset, continuo institueretur. Dolendum autem, quod multi sane omnes conatus, viresque ingenii eo retulerint, ut studia Linguarum Hebraeae, et Graecae duorum luminum instar necessaria summopere ad perspiciendum verum Sacrae Scripturae sensum impense commendaverit

verit

verint quidem; at remissius, quam expediebat, pertractarint. Attamen hoc etiam ineunte Saeculo quarto supra millesimum in Concilio Generali Viennensi ad iustas petitiones, ac preces Raymundi Lulli exsuscitatum, statutumque fuit, ut Orientales Linguas nominatim Hebraica, et Arabica publice in Academiis docerentur. Exstitisse autem post id tempus viros in Orientalibus Linguia egregie versatos, Polyglotta Complutensia, quae Franciscus Xmenius Card. et Archi-Episcopus Toletanus initio Saeculi decimi sexti publica luce donavit, luculente ostendunt. Nisi enim hi, quorum opera usus est, insignem harum cognitionem habuisseut, tale, tantumque opus in publicam lucem nunquam proferre potuissent. Paullo post maiori conatu per illos, qui Zwinglio, Luthero, Calvino ducibus ab Ecclesia Catholica suis opinionibus divellebatur, dum pro principio credendi solam Scripturam Sacram sibi adoptassent traditione Patrum posthabita; at contemta excussaque suprema Ecclesiae auctoritate Linguerum Orientalium studium, et disciplida effloruit. Omnem profecto laudem iste singularis erga linguas favor meretur, nisi penes has cultores illi suo tantum ingenio nixi ad intelligendnm Scripturam Sacram singula propemodum posita esse iudicassent. Cum vero iidem non tantum in Latina, verum etiam diversis aliis

vernaculis Linguis Scripturae Sacrae versiones, quas ad amussim Hebraei, et Graeci fontes magna cura exactas sibi fecissent, suamque intelligentiam eiusdem Scripturue per Hermeneuticas Scripturae Sacrae claves, in vulgo emissas iactassent; factum est, ut etiam ex nostra parte studium erga Linguas magis excitatum incresceret, atque illorum Hermeneuticae Arti nostra quoque Ars Hermeneutica opponeretur, ut sibi ab hac illa, quae tota tantum ingenio subsistit, refutaretur. *Omnis*, namque. *prophetia Scripturae propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia*, *sed Spiritu Sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines.* 2. Petr. 1. v. 20. — Quod cum per normam studii Theologici a felicis memoriae M. Theresiae Imperatrice, atque Apostolica Regina etiam pro Hungariae ditionibus Anno MDCCLXXIX. praescriptum fuisset, atque hi, qni munus docendae Scripturae gesserunt, fervore exsequendi, quod sibi habebant commissum, in hanc partem, quae solam Theoriam Scripturae Sacrae interpretandae, plus aequo defluxissent, ut vix aliquid temporis ad ipsam Scripturam sibi relinquerent interpretandam, sic Clerus doctrinis vacans Theologicis nondum imbueretur cognitione ipsius Scripturae, quae tamen fons esset omnis tum salutaris veritatis, tum mo-

morum disciplinae, quamque non tantum disci, verum etiam indefessa diligentia edisci a Clericis vellet Concilium Tridentinum Sess. 23. Cap. XVIII. de Reform. Iam anno MDCCXC. in Comitiis Regni Hungariae amplissimi eiusdem Praesules de revocanda vetere illa Scripturae Sacrae ratione per eam, quae reipsa fit, interpretationem consultaverunt. A. demum MDCCXCII. ac sequente per designatam in Ecclesiasticis, et alteram in Litterariis maxime idoneorum, ac praesentium Virorum coronam, cum hoc negotium vicibus iteratis eadem trutina pensatum Regis arbitrio subiiceretur, Francisci I. Rex Apostolicus hoc ratum habuit, ac systema illud prius Theologicum ad hanc aliam formam quoad Scripturae tractationem redactum confirmavit, ut ipsam Scripturam Sacram in Universitate, omnibusque Theologicis Lyceis, non nudam eius Hermeneuticam tantum instar prolegomenorum praemitterent. Vid. Decretum uomine Regio editnm de Disciplinis Theologicis Budae ex Consilio Reg. Locumtenent. Hungarico die 2. Augusti Anno MDCCCIII. — Nec Augustanae quidem, et Helveticae Confessionis, quorum caussa etiam apud nos theoria magis magis extensa est multum in ea collocant, nec in praeceptis interpretandae Scripturae Sacrae tempus ipsi quoque suis in Scholis conterunt, verum Scripturas ipsas inter-

interpretantur. — Nec aliam viam noster Ioannes Alberus docendae Scripturae Sacrae inivit; iam enim per XIV. annos, antequam ad Regiam Scientiarum Universitatem accessisset, sicque suam interpretandi rationem per omnes tam veteris, quam novi Testamenti Libros retentam publica luce donavit. Noluit autem se tam arctis circumscribere limitibus, ut brevi compendio suos Auditores absolveret. Idcirco has modo Institutiones typis edendas putavit, si fortasse in hunc Scholarum usum idoneae esse possent; atque id eo magis, quanto in eodem systemate studii Thealogici auctoritate Regia luculentis verbis praecipiatur, ut *nos praelectionum e scriptis tradendarum, ubi is adhuc viget, statim aboleatur, et de idoneis praelectionum libris ubique provideatur* : aequissimo sane, ac providentissimo consilio. Etenim Professoris verba scribendo necessarium eripitur tempus, quod explicationi tribuendum esset. Si vero, quin scribatur in Scholis, Professor tantummodo disserat, disciplui, quod audiunt, nonnisi cum maximo laboro, et neque hoc emendate notare sibi possunt; et dum eodem tempore, et audire Professorum debent, et excipere calamn volunt, quae ab eo dicuntur, scribunt, quod non intelligunt; et quia crebro errores propter festinationem in scribendo committunt; fit, ut neque

que suam scripturam postea intelligant. Si vero notanda different, donec praelectiones finiantur, quae semper mane, atque a meridie duabus horis proferuntur; ast ne hoc petendum e discipulis, ut, quod duo Professores tanto tempore dicunt, hoc ipsi ex uno auditu memoria complectantur? Quid, quod haec docendi ratio ingens taedium, et saepe etiam desperationem discipulis afferat? quod ipsorum deinde etiam valetudini noxia, et perniciosa sit, praecipue si hi Iuvenes, in quibus propter iuvenilem aetatem adhuc fervet sanguis, incauti evadant in scribendo, atque hanc scriptionem identidem longiorem inclinato, depressoque pectore faciant. Has vero suas Clar. Vir Hermeneuticas Institutiones hoc modo dividendas putavit, ut in prima earüm parte illa, quae tradi solent in Hermeneutica, singula proponat, atque explicet, ac de huius obiecto, ut mos est loquendi, deinde subsidia interpretandi interna, externaque patefaciat, et quidquid ad intelligendam Scripturam maioris eruditionis caussa, qua interpretrtio fieri debeat, pertinens est, indicet, ac doceat. In altera vero parte, ordine per omnes Scripturae Sacrae Libros, qui ad vetus Testamentum pertinent, progreditur, hosque, si maiores sunt, in certas sectiones, vel secundum argumenta praecipua, quae tractant, vel si histori-

stori-

storicos esse constat, iuxta rerum, quae in eis narrantur, dignissimas memoriae vicissitudines, et quasi epochas dividit: deinde quid quavis sectione contineatur, enarrat, loca difficilia explanat, simulque dogmatica, et quibus vel a nobis dogmata demonstrantur nosra, vel heterodoxi aetatis praesertim nostrae probare nituntur sua; praeterea typos, ubi occurrent hi explicat, et quae ad mores quodammodo referri possunt, innuit, ac manifestat. Hoc vero sataget in ea proportione longitudinis, ut quod his tempus Institutionibus destinatur, per illud absolvi commode possit. Et si videretur res tamen prodire fusior, existimat noster Auctor minore molestia qnaedam omitti posse, quam in libris compendiariis multa debent adiici. Perspicue autem intelligitur Virum Clarissimum in hoc compendio singula quaecunque sunt in Scriptura obscura, et difficilia minime potuisse complecti. Illa ergo tantum praecipue, quae maximam cum fide, ac morum integritate habent coniunctionem, uberiore luce illustrata, enodata, clare, et distincte soluta explicanda selegit. Qui vero ista copiosius vel reliqua etiam voluerit habere omnia explanata, ille adeat vel huius laudati Auctoris universae Scripturae Sacrae interpretationem, vel, si mavult, interpretis alterius in totam Scripturam factos com-

men-

mentarios. Quantum vero angustiae temporis admiserint, quod Scripturae studio e praelectionum horis tributum, et definitum est, dabit operam, ut sic Scripturae Sacrae Alumnus huius habita cognitione, hanc intelligat, et discat, quomodo hac uti ad probanda fidei, morumque dogmata debeat, *ut perfectus homo Dei sit ad omne opus bonum instructus*. 2. Tim. 3. v. 17.

ALESCH (*Innocentius a S. Hermanno*) Moravus Lundenburgensis editus in lucem Anno MDCCXXXVIII. vestem nostram suscepit A. MDCCLVIII. Vir morum suavitate, atque ingenii praestantia conspicuus Scholis tam vernaculis, quam latinis, praecipue Rhetoricae, et Poesi tradendis admotus summa cum laude variis in Provincicae Domibus Moderatoris egregii partibus defunctus est. Cremsirii Moravorum Regentis vires agens in Seminario de Iuvenibus optime fuit meritus. Tum iuniores Comites de Chorinsky tribus, et decem annis ea ratione instituit, ut omnem applausum referret, Excellentissimo Comiti, atque illustri familiae carissimus esset, Ordinisque commendationem quam maxime promoveret. Praefectum porro Iunioris Baronis de Schroefl, Iuniorum Comitum de Sedlniczky, et de Windisgratz egit. Studiis mathematicis, et physicis apprime semper delecta-

tus,

tus, insignem ad tentamina electrica apparatum comparavit, quem deinde Museo Physico, quod Studentium nostrorum usum destinatum est Nicolsburgi, ultro lubens donavit. Praeterea nobilem Librorum selectissimorum suppellectilem possidet. Quantum in humanioribus Litteris. ac praecipue in Arte Apollinea versafus esset, ostendit editis carminibus, quorum etiam Typographus fuit, hunc operi titulum praefigens, quem Lectori subiicimus:

1) Liber Carminum, quae horis subsecivis elucubratus est. In... A. S. P. Accedit eiusdem epitome de imaginibus Deorum antiqua superstitione celebrium. Viennae A. MDCCXC. 8vo.

2) Odam concinnavit elegantem huius argumenti: *Extra hodie Germanis sunt domesticis potiora* mox prelo committendam, quam plures, si numen conatibus faverit, sequentur.

ALEXI (*Alexius a S. Andrea*) Moravus Nicolsburgensis natus est Anno MDCLXXXIX. Iuvenis XVII. annorum Scholarum Piarum Instituto se addixit. Homo innocentia vitae, et peritia, et solertissimo officiorum gestorum administratione conspicuus. E tirocinio vitae religiosae vix egressus, multa statum pietatis, optimaeque indolis edidit specimina, quibus se cum aequalibus charum, tum maioribus commen-

da-

datum praestitit. In humanioribus, severioribusque disciplinis assidua contentione sua tantas fecit progressiones, ut supra ceteros ambabus emineret. Illas postquam in pluribus Gymnasiis magna sui Ordinis commendatione, ac discipulorum emolumento docuit; ad Philosophiam, Theologiam, et Sacram Iurisprudentiam nostris Iunioribus tradendam gradum fecit. Octodecim annis, quos in iis scientiis docendis exegit, totus in eo fuit, ut et litteras, et pietatem animis discentium instillaret. Multas subinde lucubrationes Philosophicas, Theologicasque typis edidit selecta eruditione refertas. A docendi munere continuo ad Gubernationem Provinciae invitatus est, cum ante Officium Pro-Rectoris, Consultoris Provincialis semel atque iterum sustinuisset. Praeses Provinciae demum ac post intervallum triennii rursum renunciatus, forma factus gregis ex animo multa salubriter constituit, quae ad bonarum Artium studia tam in Gymnasiis, quam domi nostras inter studentes provevehenda pertinere videbantur. Pari semper solertia, et vigilantia bis Rector Collegium Nicolsburgense administravit, cuius villam granario amplo instruxit. Eadem ratione bis Generalibus Comitiis Romae, primum suffragator Provincialis; secundo Praeses Provinciae interfuit. Tempus a negotiis, et curis publicis vacuum stu-

dio

dio imprimis Theologiae Moralis impendit. His officiis, et laboribus occupatus in erudiendis pauperibus pueris conquievit. Prostremus vitae annis plenus meritorum apoplexia repetita vehementer ictus abiit in Domo tirocinii religiosi ad S. Theclam Viennae Anno MDCCLXI. Exstant huius viri sequentia doctrinae, atque ingenii specimina, quae ad meam notitiam pervenerunnt.

1) Epitome Theologica de Summi Pontificis auctoritate cum adiunctis universae Theologiae Scholasticae conclusionibus. Auctore P. Alexio a S. Andrea C. R. Scholarum Piarum SS. Theologiae Profess. Ord. Nicolsburgi Anno quo InnoCentIVs XVIII roManae praeesse Coeperat seDI. 8vo.

2) Conclusiones Theologicae de Sacramentis iuxta doctrinam Angelici Doctoris Divi Thomae Aquinatis publicae disputationi expositae Nicolsburgi in Dietrichsteiniana Collegia Scholarum Piarum. Brunae A. MDCCXIX. fol.

3) Kurzes Frag-und Antwortbüchlein aus der Biblischen Historie in zwey Theile abgetheilet des alten, und neuen Testaments, und der kleinen Schuljugend in den Gymnasiis PP. Piarum Scholarum Teutscher Provinz, von einem dieses Ordens zu Nutz in Druck gegeben im Jahr MDCCXL. Wildberg. 8vo.

4) Theologia Moralis methodo plana, et po-

potissimum doctrinali in Tractatus quinque dispertita: quibus pro materiarum diversitate accedunt casuum conscientiae complurium resolutiones, ac SS. Concilii Tridentini Canones de Institutione, et Sacramentis, atque in gratiam illorum, qui disputationibus scholasticis delectantur, bene multae quaestiones disputatae; opera P. Alexii a S. Andrea e CC. RR. Scholarum Piarum, ante hac plurihus annis SS. Theologiae Professoris. Adiiciuntur duo snpplementa, et quaestiones canonicae de Censuris, et Beueficiis Ecclesiasticis.

Pars I. tres priores tractatus complectens agit a) de actibus humanis, conscientia et legibus, b) de vitiis, et peccatis, c) de Virtutibus Theologicis, Fide, Spe, et Charitate, ac vitiis ei oppositis.

Pars II. disserit nervose, ac perspicue a) de virtutibus moralibus.

Pars III. de Sacramentis antiquae, et novae Legis tum in genere, tum in specie.

Pars IV. totum opus de sponsalibus una cum Supplementis duobus absolvit. Campidonae et Augustae Vindelicorum A. MDCCLVII. 4to.

ALUSSIDE (*Philippus a S. Ioanne Baptista*) natione Sardus editus est in lucem A. MDCCVIII. Adolesceus se Piis Scholis ritu solenni

lenni obstrinxit A. MDCCXXIII. Vir ingenii praestantia, et morum probitate summe commendabilis, qui absoluto studiorum cursu, Grammattcam, Rhetoricam, Philosophiam, Theologiam, non sine magna Auditorum utilitate tradidit. Preco Verbi divini egregius, et Theologus insignis eam sibi existimationem comparavit, ut Archi-Episcopus Calaritanus Nicolaus Dulbequius eum sibi ab arcanis eonscientiae, atque Examinatorem Synodi delegerit, quo etiam munere functus est diligenter apud divos alios eiusdem Regni Antistites. Rector Domus religiosi tirocinii legum Custodem exactum esse ostendit. Praeses Provinciae constitutus, eidem muneri prudentissime satisfecit. Postremo hydrope consumtus, animo rite comparato mortis debitum exsolvit Calari Anno MDCCXCIII. Vir assidui laboris non minus Philosophica, quam Theologica, et ex Sacra Iurisprudentia petitâ opuscula variis temporibus, Calari publici Iuris fecit, sed quorum argumenta nobit ignota sunt. Plura autem MSS. luce dignissima post mortem reliquit.

AMBROSI (*Ambrosius a Concept. B. V. Mariae*) Romanus numero Fratrum Operariorum in Scholarum Piarum Instituto quidem adscriptus, sed favore Magni Ducis Hetruriae Ferdi-

dinandi II. ad Sacerdotium evectus est ea occasione, cum is eumdem ob insignem Matheseos, ac praesertim Architecturae Militaris cognitionem, ac peritiam, natu minoribus Principibus Medicis Ioanni Carolo, et Leopoldo brevi, ac facili methodo instituendis praeficeretur, quo munere summa cum laude in Aula Hetrusca defunctus est. Publica luce donavit in usum Principum, et communem utilitatem *Institutiones Architecturae Militaris.* Florentiae MDCXXXVII. 4to: Contubernium viventium deseruit circa unnum MDCLXX.

AMON (*Aloysius a Matre Dei*) Austriacus Medlingensis natus est A. MDCLXXXVIII. Clericalem Scholarum Piarum vestem suscepit MDCCV. Vir ab integritate vitae, morumque cultura commendatus, qui sublimiorum scientiarum curriculum emensus Grammaticae quidem docendae admotus, cum vero indolem nactus esset ad scripturae praesertim elegantioris, atque arithmeticae institutiones adcommodatam, munus hoc in Scholis Piis per plurimos annos cum discipulorum emolumento, et Instituti Nostri commendatione obivit, expolivitque ante mortem suam diuturni huius sui laboris monumenta, quae pro publica utilitate typis iam vulgare paraverat, et quibus tamen perbreve

quod-

quoddam specimen, quod maioris conatus iudicium pro minoribus edidit Viennae MDCCXLIV. 12mo. Opns autem maioris momenti ob defectum Moecenatum luce dignissimum in Bibliotheca Scholarum Piarum Viennae ad Virginem Fidelem manuscriptum delitescit. Praeco Verbi divini constitutus, officio huic ob pectoris affectionem renunciare coactus est. Apud Illustrem Comitem, cuius filium humanioribus Litteris erudiverat, ob insignes animi dotes amplum sui desiderium reliquit. Postremo tandem in Domo nostra Hornana hectica consumtus religiose animam reddidit Creatori Anno MDCCXLIX.

AMORETTI (*Augustinus a S. Carolo*) Ligur oriundus ex portu Mauritio. Iuvenis octodecim annorum Ordini Scholarum Piarum M.DCCXL. adscriptus et pietate, et morum svavitate, et ingenii acumine, et multiplici eruditione spectabilis emicuit, qui cum laude insigni Romae sublimiorum scientiarum cursum emensus primum Tusculi per annum humaniores Litteras, dein simili temporis spatio Narniae Philosophiam, et Mathesim: postremo easdem facultates magno applausu Romae in Collegio Calasanctio per annum, et paucos menses docendo professus est. Ibi non solum Philosophicis, et

Ma-

Mathematicis explanandis difficultatibus vacans, sed identidem ad librorum optimorum intelligentiam omnes conatus referens in opus de Calculo infinitesimali, eiusque in Philosophia usibus, rerum gravitate, copia, et facilitate utilissimum edendum in vulgus composuerat, a Viris doctis magnopere comprobatum, cum repentinus quidam dolor dexturm pedem adeo ferociter corripuit; ut omnem Medicorum operam eluderet. Hac de caussa illorum consilio in patriam missus, at nihil paterua in domo proficiens ad montem Pessulanum, ut peritissimos Academicos consuleret, reversus, atque ibidem lustri fere intervallo commoratus, assiduos inter dolores ad studia incumbens, prostratis tandem viribus in adstantium nostrornm Religiosorum, et necessitudine sanguinis iunctorum corona preces inter, et lacrimas, animo ad mortem obeundam rite comparato, vitae occasum adtigit in Natali solo Anno Red. Salutis MDCCLVI. Corpus ad viciniam nostri Collegii Uneliensis Ecclesiam tumulo illatum est. Opus prius laudatum post decessum Auctoris, ut multorum desiderio satisfaceret, publicam lucem vidit Romae Anno MDCCLX. 4to.

AMORETTI (*Calixtus a S. Catharina*) Ligur Uneliensis Piarum Scholarum Instituto se

addixit MDCCXXI. qui expleto vitae religiosae tirocinio, absolutisque cum laude studiis, Philosophiam, et Geometriam Iustinopoli, et Romae in Collegio Nazareno per aliquot annos tanta solertia, et perspicuitate docuit, ut summam apud Eruditos Viros sibi, atque Ordini nostro famam compararet. Ad Nobilium Urbinatense Collegium destinatus, ibi Theologiam per multos annos pari celebritate explicavit. Ingenii eius acumen, et geometricae scientiae peritiam, cum Urbinatenses cognovissent, Cathedram scientiae huius gratia in illa spectabili Universitate iam dudum erectam illi non sine magno Auditorum fructu credidere, in quorum commodum *Institutiones Geometricas* ibidem concinnatas in publicam lucem emisit A. MDCCL. 8vo. Interea Parochus etiam nostrae Ecclesiae ad Divam Agatham propter morum probitatem renunciatus, constanter veri Pastoris munus verbo, atque exemplo implevit. Pectoris inflammatione correptus, et aucta morbi gravitate, animo tranquillo, et parato, adstantibus aliquot Instituti nostri hominibus in praedio prope Urbinum, ubi apud Virum Nobilem rusticabatur, vitam hanc caducam cum meliore commutavit magnum sui relinquens, et nomen, et desiderium, cum apud Urbis Archi-Episcopum, apud quem Examinatoris Synodalis munus gessit, tum

apud

apud universam Civitatem, quae lacrimis funus eius prosecuta est. In nostra Parochiali Ecclesia, priusquam exuviae tristes conderentur, exsequias iam a nostris ante Meridiem persolutis, Vespere pia Nobilium Sodalitas, apud quam per plures annos Correctoris personam egregie sustinuit, ad testandum grati, memorisque animi significationem solenni etiam pompa, et aere suo celebravit Anno MDCCLVII.

ANGELO (*Ioannes Gualbertus a S. Michaële*) Hetruscus Iuvenis XX. annos natus ad Scholarum Piarum Ordinem adspiravit MDCCXXXV. Absoluto Studiorum curriculo cum Calligraphia, et Arithmetica excelleret, utramque per triginta fere annos docuit, cuius compendium summopere commendatum Florentiae A. MDCCXLVIII. typis vulgavit. Rectoris quoque, ac Parochi munera, sedulitate maxima obiit. Ex pectoris inflammatione ad extrema deductus animo religioso inter suorum preces vivere desiit Fanani Anno MDCCXCIII. cum ante quadriennium e Provincia Hetruriae a Romana in suorum alumnorum numerum relatus fuisset.

ANTONIOLI (*Carolus Andrea a S. Iosepho*) natus est in Corrigiensi Lombardiae Vrbe, ditionis Mutinensis Anno MDCCXXVIII. qui

quantus olim impubes humaniorum Litterarum, ac Philosophiae Studia moribus sane aureis coniunxisset, vestitu nostra aetate vix legitima suscepto, mirum qua alacritate universa religiosi hominis officia perfecerit, qua sollicitudine Magistri egregii partes impleverit, quo demum acumine de fortuna non reconditiores modo Latinae, et Graecae Linguae elegantias, Chronologiam praeterea, Geographiam, Historiam, atque omnigenam eruditionem occupaverit, verum ad ipsa quoque gravissimarum scientiarum penetralia pervaserit. Factum proinde est, ut tricecesimo aetatis anno ad augendam Pisáni Athenaei gloriam evocatus, primum quidem Dialecticam, tum Metaphysicam, atque Ethicam, postremo autem, quidquid amplissimo humanitatis, interiorumque Litterarum nomine definiri solet, profiteretur. At quamquam multa, eaque docta quidem, et laboriosa per otium meditatus esset; multa quoque ad annos admodum quadraginta Sociis, atque Auditoribus plaudentibus prolocutus, qua tamen erat prudentia, et adcuratione scribendi, perpauca vulgare passus est: ita ut praeter Graecam Grammaticam, et ex Graecis Scriptoribus selecta in discipulorum usus, Apologiam quoque pro Eduardo Corsino Praeceptore suo amantissimo, Etruscae gemmae interpretationem, et librorum compendia, illu-

strium-

striumque Virorum elogia quaedam Pisanis commentariis intermixta, nullum penitus ingenii tam vasti monumentum in Reipublicae Litterariae commoda prodiderit. Cum autem valetudine haud satis firma frueretur, infractisque viribus levamen aliquod exquisiturus, Florentiam venire contenderet, inopinato morbo circumventus, ingenti bonorum omnium luctu, ac moerore *Pisis* vitae occasum adtigit A. MDCCC. De huius praestanti doctrina illud iuvat indicare, quod licet iuvenis esset, dignus tamen habitus fuerit, qui loco Reverendissimi Eduardi Corsini universi Scholarum Piarum Ordinis Moderatoris ex Universitatis Pisanae Professore Philosophiae, atque elegantioris Litteraturae communibus suffragiis evecti durante suprema Instituti laudati Gubernatione memoratarum facultatum in eadem Academia Professor auctoritate Magni Ducis Hetruriae R. I. Francisci I. sufficeretur. Edidit Vir Clarissimus in Philosophia, et Antiquitatis studio versatissimus,

1) Dissertationem idiomate Italico: *De gemma Hetrusca.* Liburni MDCCLVI. 8vo.

2) Grammaticam Graecam ad usum Scholarum Piarum. Florentiae MDCCLIX. 8vo.

3) Selecta ex praecipuis Graeciae Scriptoribus in Discipulorum usus. Ibid. eod. 8vo.

4) Criticam Librorum recensionem, Virorum-

rumque illustrium egregia molimina Commentariis Pisanis ad posteritatis memoriam sempiternam inseruit.

5) Apologiam pro Eduardo Corsini, qua obiectiones adversus constitutam Fastorum Atticorum Chronologiam diluuntur, et adversarii crassi errores, et hallucinationes deteguntur.

6) Difesa per la serie di Prefetti di Roma del Chiariss. P. Corsini contra la censura fattale nelle observazioni sui giornale Pisano, in cui la detta serie si supplisce ancora in assai luoghi, o si emenda. In Bologna a S. Tommaso d'Aquino nell' Anno MDCCLXXII. 4to. V. Efem. lett. N. XLIII. pag. 339.

ANZILUTTI (*Camillus a S. Mergaritha*) lumen vitae inire coepit Viennae Anno MDCCXXXVIII. Institutoque Scholarum Piarum adolescens humaniores Litteras emensus nomen dedit Anno MDCCLVI. Absoluto Philosophiae, ac Theologiae cursu cum praestantia ingenii polleret, Grammaticam, Poesim, Rhetoricam, ac Philosophiam summo applausu Iuventuti explanavit. Ad usum Collegii Nobilium Loewenburgici prelo subiecit Lingua vernacula Physices, ac Matheseos Professor *Institutiones Algebrae*. Viennae MDCCLXXVI. 8vo. Rector

cou·

constitutus eiusdem Collegii phthysi consumtus vivere desiit MDCCLXXX.

APA (*Iosephus a S. Nicolao Tolentino*) Neapolitanus. Iuvenis optimae indolis solenni ritu se Scholis Piis arctius devovit Romae A. MDCXXIX. Missus deinde cum primis Instituti alumnis a Divo Patre in Moraviam, ut nova colonia Nicolsburgi duceretur, quam Eminentissimus Princeps a Dietrichstein perpetuis reditibus attributis liberalissime fundavit. Ornabat hunc Iuvenem praeclarae spei non solum animi candor, vultus modestia, parendi promtitudo, norum innocentia, Religionis admirabile Studium, verum etiam magna memoriae vis, acre ingenium, et in elegantiore Litteratura praesertim poetica, et oratoria egregie versatum. Sed, o fallaces spes! Occidit pulcherrimus hic Iuvenum flos non sine praeclara doctrinae, et sanctitatis opinione Nicolsburgi MDCXXXII. aetatis anno XXIII. Ab illo Linguae latinae Grammaticam egregie conscriptam Extricatorum Academia in Florentino Scholarum Piarom Collegio instituta D. Iosepho Calasanctio, Instsitutori Ordinis Nostri superiore Saeculo consecravit.

APPENDINI (*Franciscus Maria a S. Iosepho*) e CC. RR. Scholarum Piarum Maiorum

aucto-

auctoritate Iuventutis erudiendae gratia missus est Ragusam. Exactis duobus annis ad natale solum in Italiam reditum parabat. Sed cum ob perniciosos Gallorum motus civiles turbas, contrariaque animorum studia, eam miserandum in modum vexari, convelli, atque in summam adduci calamitatem intelligeret, continuo mutata sententia de hac potissimum gratulabatur, quod a Superioribus non solum in patriam non revocaretur, verum etiam Fratrem suum in scholasticis laboribus Collegam, et opportunum puerorum moderatorem ab iisdem missum nactus fuerit. Quare Ragusam, quae commodum sibi excolendis Litteris praebuerat hospitium, tanquam alteram delegit, eamque ornaturus toto pectore Illyricae Linguae condiscendae se addixit, brevique tempore id effecit labore improbo, ut omnium fere domesticorum, qui de Ragusana Republica, illiusque origine, incremento, et vicissitudinibus egerunt Scriptorum uberrimam cognitionem sibi compararet. Hinc enata est cupido duplex opus elucubrandi: primo quidem complexus est *descriptionem Ragusanae Reipublicae*, cuius titulum mox indicabo; altero cooatus est ostendere, deceptus quorundam Dalmatorum auctoritate, ac blanditiis, et adulatione e Slavica Lingua ceteras omnes Linguas Europaeas derivari, pro quo

op-

postremo scripto nullum hactenus repperit Mecoenatem. Prius autem Lingua vernacula exaratum hanc praefert inscriptionem: *Notizie istorico-critiche sulle Antichita, Storia, e Letteratura, de Ragusei.* Opus divisum in duos Tomos dedicatum est Excelso Senatui Reipublicae Ragusanae Tom. I. MDCCCII. XII. p. 332. 4to VI. Tab. aen. Huic tantisper recensendo immorabimur. Liber hic prodit Auctoris eximii acre iudicium, magnam diligentiam, non vulgarem veterum monumentorum cognitionem, rerum delectum, ac seriem ex domesticis, atque extraneis Scriptoribus partim editis, partim in manuscripto latentibus. In typo vulgatis, et fontibus historicis praeter notissimos *Franciscum Luccari*, *Maurum Orbini*, et *Ludovicum Tuberonem*, *Seraphinum Razzi* (cuius Historia Ragusana prodiit Lucae MDXCV.) et *Abbatem Coleti*, cuius commentarium de Ragusina Ecclesia memorat. Ex ineditis *Nicolaum Ragnina* Ragusinorum Annalium Conditorem ; *Franciscum Gondolam* Reip. Ragusanae Legatum Romae tempore Philippi II. Regis Hispaniae, nempe illius litteras, et insignem ephemeridum collectionem; *Iunium Resti* (Chronica Ragus. Sigismund. Tudisi Episcopi Trebignae ; *Risposta all' oppositore dei confini a del titulo del Vescovo Tribuniense*, ac huius *Memorie.* Praeterea

terea sequentia monumenta indicantur: *Mich. Sorgi Supplem. et Notae ad Commentarium Cervarii T. de origine Vrbis Ragus.* — *Patris Cerva Sacra Metropolis Ragusana* MS. — *Sebastiani Dolce de Ragusani Archi-Episcopatus Antiquitatibus.* — *Dulci diatribe de prigine Vrb. Ragus.* MS. — *Eiusdem series Archi-Episcoporum Ragus.* MS. — *Millischich Hist. Regum Slavorum, et Ducum Rosnens.* MS. — *Matthaeus Benessa Praxis Curiae Ragusanae* MS. — *Ab Georgi Antiquitates* MS. — *Thomae Watkims* Angli Ragusae aliquo tempore morantis *Itinerarium.* — *Stephani Gradii Biographia Iunii Palmota* praemissa eiusdem Christiadi Illyricae (Vide Cl. Engel Geschichte des Ungr. Reichs III. S. 467.) — *Statuta Ragusana*, *et Liber viridis.* — *Marini Rosae compendium Gloriae Nationis Illyricae.* — *Philippi de Diversis de Quartigianis* (nati Lucae Saeculo XV.) *descriptio Urb. Ragus.* MS. — *Dominici Ragninae Poemata.* — Porro nominatur *Slatarich. Ioh. Bonar* (p. 204.) *Nicolaus de Bona, Eusebius Caboga* (254.) Aelius Lampridinis Cervarius (205.) Postremus horum vixit MCCCCL. — MD. — Praeterea Cl. Auctor p. 204. plures doctrina claros ab exteris provinciis enumerat Viros, quibus Ragusa commodum studiis hospitium, perfugii locum, et amoenam praebuit habitationem. Tales

flo-

floruere: *Antonius Medus* Philosophus e Graecia oriundus, *Ioh. Lascaris*, *Demetrius Chalcondylas*, *Emanuel Marulus*, *Paulus Tarcagnota*, *Theodorus Spanduginus*, quinque hellenistae Philologi. qui magnam Civium benevolentiam experti Anconam translati sunt, ne quo pacto Turcarum Imperatori ob praebitam fugitivis longiorem moram displicerent. Ex his *Demetrius Chalcondylas* Florentia, ubi tegebat, Anno MDXC. Ragusam ad professionem Graecae, et Latinae Linguae revocatus est. Philippus de Diversis (cuius memoriam suprafecimus) Grammaticus Latinus, Xenophon Philelphus ducta uxore Civis, Hieronimus, Aurelius, Ioh. Bapt. Amalthei (circa medium Saeculi XVI.) Nascimbene de Nascimbeni (Commendator in Ciceronis inventionem) Hieronimus Calvus (Poeta latinus) Camillus Camilli (notus a quinque Cantibus Tasso adiectis Ragusae mortuis) Franciscus Serdonatus, Iac. Flav. Dominici, Laurentius Regino, Marinus Bechicemo, Flavius Eborensis, Daniel Clarius, Barthol. Sfondratus etc. Postea Lectorem ad Sebastiani Dolci Fastos Litterario-Ragusinos remittit. Ex his omnibus apparet, Cl. Auctorem in Litteratura Ragusina egregie versatum fuisse, quid vero lectoribus praestiterit, nostrum est indicare cum brevitate, ac perspicuitate illa, quae Tomo primo complexus

est.

est. Hic bifariam divisus parte prima copiose agit de Cadmo, de vetusta Vrbe Epidauro, de divinis honoribus Aesculapio, aliisque Divis ab Epidauriis praestitis, de prima Ragusae origine, ac Colonia in ea e Civibus Salonitanis nata funditus Salona eversa; de Ragusa ad Metropolim, et Archi-Episcopalem Sedem in Dalmatia Romana evecta. In Archi-Episcopum Raguseum nunquam Iurisdictionem exercuit Metropolita Diocleas, contra Raguseo Metropolitae suberat Antibariensis. — Pars altera decem capitibus exhibet politicam quandam Ragusae constitutionem hac serie. — Testimonia de Antiquitate Ragusae — Ragusei nunquam obnoxii erant Venetorum Dominatiani = Raguseorum in conservanda Religione Catholica studium — Patroni Reipublicae, et SS. Reliquiae Ragusae — Legislatio Ragusana —Aristocratica regiminis forma — Character, mores, ac consvetudines — Caussae, atque effectus culturae apud Raguseos. — Horum terra, marique commercium. Deest Caput de populi frequentia, et incolarum numero. Haec comitatur historicum quodpiam anecdotum, quo praecipue Ragusana Respublica vicissitudines ab A. DCLVI. usque ad Passarovicensem pacem comprehenduntur. Qui plura scire cupit hoc de argumento, adeat Ephemerides (Allgemeine Litteratur-Zeitung N. 157.) Germanicas, ex quibus, cum Liber

nobis

nobis ad manus non pervenerit, id quod opportunum erat, decerpsimus. — Iam ad alterum Operis Tomum transimus, in cuius fronte hanc legimus inscriptionem — *Notizie Istorico-Critiche sull' Antichita, Storia, e Letteratura de Ragusei.* Tomo II. MDCCCIII. p. 336—4. Merita Ragusanae Reipublicae de Litteris iam in praefatione luculentis versibus decantat Palmotta

- - - - - sciat Itala tellus
Haud Ragusinis vicinam serpere terris
Barbariem, ingenuas sed libera stare per artes
Moenia. - - - - - - - - - - - - -

Libri primi Caput primum exhibet Ragusae Historicos serie chronologica; horum antiquissimus *Meletius*, Saeculo XVII. floruit, editusque prostat Venetiis per *Iacobum Coleti* sexto Tomo *Illyrici Sacri.* Hunc sequitur *Ludovicus Cerva Mathias Flaccius* natus Ragusae in villa suburbana *Gonchetto* MDXX. etc. Cap. II. enumerat antiquitates, et genealogias Patriciorum *Matthaei Darsich*, *Tiburtini*, *Ambrosii Gozze*, *Ludovici Raich*, *Benedicti Orsinich* Historiam stirpis *Cameni*, Numorum Collectores, Ambrosium Banduri Ord. S. Benedicti Anno MDCLXXI. natum *Thomam Basagli*, et *Thomam Alethis* etc. Caput III. recenset Biographos: Ragusinos, sic copiosissime *Dolci* in Fastis Litterariis Ragusinis Venetiis MDCCLXVII. 4to. Caput IV. Me-

dicos indicat Dominicum Galleotum Rolandi, Ludovicum Giurasevich, seu Georgivicium etc.— Libri II. Caput I. patefacit Iurisperitos Nicolaum Bona a praxi Curiae Ragusinae MDCLXI. edita notum. — Caput II. Bonum Matko de Thallocz tempore Sigismundi, Alberti, et Vladislai I. florentes, qui Georgii sub Mathia Corvino filii donati sunt bonis Novigrad, Vinodol, et Lednicze. —Caput III. Oratores, ac Poetas Aelium Lampridium, Stephanum Gradi, Benedictum Stay, Benedictum Zamagna, Georgium Ferrich, cuius opera sunt: Paraphrasis iu psalmos, et cantica utriusque Testamenti Ragusae MDCCXCI. Tabulae ab Illyricis adagiis desumtae MDCCXCIV. Epistolae ad Iulium Borathonium Spalatensem — ad Michaelem Denis Anno MDCCXCVIII. etc. In aliis Capitibus modo celebres Belli-Duces, Pictores, aliique his cognati artifices memorantur. Plurima leges, quae Slavicam Litteraturam mirifice illustrant, et quae altis mersa tenebris latent, in lucem proferuntur maximam, silentio involvo e peregrina Lingua in vernaculam versos. Hoc unum graviter adfirmo Franciscum nostrum Appendini, quamquam natione Italum, suis tamen ingenii monumentis de Ragusana Republica tam insigniter meritum esse, ut inter sempiternae memoriae Cives, qui huius orna-

men-

mentum, ac decus geminarunt, iure optimo referendus esse videatur.

ARANDA (*Augustinus Paulus a Ioanne Baptista*) e Clericis Regularibus Piarum Scholarum natione Hispanus in Grammaticis Classibus, et Litteris humanioribus egregie versatus. Ab hoc proficiscuntur sequentia ingenii monumenta, quorum singula in fronte libri has praeferunt inscriptiones. *a*)Biographiam praestantis Viri nuspiam reperi.

1) Epitome Rhetoricae, quam in usum Hispanae Iuventutis elucubravit Augustinus Paulus a S. Ioanne Bapt. C. R. Scholarum Piarum. Caesar. Augustae apud Franciscum Morenum Anno MDCCL. 8vo.

2) Crisis syntactica Hispano-Latina, quam in usum Hispanae Iuventis elucubravit Augustinus

---

a) Notitiam huius Viri, subiectorumque operum Anno MDCCLV. mihi comparavi, et sub Reverendissimo, Doctissimoque Moderatore universi Ordinis Eduardo Corsini a S. Silvestro, Physicae in *Collegio Calasanctiano*, vulgo *Novo* studens ex Libro Manuscripto transcripsi P. Vincentii de Stephanis eiusdem Instituti, qui ad S. Pantaleonem, quantum ego reminiscor, Sacrarii Praefectum egit, ac nomina Eruditorum ab operibus editis clara per advenientes sibi communicata, lubens, ac diligenter in sua retulit adversaria.

nus Paulus a S. Ioanne Baptista Clericus Regularis Piarum Scholarum. Valentiae apud Augustinum la Borda Anno MDCCLIII. 8vo.

3) Prosodia Linguae Latinae, quam in usum Hispaniae Iuventutis elucubravit Augustinus Paulus a S. Ioanne Bapt. C. R. Scholarum Piarum Valentiae apud eundem Typographum eodem anno. 8vo.

4) Etymologia, et Orthographia Linguae Latinae, quam in usum Hispauiae Iuventutis elucubravit August. Paulus a S. Ioan. Bapt. C. R. Scholarum Piarum. Valentiae apud eundem Typographum eodem anno. 8vo.

5) Parenesis Oratoria cum optimis Auctoribus in octo Libros digesta per Augustinum a S. Ioanne Bapt. C. R. Piarum Scholarum. Valentiae apud August. la Borda. MDCCLIV. 8vo.

ARDUINUS (*Ioannes Felix a Praesentatione B. V. Mariae*) vitae habuit exordium in Diano Liguriae Oppido Anno AErae christianae MDCLXXI. Ab ineunte aetate in Scholas Pias, apud quas humaniores Litteras condidicerat, miro amore ductus, illi Clericorum Regularium Instituto nomen dedit Anno MDCLXXXVI. et votis nuncupatis ritu solenni se totum devovit. Emenso cum omni laude Studiorum curriculo Philosophiam, et Theologiam per plures annos docendo magna

sui

sui nominis celebritate Genuae professus est, quod plura *edita opuscula* testantur. Utinam noster amicus in litteris ad nos A. MDCCLXV. Genua exaratis horum inscriptionem, et argumenta, locum editionis, annumque distincte indicasset, ut lectorum haec sciendi avidorum desiderio satis faciamus. Deinde Savonae quindecim annis Rector Collegium adhuc nascens insigni prudentia gubernavit. Etenim sua sollicitudine, ac vigilantia id effecit, ut aucto convictorum numero, propagata longe, lateque studiorum, ac pietatis fama, eiusdem fabricam pene totam a fundamentis excitaret, plurima instrueret supellectili, Theatrum erigeret, Bibliothecam magna librorum copia, Sacrarium, ac Deo dicatas aedes omni genere ornamentorum, Collegiumque ipsum censibus locupletaret, atque hac laudabili, atque indefessa contentione Savonense Liguriae Athenaeum laetissimis efflouesceret incrementis. Domui *Professae* Genuensi regendae plena potestate admotus insigni comitate religiosos Viros bonorum operum exemplo nunquam intermisso strenue moderabatur. Ter Provinciae Liguriae optime de patria semper meritus Praeses enituit. Albingani fundationem provexit, atque absolvit, et potissimum eo suos retulit conatus, ut studia nexu arctissimo coniuncta cum Religione alerentur. Hac

de caussa in praedicto Collegio eorum Iuvenum rationem habendam esse putavit, qui ante alios ad litterarum culturam, ac Dei gloriam provehendam magis idonei existimarentur. Quater ad Comitia Generalia Ordinis Romam profectus primum inter illos, quos Assistentes Generales nominant, referebatur, donec postremo suffragiis communibus, atque omnium adclamatione supremus Ordinis universi Moderator salutaretur. Ad hoc dignitatis fastigium evectus sua eximia dexteritate, sapientique gubernatione Institutum, cuius amantissimus erat, nova Provincia Lithuaniae auxit, et ceteris miris Domorum, ac Seminariorum accessionibus florentiores redditas amplificavit. Porro ad communes Ordinis necessitates AErarium Generale instituit, atque ordinavit. Statutorum, legumque nostrarum diligentem custodiam summo studio curavit. Erga bonae potissimum indolis Iuvenes, litterarum studiis addictos benevolentiam singularem, in minus probatos paternam caritatem cum prudenti severitate coniunctam patefecit. Nunquam labori, ac sollicitudini parcens, religiosorum fratrum animos vel ad pulcerrimas virtutes inflammans, vel ad meliorem frugem revocans, singulorum meritis, non personis affectus, ipsas quoque iniurias heroico vindictae genere, nempe beneficiis devinciebat. Post expletos insigni glo-

ria

ria Generalis Gubernii annos, totus Deo, ac sibi vacaturus Savonam se contulit, qua in Urbe, dum doctrina clarus, et antiquae probitatis exemplar praeluceret, paulatim viribus deficiens, lecto affixus, doloribus invicta patientia toleratis, animo erecto, et ad moriendum rite comparato inter adsiduas Sodalium, et Convictorum suorum preces, ac lacrimas, magno apud omnis conditionis homines relicto sui desiderio ibidem A. MDCCXLVIII. occasum vitae adtigit.

ARGUMENTI (*Franciscus ab Annuntiatione B. V. Mariae*) primam adspexit lucem Romae Anno MDCII. vesteque Scholarum Piarum ab huius Instituti Conditore A. MDCXVIII. indutus est. Praeclaram indolem nactus nobilissimas virtutes cum Litterarum cultura tantopere coniunxit, ut in his utrinque veluti absolutum quoddam vitae exemplum, atque illustris forma emineret. Delectabatur autem potissimum Vir praestantissimus Eloquentia, et Philosophia, in quibus egregiam apud Viros doctos opinionem sibi conciliavit. Hoc testentur Orationes, quas iteratis vicibus de laudibus Gregorii XV. P. M. ad nobilissimam concionem habuit, et alia erudita ingenii sui monumenta luce publica typorum beneficio edita. Vivere desiit Savonae in Ligu-

ria III. Octobr. Anno MDCXXV. nondum Sacerdotio initiatus aetatis tertio, ac vicesimo.

ARMINI (*Alexius a Conceptione B. V. Mariae*) Italus Anconitanus nobili genere natus est MDCXXI. Humanioribus Litteris excultus ad Ordinem Scholarum Piarum adspiravit, cui se solenni voto adstrinxit MDCXLI. Post impensam Philosophiae, ac Theologiae operam singulas Grammaticae Classes, Poesim, et Rhetoricam pluribus annis ea sedulitate, atque adprobatione docuit, ut commissam suae curae Iuventutem non minus ad Litteraturam, quam ad Religionis, pietatisque studium identidem inflammaret. Vir enim insigni modestia, comitate, mansvetudine, animi nivei candoris, ac priscae virtutis, et mira eloquentia instructus, facile mentes hominum in suam sententiam flectere videbatur. Pari laude, ac fructu scientias altiores Iunioribus nostris tradidit, atque Praeco Verbi divini ad sacram concionem dixit. Rector variis Domibus praeesse iussus has paterna benevolentia mansvetudine, ac caritate moderabatur. Tandem Romanae Provinciae Praefectus, Assistens Generalis, ac postremo Universi Ordinis Praeses Generalis MDCXCI. Hic ut testis concurrit pro apotheosi Divi Parentis Nostri Iosep i Calasanctii vitae, ac prodigiorum litteris

con-

consignatorum synchronus Scriptor. Excessit e vivorum numero sextus post Sanctum Fundatorem Praepositus Generalis Romae A. MDCXCII. Paucis ante mortem mensibus veluti praesagus futuri vernacula haec edidit:

1) Compendio della Vita del Venerabile Pedre Fundatore delle Scuole Pie Giuseppe della Madre di Dio Nobile Aragonese, Fondatore primo Generale, e Propagatore della Religione di Chierici Regolari Poveri della Madre di Dio, delle Scuole Pie composta da Padre Alessio della Concezione, dell' Instituto medesimo a Roma nell Anno MDCXCIII. 8vo. e di nuovo nell' Anno MDCXCVII. 8vo.

2) La medesima Vita, che nel MDCCX. dal P. Agostino Passanti allora Procurator Generale delle Scuole Pie, confermata con citazione de' processi, e storie pii autentiche: fu falta stampata a Roma presso Francesco Gonzaga e e dedicata a Clemente XI. PP. 4to.

3) Ristampata, ed accresciuta dal sopradetto P. Agostino Religioso divoto di nominato Venerabile Padre in Vienna appresso Gio van Ghelen, stampatore di Corte di sua Maesta Cesarea nell' Anno MDCCXII. 4to. fu dedicata alla Sacra Cesarea, e Real Maiesta di Wilhelmina Amalia Imperatrice de Romani etc. dai CC. RR. delle Scuole Pie di Vienna.

4) Compendio della Vita del Venerabile Pietro della Nativita di B. M. V. e del Venerabile Servo di Dio Glicerio di Christo. A Roma nell' anno MDCXCII. 8vo.

AUDRICHI (*Everardus a S. Francisco*) in Hetruria Liburniae A. MDCCXV. vitales auras delibare coepit. Adolescens humaniores Litteras emensus Ordini Scholarum Piarum MDCCXXXI. se totum addixit. Post exactum tyrocinii religiosi tempus Graece, atque Latine insigniter doctus in Philologia, Mathesi, Philosophia, et Theologia discenda tam insigniter versatus est, ut non minus praeclarae industriae, atque excellentis ingenii laude inter ceteros effulgeret. Itaque ad traditas aliquot annis humaniores Litteras methodum docendi faciliorem adhibuit; cum elegantiori Litteratura mirifice delectaretur, omnes conatus diurnos, nocturnas vigilias, ad excolendum Graecae, Latinaeque Antiquitatis studium transtulit, quod sacram, atque profanam Eruditionem complectitur universam. Accessit ad hoc adsidua veterum Auctorum lectio, ex qua iam inde a pluribus annis apud suum animum constituerat, cum selectioribus Latinorum Comoediis, et Tragoediis una cum Petro Soderinio Instituti eiusdem illustratis in uberiorem adolescentium utilitatem, quid

maius

maius proferre meditaretur. Cumque Collega suus eosdem in Oratoria Facultate ad Ciceronis mentem instituere cogitaret, nihil Audrichius noster erudiendae Iuventuti opportunius, atque huius etiam aetatis indoli adcommodatius existimavit, quam si pro Antiquitatis cultoribus breves quasdam Institutiones concinnaret, quibus ipsorum ingenia, velut sacris illius mysteriis initiata ad arcana deinde, longeque augustiora facile admitterentur. Adhuc tamen in eo consilio haesitantem non modo Audrichium nostrum confirmavit, sed calcar, animumque ad Spartam illam exornandam eidem addidit Cl. Eduardus Corsinius, cuius quae, et quanta sunt in eruditam Antiquitatem egregie merita, nisi, quem tota Antiquitas fugit, ignorare potest, quo tum pro sua humanitate familiarissime utebatur, et quem deinde summum Moderatorem, ac Patrem Scholarum Piarum Ordo venerabatur. Iamque operi manus admovebat, cum ab amoenioribus Litteris repente avulsus, et ad severiores disciplinas profitendas translatus remissius, quam debuerat, quamque Typographus edito operis argumento spem fecerat, susceptum opus urgere debuit, et ad longius usque tempus diferre. Quid vero animo intenderit suis Institutionibus, quidve praestiterit, paucis Lectorem docebo. Ea inter praesidia, quae ad Graecos, Latinosque

Scri-

Scriptores, ac monumenta probe assequenda plurimum conferunt, tria sunt, quae prae ceteris utilia, ac necessaria maxime commendantur; temporis nimirum, veteris scriptionis, atque obscuriorum compendiorum, tum numerorum plena cognitio. Ex iis enim non modo in aliqua huiusce facultatis membra, sed in universum antiquitatis corpus eruditio adeo influit necessaria, ut sine illis scriptorum, monumentorumque sensus, nemo nisi divinando adipiscetur. Haec omnia perspicue pro viribus exponere studuit, non quidem adeo parce, ut illorum cognitio brevi exarescat, neque tam abunde, ut mergat ingenium. In iis omnibus pertractandis orationem adhibuit, nisi elegantem, nativam certe, et fortasse minime inconditam legenti potius, quam scribenti facillimam. Testimonia, atque auctoritates in marginem coniecit, et si quid exprimendum occurrit, more Criticorum; occurrit autem saepius, id plerumque in animadversiones contulit breviores. Critici personam suscipere de industria saepius effugit, non modo, quod ab hoc scriptionis genere aliquantulum aliena videretur, verum etiam, quia sibi nihil suspectum erat magis, quam iudicium suum; ubi eandem sustinere cogitur, sapientium Virorum emendationibus adhaeret; quarum si quas non probat, nonnisi

caute,

caute, ac verecunde immutantur. Superest ergo, ut Doctissimi Viri Audrichii consilium, atque opus aequi, bonique faciant Antiquitatis Cultores, in quo habent Tirones ad vetustatis eruditionem praesidium: Eruditi habent, quo intermortuam tot rerum recordationem excitare valeant, quorum primis, si prodesse, ab aliis vero, si probari contigerit, uberem sibi fructum illius gratulabitur. Hanc autem eximius Auctor operi suo, quam recensuimus, praefixit inscriptionem,

1) *Institutiones Antiquariae, praesidia pro Graecis, Latinisque Scriptoribus nummis, et marmoribus, facilius intelligendis proponuntur, ac plurima ad numerorum, et vocum compendia, ad Chronologiam, et Palaeographiam spectantia accurate explicantur. Auctore Everardo Audrichio Scholarum Piarum Philosophiae, et Matheseos Publico Professore.* Florentiae MDCCLVI. ex typographia Sacrae Caes. Maiest. 4to.

2) Porro Audrichius Everardus iuncta opera P. Petri M. Soderini eiusdem Instituti cum elegante praefatione, ac duabus eruditis Dissertationibus, variisque notis sequentem vulgavit collectionem: *Selectae Comoediae, et Tragoediae ex Plauto, Terentio, Seneca etc.* Florentiae ex

Typo-

Typographia Imperiali. MDCCXLVIII. 8vo. Vide C. Mazzuchelli Script. Ital.

3) Versibus elegantissimis patria Lingua naturalium rerum scientiam inclusit : liber hanc inscriptionem praefert : *Ecloghe Fisische* etc. Florentiae ex Typographaeo Imperiali Anno M. DCCLIV. 8vo. His praeclaris monumentis ea doctrinae opinione floruit, ut ipsum Regios inter Theologos Franciscus I. Caesar retulerit. Philosophiam, et Mathesim docendo professus maxime Iuventutis utilitatem spectavit. AEdes sacras S. Mariae ad Riccios omnibus pene subsidiis destitutas, animo erecto ferme a fundamentis excitatas ad imolem insignem, tum amplitudine cum elegantia multo praestantiorem perductam absolvit. Provinciae Hetruscae plena rerum gerendarum potestate praepositus, quantum apud Principes gratia, et auctoritate valeret, id fortunati eventus luculente comprobarunt. Hunc enim Raynaldus Estensis, ac Regii Dux singularibus beneficiis cumulavit; eidem Hercules III. Convictum Corrigiensem erigendum commisit. Petrus Leopoldus autem Magnus Dux Hetruriae illi Ptolemaeum Senensem sponte obtulit: quin etiam illius opera non modo ab hoc Principe Optimo Scholae Piae arctissima e Domo in amplissimas aedes ad S. Ioannem Evangelistam Florentiae translatae sunt, sed

sed etiam dum ad res Collegii Mediolanensis tractandas Viennam iubente Ordinis universi Praeside proficisceretur, litterae favoris, benevolentiae, ac pietatis plenae ad Matrem Augustam Mariam Theresiam Hungarorum Reginam a filio datae sunt, quibus Collegium ipsum rebus pene ad interitum vergentibus, ac conclamatis erexit, et redintegravit. Domum in Italiam redux, Provinciae suae, cui quinquies optime praefuit, honorem, et commoda curavit, eoque fuit erga Institutum studio, ut cum ex Hetruriae lege sancitum esset, ac Ordines Regulares dicti subessent iuri Praesidum, vel Superiorum extraneorum, is ab amantissimo Ferdinando III. Magno Hetruriae Duce impetraverit eam legem non afficere Scholas Pias. Assistens Generalis electus Comitiis Ordinis Generalibus tertio interfuit. Florentiam reversus sibi, Deoque vacans, dum in vegeta senectute diu victurus videretur, e gravi languore decumbens mortis quasi praescius inopinata nervorum convulsione constrictus maximo sui desiderio relicto inter nostrorum preces, gemitus, et lacrimas Pater optimus, Vir Religiosissimus, ac doctissimus occubuit. A. MDCCCI.

B.

BAJTAY (*Antonius a Matre Dei*) nobili Hungarorum genere ortus est in Zsido provinciae Pestiensis vico XIV. Decembris Anno Salutis redemtae MDCCXVII. *a*) cui singulari doctrina, exquisita eruditione, morum elegantia, adcurata cultiorum Europae linguarum cognitione, novum peperit decus, atque ornamentum. Adolescens Instituto Scholarum Piarum ultro nomen dedit, in quo per aliquot annorum intervallum excellentis ingenii, acrisque iudicii luculenta dedit specimina. Hinc, ut eidem amplior parandae eruditionis campus obtingeret, in Italiam confestim profectus, Romae in florentissima illa scientiarum sede optatum, atque amicum suis studiis reperit hospitium. Di-

ei

a) Vitam, et scripta huius magni, mihique amicissimi Viri in nostra *Memoria Hung. et Provinc.* Part. I. p. 80. et seq. dedi. Fusius hic agemus, quoniam mihi plura de hoc ipso lumina doctrinae admirabilis adfulserunt, ea, uti in *Nova Memoria Hungarorum, et Provinc.* Pestini typis Mathiae Trattner edita A. MDCCXCII. Part. I. pag. 128. et sequ. adiecto epitaphio iterum oculis lectorum libenter subiicimus.

ci nequit, quot quantosque suorum conatuum nactus sit laudatores, atque admiratores. Unde vix completo cursu scientiarum in nobilissimo eiusdem Urbis Collegio Nazareno praecipua Philosophorum placita magno audientium fructu tam disserte proposuit, ut conceptam alias praeclaram de se opinionem non solum conservaret, sed in dies magnis accessionibus confirmaret. Mox Lutetiam Parisiorum adiit, et in hoc humanarum, divinarumque Litterarum emporio tempus omne, amicorum temporibus, elegantiori litteraturae addictus, transmittendum putavit. Cum autem inde in patriam reditum meditatus, rectum, atque expeditum iter ob bellum decedente Imperatore Carolo VI. inter plurimos Europae Principes enatum suscipere minime posset, longum, illudque non prorsus omnis periculi expers per Hollandiam, aliasque Septemtrionis plagas gloriose, ac fortunate absolvit. *a*) Certe Hagae Comitum, Amstelodamique

a) Cum Parisiis sumtus illi deessent, nec ob bellum redire posset, ita scribit: „Una, inquit, super. „est via, quamvis non sine periculo, scilicet di„recta in Hollandiam, atque inde per Septem„trionem, Bohemiam, atque Poloniam; Hanc „ego arripere conabor, simul ac nervus itineris „adfuerit.“ Scripta fuit haec Epistola Anno M. DCCXLV.

que commoratus in Statibus foederati Belgii ad Reipublicae Secretarii munus invitabatur. *a*) Berolini insigni doctrinae, atque eruditionis opinione Regiam Scientiarum Societatem, ipsumque Fridericum Magnum ita complevit, ut ipsum aegre a se divelli pateretur *b*) ; iamque in Patria constitutum iteratis vicibus in Borussiam invitaret *c*). Ea occasione nobiliora Europae Athaenaea

---

DCCXLV. II. Augusti ad Adolphum Nemcsényi a S. Benedicto Collegii Nitr. Schol. Piar. Rectorem.

a) De Secretario Statuum Belgii, ad quem ultro invitabant Ordines ita in litteris: „ Alioquin pro Secretario detinent, nec rite adsequor, qua ratione „ me satis caute expediam. "

b) Noster Antonius Bajtay, ut securius lateret ad imitationem multorum peregrinantium, nomine L. B. Barclai Berolinum venit; Societatis Regiae congressibus Auditor interfuit, ipse deinde aliquoties adposite disseruit: hinc fama propagata ad Regem, a quo prandio exceptus, qui elegantiam linguae Gallicae, ac reconditam eruditionem admiratus, ut apud se maneret, invitavit. Deprecatus id Bajtay, et se quis esset Regi aperuit; at Fridericus in eo retinendo perseveravit. *Non obstat*, inquiens, vel *sua Religio, vel Catholica Fides.* Illo denique iteratis vicibus deprecante, tandem dimissus id elogium tulit, ut Rex diceret, se unum in eo cognovisse, qui primum Ministrum cuiuscunque Principis pro dignitate agere possit.

c) Caussam quivis facile perspicit, qui superiorum temporum

naea tam praeclará industria pervestigavit, ut ea, quae ad provehendam Hungaricarum litterarum gloriam conferre viderentur, ipse menti alte imprimeret, litterisque consignaret. Hungariae redditus Philosophiam experientiae innixam tanta nominis celebritate, Auditorumque frequentia, utilitate, atque adplausu Pestini edocuit, ut licet magnam aemulorum invidiam, ne dicam odium sibi conflaret, ipse tamen magnorum hominum auctoritate, ac selectae doctrinae praesidio fultus obices quosque perrumperet, ac superaret. Accessit ad haec morum svavitas, de aliis bene merendi studium, comitas atque adfabilitas, quibus dotibus praecipuum Nobilitatis Hungaricae florem ad se pertraxit, et summorum Virorum animos sibi mirifice conciliavit. Porro praeclaram de se doctrinae, atque eloquentiae laudem auxit non mediocriter, cum occasione fundamentorum ad Regiam excitandam iactorum Budae ad amplissimos Hungariae Ordines III. Idus Maii Anno nati Servatoris MDCCXLIX. ea virilis facundiae laude, ut vel ab exteris iure optimo praestantissimis no-

---

porum rationem perspexerit. Grandem nempe sibi, et familiae ignominiam inurendam putasset, si noster Bajtay apud Regem Sacris Romanis non devotum perenne domicilium fixisset.

nostrae aetatis Oratoribus accenseretur *a*). Fuit haec Oratio splendidissime primum Budae anno eo-

a) Recensebo huius elogium, ex Libro Lipsiae edito: Neuer Büchersaal der schönen Wissenschaften, und freyen Künste pag. 181. quod fidelissime latine reddam. Antonii Bajtay Clerici Regularis Scholarum Piarum Oratio habita Budae in Conventu Nobilissimorum Hungariae Ordinum, cum primus lapis ad constituendam Hungariae Aulam Regiam poneretur. Clarissimus Auctor Religiosus est de Ordine illorum, qui vulgo audiunt *Piaristae*, qui ea de caussa conditus est, ut meliori modo Iuventus erudiretur pietate, bonisque disciplinis. Exhibuit ille in hac plus, quam communem, et inter Catholicos Germaniae raro usitatam eloquentiam. Eius latina scribendi ratio ne minimam quidem sapit barbariem claustrorum, verum tota est ex optimis Romanae eloquentiae fontibus delibata. Gustus eius est linatus, subactum ingenium, cogitationes sine tumore magnae, explicatio virilis sine violentia, nihil in ea absonum, nec levi verborum usu foedatum; verbo, ut dicam, eum hac nostra aetate unum ex optimis Oratoribus praedicare debemus. Iudicium hoc nostrum, ut sine partium studio enunciatum videatur, necessarium existimavimus partem aliquam ex Orationis principio cum Lectoribus communicare, quos in eandem mecum sententiam mox ituros confido. Facimus id eo libentius, quod perfectissimae Monarchae honori cessuram putemus, cuius admiratio hunc Oratorem singulis pene in lineis animavit,

eodem excusa in folio, deinde Wratislaviae, ac Varsaviae Anno MDCCLVI. tum Magno-Karolini,

vit, sic eam orditur: „Quamquam et Maioribus „nostris defuerint, et nobis ipsis desint adhuc „permulta, quae belli, pacisque artibus florentem, „ac omni ex parte felicem Rempublicam consti- „tuunt, nihil tamen in rerum tantarum penuria, „illis nobisque magis deesse videbatur ea Regia, „quae olim maximis sumtibus intra muros huius „Urbis ad magnificentiam, et admirationem po- „sterorum collocata, a Patriae hostibus, hominibus „barbaris, inter necem, sanguinem, fletum, et la- „crimas civium optimorum, ac praestantissimorum „cum Urbis ipsius antiquo splendore, atque di- „gnitate eversa est. Deum immortalem! quam „tetra, et lugubris illa dies, quam luctuosa, et „deformis huius Civitatis imago fuit? ferrum, „flamma, caedes, ruinae, cadavera, vastitas, hor- „ror; silentium haec omnia tunc hoc forum, hos „vicos, has Dei Immortalis aedes occuparunt. „Sed quidquid est, quod tantopere vos commo- „vet *Servatores Hungariae*, ceterique Ordines, „et Auditores ornatissimi? Itane vestro quidem „iudicio novum, ac plane inusitatum est de mor- „te, luctu, ac calamitatibus nostrorum verba fa- „cere eo die, qui ad nostram, totiusque Reipu- „blicae nostrae vitam, et salutem illuxit, et quo „non tantum ista incredibilis hominum frequen- „tia hilaritatem vultus insolitam praeferre, sed „et haec ipsa moenia Civitatis exsilire, et sibi „gratulari videntur? Ego vero cuperem vehemen- „ter,

lini, ac Pestini Anno MDCCLXXX. iteratis vi-

„ ter, ut horum acerbissimorrum casuum com„ memoratione animus vester contraheretur, ac „ concideret paulisper. Excitandus enim est mihi „ hodie in vobis tantus laetitiae sensus, quo maior, „ atque vividior esse, aut percipi haud possit; est „ autem sensus voluptatis ille, utique maximus, at„ que vividissimus, qui recentissimi moeroris sensum „ occupat, eiusque vestigiis ita continue inhae„ ret, ut ex eo prodire videatur. Tunc enim „ squallore obsitus, et quasi contractus animus, „ cum illico dilatari, pluribusque velut rivulis de„ currentem laetitiam simul admittere haud possit, „ totus repente inundatur, pulsatur, ac tandem „ perfunditur illo sensu voluptatis, qui svavissi„ mus, atque iucundissimus adpellatur. Quod et „ ceteris animi adfectionibus ita commune est, ut „ ne ipsae quidem vivae, et animo intime prae„ seates sint, nisi ex oppositis, et contrariis qui„ busdam motibus oriantur. At ne haec ipsa quae„ dam lucis usura, et vita adeo nobis iucunda „ foret, nisi in eius discrimine interdum versare„ mur: quamobrem de ea ii vel maxime gratu„ lari solent, qui ex letali morbo, aut alio quo„ cunque manifesto periculo erepti ab interitu, „ quem sibi cominus paratum esse cogitabant, „ repente divinae providentiae fulcris impositi li„ berantur. Sed iam pene longius, quam par est, „ in proposito digressi sumus. Hae igitur parie„ tum ruinae, quae post illam Urbis direptionem, „ et crudelem carnificinam nostrorum relictae sunt,

„ in-

vicibus prelo subiecta in maiore, ut adpellant forma Plena est sapientissimis consiliis eo po-

„ incredibilem varietatem, atque seriem tristissi-
„ marum cogitationum maioribus nostris, nobis-
„ que omnibus iniiciebant. Alii dolebant summo-
„ pere ista eximia Potentiae, et Maiestatis monu-
„ menta, quae olim a Sigismundo et Matthia
„ Regibus nostris potentissimis condita fuerunt, tam
„ crudeliter contra omnem humanitatis, et naturae
„ sensum eversa, et adflicta esse. Alii deplora-
„ bant illam insignem Bibliothecam, quae in ea
„ Urbis parte, quam Ister alluit collocata non
„ tantum Graecae, et Latinae, sed aliarum quoque
„ Linguarum selectissimis codicibus instructa erat.
„ Alii moestissima oratione repetebant, illam au-
„ ro, argentoque aliisque rebus pretiosissimis Do-
„ mus Regiae supellectilem, quae Beatricis Re-
„ ginae gratia ex remotissimis Asiae, ac Europae
„ regionibus allata omnium ora, et oculos in se
„ convertebat. Alii Aulam Legatis, exterisque
„ Principibus constitutam; alii atria statuis mar-
„ moreis, aeneisque ornata, alii hortos adiacentes
„ cum labyrintho, et aquis ad octo stadia ductis.
„ Alii denique totius Regiae situm, amplitudinem,
„ et formam, atque Architecturam plane admira-
„ bilem commemorabant. Quod vero plurimum
„ angebat; ac pene excruciabat omnes, erat illud
„ potissimum, quod haec una Domus eversa, o-
„ mnia Regni, et Regiae vestigia delere, Hunga-
„ riam in Provinciae formam redigere; nos vero
„ omnes in ipsa Patria peregrinos, et hospites
„ efficere videretur. Hoc tam gravi moerore ani-

potissimum tendentibus, ut patriam belli, pa-
cis-

„ mos omnium premebat, ut ad huius Civitatis „ moenia multi ne oculos quidem adtollere sine „ lacrymis interdum possent. Ideo eorum o- „ mnium, qui Hungarico nomine censentur, et „ qui amorem erga patriam a natura impressum, „ sincerum, atque incorruptum custodiunt, haec „ una vox, haec una erat oratio ut cum his aedi- „ bus non tantum Civitas ista, sed et ipsa Respu- „ blica, et ipsi Reipublicae Ordines pristino splen- „ dori, et dignitati restituerentur. Quae precatio „ cum aequissima, et ob Patriae, totiusque Rei- „ publicae salutem suscepta videretur, eam tandem „ et Deus O. M. sibi ratam, gravissimamque es- „ se ostendit. Etenim Mariae Theresiae Princi- „ pis Augustae, atque Reginae nostrae potentissi- „ mae iussu harum aedium cura Antonio Grassal- „ kovichio Aedilium, Quaestorumque Provincia- „ lium Magistro amplissimo demandata, diesque „ ista hanc unam ob caussam indicta est, ut ea- „ rum fundamenta pro more, atque Instituto Ma- „ iorum, solenni ritu in universi populi, horum- „ que Ordinum spectatissimorum conspectu iace- „ rentur. O diem bonorum omnium votis iam pri- „ dem exoptatam! O diem nobis omnibus auspi- „ cato exortam, nobis omnibus propitiam, atque „ fortunatam! Equidem tametsi mihi nec ingenium „ tam perspicax, eaque luce perfusum est, ut „ futura praenoscere, aut praesentire possim, nec „ in Republica ita me versatum esse intelligam; ut „ ea omnia mihi adsequi liceat, quae cum eius „ bono maxime coniuncta sunt; ego tamen eorum,
„ quae

nisque artibus illustriorem efficiat, et ad priscam Ma-

„ quae ad nostram felicitatem pertinent, tanta uno „ veluti intuitu hodie mihi videre videor, ut minime „ confidam ea me attingere posse pro dignitate. „ Sed neque singula persequi in animo esse pot„ est: alioqui non res quidem, sed vires ad dicen„ dum deessent, et haec provincia, non quemad„ modum facilis, et iucunda, sed gravis, ac per„ molesta foret. Illud igitur, quod in praesenti „ commemorandum, aut demonstrandum potius es„ se putamus, hoc unum est, hodierno die non „ tam huius *Regiae*, quam communis nostrae u„ tilitatis, et gloriae fundamenta collocari. Ad„ este obsecro Auditores ornatissimi, meque tan„ tae rei imparem vestra auctoritate, ac sapien„ tia paullum sustinete." Hic est ingressus. Sed pro uberiori adiiciemus dedicatoriam Epistolam ad Caesaream Regiam Maiestatem, in qua nobilis dominatur simplicitas, et candor: eiusmodi Roma tantum optimis suis temporibus ad summum adhuc in litteris Plinii ad Caesarem Traianum ostendere potuit. En huius initium: „ Quod ora„ tionem istam, quam III. Id. Maj. ad amplissi„ mos Hungariae Ordines habui, TIBI MARIA „ THERESIA Imperatrix, ac Regina potentissima „ offeram, id non tam a me, quam ab Aerarii „ TUI Praefecto C. Antonio Grassalkovichio pro„ fectum est. Ego enim verebar, hominis ita pri„ vati, qualem me esse non ignoro, opusculo ita „ tenui, quale hoc esse deprehendes, nomen ita „ Augustum, quale TUUM est inscribere; ille au„ tem Vir Clarissimus existimabat, eam, quacun„ que

Maiestatem, veterumque gloriam evehat. Haec est

„ que tandem ratione spectetur, ad TE UNAM
„ pertinere, quod et Regia TUA, et Civitas TUA,
„ et Regnum TUUM, et dies denique ipse, quo
„ pronunciata est, TUUS videretur. Accipe igitur
„ eam, Augusta, illa, qua soles clementia am-
„ plecti eos, qui de TE, qui de Republica TUA
„ bene mereri cupiunt, eamque per gravissimas oc-
„ cupationes TUAS, quae animum pene divinum
„ TUUM tot Regnis, atque Provinciis eodem tempore
„ praesentem sistunt, licuerit, interdum inspice. E-
„ quidem tametsi in ea nihil TIBI occurret, quod
„ TUAM eruditionis copiam, quod TUAM subli-
„ mem, ac plane singularem cogitandi artem ad-
„ tingat, invenies tamen illam, quam de summis
„ TUIS virtutibus existimationem habemus, et quid
„ de TE, quid de TUIS amplissimis beneficiis in
„ nos omnes, non tam collatis, quam effusis sen-
„ tiamus. Quae duo, quamvis TIBI modo nullum
„ fortasse voluptatis sensum offerent, quod nescio,
„ quam occultis, ac plane mirificis Philosophiae,
„ atque Religionis praesidiis instructa TUARUM
„ laudum commemoratione minime capiaris. Ea
„ tamen in rerum gestarum Historia nominis TUI
„ recordationem apud omnes populos, atque apud
„ Hungaros praesertim efficient, svavissimam, ac
„ sempiternam, quod Regiis saltem posteris TUIS,
„ totique FAMILIAE AUGUSTAE non poterit non
„ esse gratissimum. Licet enim populis praeesse, ac
„ imperare magnum quidpiam sit, et ipsa Regia di-
„ gnitas ita illustris adpareat, ut ad divinam pro-
„ xime in terris accedere videatur, Reges tamen
„ ipsi

est oratio illa, quae suo Auctori ad novos honores

„ ipsi obscuri, et quasi ignobiles esse possunt, „ nisi sanguinem a maioribus haustum propriis „ virtutibus, vitam autem rebus praeclare gestis „ illustrent. Ideo multorum Regum nomina tan„ tum in Tabulis Chronologicis descripta sunt, et „ ex iis aliud ad summum coniicere non licet, „ quam eos, non quidem sibi, quod longe utique „ laudabilius exstitisset, sed aliis imperasse. Hoc „ autem de TE AUGUSTA dici profecto non „ potest: nihil enim est in TE coronis TUIS mi„ nus, Earum lux nec adparet quidem, si cum „ splendore TUARUM virtutum conferatur. Ut „ proinde de TE iure optimo illud praedicari pos„ sit, quod olim Sixtus V. Pontifex Maximus, „ et Henricus IV. Galliae Rex de Elisabetha M. „ Britaniae Regina dicere solebat: TE nimirum „ TUI sexus illecebras tantum habere, Virorum „ autem summis virtutibus, ita esse ornatam, ut „ omnibus Regibus exemplo sis. Atque ego qui„ dem video latissimum TUAE gloriae, et laudum „ campum periri: ut eas enumerare singulas „ neque possum, quod multae, et magnae sint; „ neque reipsa audeo, quod eas multi Viri sa„ pientes litteris consignatas ad posterorum me„ moriam; immo iam ad aeternitatem ipsam trans„ miserint. Quapropter denuo Imperatrix, et Re„ gina Potentissima a TE hoc unum peto, ut ora„ tionem clementissime suscipias, et cum ea Hun„ gariam, Hungarosque omnes TUO patrocinio „ commendatos habeas. Sic enim omnia, quae „ hactenus ex TE non tam e Regina, quam ex „ Ma-

res viam stravit. *a*) Cum enim Serenissima Princeps Vidua Sabaudiae Dux Maria Theresia de Lichtenstein ad amplificandam litterarum gloriam, et nobilitatis utilitatem magnificum a fundamentis ad molem condecentem perfectum condidisset Athenaeum, atque ad augendum huius decus selectis liberalium Artium, et sublimiorum scientiarum Professoribus instruxisset, Bajtajo quoque nostro Antiquitatum, et Historiarum tradendarum munus delatum est, quod pererudito *specimine rationis in Historicis Insti-*

„ Matre Nostra nobis polliciti sumus, facillime ex-
„ sequemur, nostrique nepotes, ac posteri semper
„ quidem sub TUIS MAIORIBUS AUGUSTIS beatam, sub TUO tamen Imperio beatissimam fuisse
„ praedicabunt. "

a) Praestat omnibus editio postrema, quam Cl. Mathias Tertina in Seminario, atque Universitate Studiorum Pestana Pestana tunc SS. Theologiae Auditor, modo in Academia M. Varad. Humaniorum litterarum Professor suo aere procuravit. Nam praeter celeberrimam ad amplissimos Hungariae Ordines orationem Budae A. MDCCXLIX. habitam continetur quoque Antonii Bajtay iam Praesulis Transylvaniae Regia potestate Vicarii ad congregatos Transylvaniae Optimates Alloquutio habita ea occasione, cum Iosephus M. ab Auersperg S. R. I. Comes Supremus Magni Principatus Gubernator renunciaretur Cibinii die VI. Maii Anno M. DCCLXXI. a me primum communicata, ac deinde a laudato Cl. Viro typis Mathiae Trattner publici iuris facta. Anno MDCCXC. 8vo.

stitutionibus susceptae a) omnium adprobatione implevit. Fama huius ad Regiam Aulam perlata Mariam, Dominam nostram, et Reginam Hun-

---

a) Gaudemus tanto vehementius de tam praestanti eloquentiae Magistro, quod ex alio Viennae impresso scripto videmus, eum ipsum Eruditum hominem in nuper fundata Nobilium Academia ordinarii Professoris partes obire. Illud hoc insignitur titulo: *Specimen rationis in Historicis Institutionibus susceptum. Accedunt specimina, quae ex Historia Sacra Nobilissimi Historiarum Auditores, et Academici in Lichtensteiniano-Sabaudica XVI et XVII. Cal. Iulii MDCCL. protulerunt. Viennae Austriae typis Ioann. Leopold. Kaliwoda Aulae Imperialis Typographi. 4to.* Scriptum hoc dicatum est Serenissimae Lichtensteinianae Viduae Ducis Sabaudiae, magnanimae novae Nobilium Academiae Fundatrici, cuius magnae virtutes, ac potissimum amor scientiarum in erecto, confirmatoque hoc Athenaeo praedicantur. Inscriptio fluida, rectaque gallice scribendi ratione constat; scopus huius speciminis eo tendit, ut Cl. Auctor tamquam publicus Historiarum Professor rationem praelectionum exponat, et Iuventuti utilitatem, et fructum earum ostendat. Reiicit opinionem eorum, qui Historias tantum transmittendi svaviter temporis caussa legunt; et demonstrat Ciceronis testimonio, eam esse lucem veritatis, et vitae magistram, plurimumque conferre ad varias vitae humanae rationes recte instituendas, alendamque Societatem. Singula huius scri-

Hungariae eo permovit, ut Iosephum Principem natu maximum, postea Romanorum Imperatorem, et Regnorum spem, atque ornamentum *Historicis Institutionibus* erudiendum committeret. Nec defuit suo muneri Auctor noster, cum arcanam Hungariae Historiam in usum sui Principis typis dignissimam ad tabularia patefacto aditu diplomatum fidem publicam sequutus eleganter concinnasset, ac Principi Coronae, Haeredique amplissimarum Provinciarum inscripsisset

scripti capita referre non possumus, hoc solum animadvertimus P.P. Piaristas in Academia Nobilium Lichtensteiniana ad docendam Iuventutem pluribus uti linguis Germanica, Gallica, Italica, Latina, prout cuique haec, vel illa magis expedire videtur. Auspicium a sacris litteris capiunt, inde ad Aegyptiorum, ac demum ad quartam Monarchiarum progrediuntur historiam. In omnibus Clariss. Auctor suam docendi rationem perspicuam nobis facit, simulque iudicandi acrimoniam, consiliique maturitatem cum pio in patriam animo coniunctam manifestat. Exempli gratia necessitatem tacitus queritur, in qua versamur, Iuventuti tanta temporis iactura Mythologiam proponendi, cum eo ipso tempore utilius res nostra aetate gestae, et Heroum, qui ultimis his saeculis floruerunt, laudes, atque ornamenta exhiberi possent. Dubium non est, si hac methodo a talibus Magistris erudiantur Nobiles, eos instructiores reddi ad graviora studia maiori fructu, et gloria in exteris

set *a*) Haec sex periodis absolvitur. Prima periodus ab origine Gentis usque ad annum Christi DCCXIV. procurrit, qua continetur prolegomenon, seu Introductio ad Historiam Hungariae; scilicet §. I. Origo Hungarorum. §. II. Hun-

teris Universitatibus excolenda. Latina eius dictio in hoc quoque specimine cultum, atque elegantiam redolet, typus pulcrior, quam Viennae consveverit Illa tamen in Hungaria excusa oratio, si nitorem chartae, et typorum venustatem spectes, potiori iure praeferenda est. Haec de nostro Batayo in laudatis ephemeridibus Eruditi Lipsienses.

a) Id factum est Anno MDCCLV. Placet mihi pereleganten, ac perdoctam dedicationem, cum in MS. delitescat hoc loco inserere. Ante 'Αποσροφὴν hoc utitur lemmate: *Prima est Historiae lex, ne quid falsi dicere audeat; deinde ne quid veri non audeat, ne qua suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis.* Cicero de Oratore. Deinde ita Principem alloquitur. „Regie Princeps Coro„nae! — Constitutum est salutari providentia, et „iussu Augustorum, ut praecipuum in ea huma„nae cognitionis parte studium collocares, qua „populorum tuorum Historia continetur. Huius „exemplum Instituti apud Reges omnibus saecu„lis anteactis, unum in Constantini, alterum in „M. Theodosii liberis eluxit, et Regibus caeteris „usque ad Patrum nostrorum memoriam negle„ctum est. Cuius rei caussas, quum saepe so„lerter indagassem, alia postremo non succurrit, „quam,

Hunnorum adventus, et res ad Attilam usque gestae. §. III. De Attila Rege. §. IV. Reliquae res ab Hunnis gestae. §. V. De origine, et adventu Avarum. §. VI. Continuatio de Hungaro-rum

---

„ quam, quod iis tale genus doctrinae cum huius „ altissimi subsellii dignitate minus coniunctum „ videretur. Id vero, si ita reipsa est, his terra- „ rum Dominis, ac disciplinae ratio esse oppido „ perspecta vix potuit. Illi enim, quos supra mor- „ talium conditionem evexit Principatus, nascun- „ tur quidem a Principibus, at Principes non „ nascuntur, hauriunt quidem a parentibus cum „ vita ius imperandi: at modum, artemque im- „ perandi haurire cum vita non possunt. Opor- „ tet igitur Principem fieri; qui Principe ortus „ est, oportet autem discere artem imperandi, qui „ ad imperium natus est. Qui bene imperet, „ paruerit aliquando necesse est. Artem hanc „ discere Principes commode nequeunt, nisi cum „ historia populorum, quibus praesunt, vel prae- „ erunt aliquando. Quamvis enim eos multis ac „ pene divinis adminiculis oporteat esse instructos „ a natura, uti sunt: ingenium perspicax, consi- „ lii, iudiciique maturitas, in agendo iam cun- „ ctatio, iam opportuna celeritas, constantia, fa- „ cilitas, cura, providentiaque sempiterna, aequa- „ bilitas, et alia eiusdem generis permulta: po- „ pulo tamen recte, ac laudabiliter nunquam im- „ perabunt, nisi probe intelligant, quae sit po- „ puli indoles? quibus praesertim studiis capiatur? „ quas leges, vel immunitates, quae iura, vel in-

„ sti-

rum origine, atque adventu. — Altera Periodus ab Anno Christi DCCXIV. usque ad annum M. CCXCIX, ubi demum stirpis Arpadianae Imperium desinit. — Tertia periodus ab anno Christi MCCC.

„ stituta habeat? quibus artibus vitam, qua ratione rempublicam excolat? quibus modis iuvari, quibus devinciri, quibus demum in officio contineri possit? quam rerum cognitionem privati homines ex usu, et consvetudine facile capiunt, Principes capere potissimum ex Historia possunt, quod eos gradus ille dignitatis divinae proximus a consvetudine hac, et consortio mortalium seiungat. Et nisi capiant, necesse erit, eos parere illis, qui hanc sibi cognitionem pararunt: oririque poterit Imperium tale propemodum, quale Themistoclis fuisse apud Graecos accepimus, in qua filius matri, mater viro, vir Graeciae universae imperabat. Est quidem auctoritas Principum sacrosancta, possuntque Rempublicam, ut volunt, gubernare, pro summa illa potestate, quam a Rectore universi acceperunt, ut populo proinde iussis omnibus diligenter obtemperandum sit; Principes tamen, qui omnem Iusti, Honesti, ac Decentis rationem in proprio collocant imperio, non consulunt Imperii sui aeternitati, quod vis tollat postremo amorem populi, qui est unicum in omni Republica fundamentum, et adminiculum Principatus. Iam vero inter Historias populorum, qui Maioribus TUIS Augustis parent, postrema fortasse non est Historia Hungarorum. Hungaria enim „ Regum

MCCC. usque ad annum MDXXVI, seu cladem Mohacsianam — Quarta periodus ab exordio Principatus perpetui usque ad plenam concordiam Regni. Series Regum Hungariae ab Anno

---

„ Regum coronam secundo intulit in Domum tuam
„ sacrosanctam, in qua iam antea annis CLXX:
„ Imperium Romanorum suam collocaverat. Hun-
„ garia exhibuit partem, ac titulos decem Regno-
„ rum illustrium, propter quae Moderatores eo-
„ rundem olim Archi-Reges, quasi Regum Prin-
„ cipes vocabantur. Hungaria demum adtulit elo-
„ gium insigne Regis Apostolici, iusque sacrorum
„ eiusmodi, quale nemo Principum Christianorum
„ habet. Quae ut memoriae prodidit C. a Khe-
„ venhüller, cum in Comitiis Ratisbonensibus S.
„ R. I. Electores cognovissent, existimarunt Hun-
„ gariae Reges caeteris omnibus anteire. Sed haec
„ arguunt ad summum, historiam populi huius
„ non esse omnino, studio, attentioneque sua in-
„ dignam. Alia longe sunt, quae Historiam hanc
„ tibi, Regie Princeps! utilem, ac fere necessa-
„ riam ostendant. Peculiaris est legum politica-
„ rum, et forensium indoles. Condunt eas Regni
„ quatuor Ordines in Comitiis, Regemqne solemni
„ forma precantur, ut conditas auctoritate sua
„ confirmet. Ita quamvis complementum potesta-
„ tis *coactivae*, et *directivae* in Principibus resi-
„ deat, quod leges rogatae sine consensu eorum
„ vim nullam prorsus obtineant, apex tamen u-
„ triusque potestatis a legibus ipsis dimanat; quod
„ Principes ex clementia singulari, quae ob usum

„ in-

Anno Christi MDXXVII. Hac periodo continetur Ferdinandus I. Maximilianus, Rudolphus. Quinta periodus complectitur Matthiam II. Ferdinandum II. Ferdinandum III. Leopoldum, Iose-

---

„ inveteratum ius induxit, edicto publico, vel rescripto spondeant se curaturos, ut a se non minus, quam a subditis observentur. Immunitates dein inde a S. Ladislao profectae ab Andrea II. adeo auctae sunt, ut iam in ipsius Regni perniciem tendere viderentur. Qua de caussa Decreti eiusdem clausula communi S. C. circa saeculi prioris exitum sublata est. Praerogativa tamen caeterarum nunc etiam Nobilium Ordinis a cunctis Reipublicae oneribus eximuntur. Domicilia eorum sunt veluti Sacraria, ex quibus, crimine perduellionis excepto, nemo propter quodcunque aliud flagitium eripi, vinculis constringi, aut capitis damnari potest, nisi tertium a Rege in Curiam arcessatur, harumque immunitatum tanta est sanctitas apud omnes, ut earum tutelam Principes, antequam inaugurentur, iureiurando promittant. Denique Religiones peregrinae sunt tres, viribus, ac frequentia pene pares, videlicet Protestantium, Reformatorum, ac Graecorum. Duarum priorum ratio, libertas, et Iura inde a pacificatione Viennensi A. MDCVIII. Comitiorum XII. legibus constituta sunt. Postrema veteribus Augustorum gratiis, ac privilegiis communitur; utunturque omnes insuper tanto patrocinio Principum extero-

sephum. — Sexta denique periodus exhibet Carolum III. Hungariae, Regem, vel VI. Romanorum Imperatorem, atque immortalis memoriae Principem Mariam Theresiam, de qua ita praefa-

---

„ terorum, ut si vim sibi aliquam afferri sentiant,
„ protinus Anglorum, Hollandorum, Borussorum,
„ ac Moscovitarum officia interponant. Haec vero
„ in caussa sunt, ut vix palam turbari sine peri-
„ culo, aut Reipublicae detrimento possint, tamet-
„ si consilia occulta Principibus nunquam deerunt
„ eas labefactandi primum, tandem, si velint, peni-
„ tus opprimendi. Nihil est enim in rerum natu-
„ ra, quod prudentia, cunctatione, rerum, tempo-
„ rumque usu opportuno Principes non adsequan-
„ tur. Quamvis autem ea, quae de legibus, et
„ immunitatibus adtulimus Regiae summae potesta-
„ ti obesse aliquantisper videantur, ea tamen re-
„ ipsa nullis finibus, ac limitibus continentur, quod
„ in Regibus nostris inde a principio omnia Regni
„ patrimonialis, omnia Imperii pleni, et perfecti
„ occurrant. Tale imprimis est, quod ei solum
„ dominatum bonorum, ac terrarum privati usum
„ ea tantum ratione habeant, quam Regum bene-
„ ficientia, et voluntas constituit. Si quis proinde
„ filiis careat, is neminem scribere haeredem te-
„ stamento potest, sed bona protinus ad Principem
„ devolvuntur, nisi successionis praerogativa filia-
„ bus quoque concessa fuisset. Idem iure am-
„ pliore contingit, si quispiam sit reus Maiestatis,
„ nam tunc ne liberorum quidem ratio habetur.
„ Qui duplici genere summae, ac maximae pote-
„ statis,

fatus Auctor. „ Exordium autem, inquit, longe iniquissimum obtigit Augustae, ut, quam ii ipsi, qui pro pactorum, et foederum sanctitate tueri debuissent, repente in perniciem coniurantes non dignitate solum, aut Regnis, verum etiam avi-

„ statis, si Reges Hungariae vel a saeculis duo-
„ bus uti pro arbitrio voluissent, cum ea tempora
„ turbida, et calamitosa involverint permultos,
„ opes apud privatos exiguae, tenues fortunae
„ superessent. At Maiores tui Principes optimi
„ semper legum praesidio, semper clementia, et
„ liberalitate populos gubernarunt, quae duae di-
„ vinae virtutes Imperium Augustae Domui tuae pol-
„ licentur firmum, ac sempiternum. —Cum interim
„ haec, et alia permulta, quae hoc adduci loco potuis-
„ sent, Principum singularia studia, et providentiam
„ exposcant, res Hungarorum tuorum ita censui
„ conscribendas, ut usum ab Historia separarem.
„ In Historia perstringo tantummodo summa ca-
„ pita rerum gestarum, ne te liberius interpellans
„ avocet a caeteris nobilibus disciplinis, quas in spem
„ tot illustrium Regnorum, ac Provinciarum condiscis.
„ In usu facta refero, si sint eius indolis ad Rempubli-
„ cam, et quidquid ad Religionem; ac Civitatem,
„ quidquid ad Principes, et Populi officium, quid-
„ quid ad Imperii rationem, ac incrementum per-
„ tinet; expendo pro viribus, non pro dignitate.
„ Ita Princeps Regie! fructum historiae huius qua-
„ lemcunque oculorum pene obtutu cernens eo-
„ que commode, uti aliquando poteris; si tua
„ dignus fuerit Maiestate, tibique cum vita ob-

 tiu-

avito patrimonio, fortunisque nudare voluerunt. Eximii huius operis αὐτόγραφον in Archivo Aulico apud Virum longe celeberrimum Rosenthallium, dum viveret, conservatum, alioque translatum aegre publicam lucem subibit, cum enim ibi peculiaria, et ad Principem potissimum pertinentia reperiantur, vulgi conspectui merito subtrahendum censetur. Huc quoque pertinet ad usum eiusdem Coronae Principis Politica Regni Hungariae Historia Anno MDCCLVI. luculente litteris consignata. *a*) Sed et alia commemoranda

„ tingat imperium. Quod quidem ab aeternae „ providentiae consiliis ac nutu pendet. Nos enim „ populi omnes pro Augustorum salute, ac felicitate non minus, quam tua, Deum Immortalem „ precamur."

a) Praefationis loco haec leguntur (in C. I. H.) scilicet verba Hungarorum ad Maximilianum II. Imperatorem et Regem Hungariae Decret. III. Anni MDLXIX. quibus Rudolphum, ac Ernestum filios Archi-Duces Austriae ex Hispaniis revocari, et alterum in Hungaria petunt status: iuvabit adponere integrum Articulum XXXIII. laudati Anni. „ Quod interea „ sua Maiestas cum Serenissimo Archi Duce Carolo Fratre suo carissimo tractatura sit, ut in „ absentia Maiestatis suae vices eiusdem gerere, „ resque Hungaricas administrare velit, status, et „ Ordines Regni laudant, et humiliter adprobant „ suae Maiestatis Consilium: §. I. Optarent tamen, „ atque adeo humillime supplicant, ut, cum maiores

randa sunt; licet ignobilibus tenebris abdantur, Viri magni huius praeclara ingenii monumenta his inscriptionibus. I. Ars instituendi Tirones nostros CC. RR. Scholarum Piarum confecta a P. Antonio Bajtay a Matre Dei A. MDCCXLIX. 4to. Est hoc opusculum magna diligentia, et acri iudicio concinnatum in gratiam Tironum ad nominatam Religionem convolantium, quo nempe modo ii temperandi, atque instituendi sint, ut non solum pietate, ac litteris praestent, sed etiam Reipublicae sacrae, ac profanae non

 vul-

„ iores natu filii suae Maiestatis Domini eorum „ clementissimi iam pluribus annis absint in Hi„ spaniis, et plurimum intersit cum illorum, tum „ vero fidelium subditorum Maiestatis suae, ut „ potius ad latus suae Maiestatis continuo agen„ tes, et in consiliis praesentes audiant, et vi„ deant in dies modum, et formam regiminis; „ mores praeterea et leges, consvetudinesque sub„ ditorum suorum, quibus aliquando praefuturi „ sunt, addiscant adhuc iuvenilibus annis exem„ plo ipsius Maiestatis suae, et Serenissimo„ rum Fratrum suorum, quos Divus Ferdinandus „ Imperator, Dominus noster clementissimus bea„ tae memoriae, ab ipsa quasi pueritia, rebus, et „ consilio agendis exercebat, nonnunquam vero „ in absentia vires suas illis committebat, digne„ tur vel nunc tandem revocare. §. II. Et casu „ quo suam Maiestatem a Regno longius abesse „ contingeret, unum ex illis loco sui, et si us-

„ quam

vulgare adferant emolumentum. II. Enarratio historica quorumdam Virorum dignitate, ac doctrina illustrium. III. Methodus instituendae Iuventutis apud Scholas Pias. IV. Rhytmi Hungarici, et carmina quaedam latina, et insigne volumen epistolarum, ex quibus magnam partem deperditis paucas superesse merito dolendum

„ quam possibile sit, in Hungaria (ut linguam „ quoque Gentis addiscant) relinquere. — §. III. „ Quemadmodum sacra Maiestas sua, se huius rei „ primo quoque tempore, clementer curam habi- „ turam obtulit. Vid. Rubr. Iur. Hung. ad hunc „ art. — Haec Historia a me lecta, paucis visa, paucissimis cognita, quinque libros, et hos in plura, et pauciora capita divisos complectitur. Sic Liber primus capitibus decem agit de Hungaria, caeterisque provinciis generatim, ac singillatim, ac de insignibus Regni. Liber secundus septem capitibus describit Regem Hungariae, Filium Regis natu maiorem, Reginam, et Autonomium Hungariae Regni. Liber tertius sistit sexdecim capitibus populum Hungariae, veluti Clerum, Ordinem Procerum, et Equestrem, Civitates Liberas Regias, Montanas, atque Oppida etc. Nobilitatis Hungaricae immunitates, ac praerogativas, et plura huic argumento convenientia. Liber quartus novem capitibus exhibet formam sacram Hungarici Regni, sive Religionum varietatem; scilicet Confessiones August. et Helv. et Graeci ritus. Tribunalia sacra, ut leges, loca credibilia, et

dum est. *a*) V. Variae alloquutiones ad congregatos Transilvaniae Optimates habitae cum Praesul, et Regia potestate Vicarius negotia tractaret. Ob has igitur insignes animi dotes com-

et his similia. Liber quintus capitibus quatuordecim disserit de forma civili, fundamentalibus Regni legibus, de Dicasteriis politicis, iudiciariis, oeconomicis, ac postremo de scholis, ac studio litterarum.

a) Ex paucis tamquam e naufragio superstitibus ob argumenti praestantiam, et insignem Auctorum notitiam unam suppeditabo Lectoribus epistolam, quam ad Ioannem Andrassy L. B. de Krasznahorka Taurinum dedit Pestino A. C. MDCCXLVII. Ita vero ille: „Ioanni Andrassy L. B. de Kraszna-
„ horka Antonius Bajtay Scholarum Piarum S. P.
„ D. Ex epistola, quam Prid. Id. Ianuarii reddi-
„ dit abs te mihi Tabellarius, duo possum capere
„ argumenta laetitiae singularis. Alterum est,
„ quod nostri recordatio in animo tuo temporum
„ decursu, aut locorum intervallo oblitterata non
„ sit; alterum autem, quod adventum tuum ad
„ Taurinenses felicem, ac fortunatum esse cogno-
„ scam. Utrumque profecto me incredibili qua-
„ dam voluptate perfundit: at istud quidem
„ servatrici providentiae Dei O. M. Illud autem
„ singulari erga me benevolentiae tribuendum est.
„ Observantia enim illa, quam in meorum erga
„ te meritorum numero fortasse collocasti, non
„ aliunde, quam ab indole tua svavissima, et
„ eximiis plane virtutibus repetenda est. — Consi-
„ lium

communi Patrum consensu, atque adclamatione per Hungariam, et Transilvaniam Praeses Instituti

---

„ lium porro tuum, quod de excolendis optimarum „ Artium studiis suscepisti, laudo vehementer, at „ profecto illud probare haud possum, quod ea- „ rum instrumenta a me tibi putaveris expetenda „ esse. Intelligo enim, me quidem in disciplinis „ esse pene hospitem, ac peregrinum; te autem „ in ea Urbe nunc commorari, ubi domicilium suum „ posuere studia bonarum artium; et ubi tanta „ pene est frequentia hominum sapientissimorum, „ quanta Civium optimorum. Quia tamen iam „ eam fortassis opinionem de meo profectu in lit- „ teris hausisse videaris, ut te opera mea adiu- „ vari posse confidas, ne hanc tibi spem negli- „ gentia nostra ereptam esse existimes, dicam „ paucis, qua potissimum ratione praeclaram nomi- „ nis existimationem servare apud nos incolumem, „ ac sempiternam possis. — Adolescentes igitur „ loco nobili, ac illustri nati ab omnibus quidem „ artibus, quae homine liberali dignae sunt, ali- „ quem in se derivare splendorem hic possunt, „ ab Historiae tamen, Iurisprudentiae, ac doctrinae „ πολιτικης studiis plurimum commendantur: nam „ cum in Regnum nostrum ea penitus illata non- „ dum sint, quibus velut ansis quibusdam, sive „ vinculis constringitur, solent Hungari nostri, „ quum in publicos, aut privatos coetus interdum „ conveniunt, incredibilem quandam voluptatem „ capere ex iis, quae memoria, ac recordatione „ posterorum digna contigerunt. Cum enim ha- „ beant animum ad gloriam suapte natura compa- „ ra-

tuti sui constitutus est. Munere suo apud Principem egregie defunctus, tulit virtutis, indu-

„ ratum, solent extera quidem exempla illustrium
„ Virorum eos plurimum oblectare, domestica au-
„ tem ad virtutem ipsam erigere quodammodo, ac
„ incitare. Iurisprudentiae autem, quis nescit,
„ quantus honor sit apud nos? quae dignitas? non-
„ ne aditus ad Remp. qui caeteris liberalibus disci-
„ plinis pene praeclusus est, huic soli videtur con-
„ cessus? nonne omnes etiam summo loco nati Ado-
„ lescentes hanc unam colunt adsiduo, hanc unam in
„ oculis circum ferunt, atque interdum servile quod-
„ dam vitae genus suscipiunt, ut ex ea aliquam
„ capere utilitatem, aliquem in se derivare splen-
„ dorem possint? in quo mirifico plane studio fo-
„ rensis sapientiae, tantum profecto caeteris nationi-
„ bus orbis terrarum antecellunt, quantum vicissim
„ fortassis ab eisdem in aliis optimarum Artium stu-
„ diis superantur. Immo exemplum hoc nostro-
„ rum hominum mihi videtur esse tam singulare,
„ ut ne in vetustissimis monumentis rerum gestarum
„ reperire ulla consimilia possimus, nisi Graecos
„ fortassis excipias, qui cum florere primum eru-
„ ditionis fama coepissent, difficilia, et aspera
„ quaeque, eius comparandae caussa perpessi sunt;
„ quemadmodum de Platone, aliisque Graeciae
„ sapientibus Historiae prodiderunt. — Iam vero
„ de vera πολιτικης ratione, indole, ordine,
„ atque natura quid dicam? Equidem quamvis ea
„ hactenus apud nos videatur pene fuisse exstincta
„ a CCXXX. annis nemo nostrorum hominum ad
„ Rempublicam summa potestate regendam acces-
„ serit, hodie tamen tantum tribuitur honoris, ac

dustriae, atque eruditionis praemia, cum voluntate, atque auctoritate Augustae Dominae Mariae The-

„ dignitatis, ut hic sibi elegisse domicilium videa-
„ tur. Pauci enim sunt in Hungaria, quos igno-
„ rare non pudeat, quid Plato, quid Bodinus scri-
„ pserit de Republica: pauci quoque, qui nesciant,
„ qua ratione Richelieu, quibus adminiculis Mazari-
„ nus Rempublicam censuerint gubernandam. Hinc
„ etiam ii, qui in litteris sunt hospites penitus, ac
„ peregrini, honoris cuiusdam caussa commemorant
„ Fleury Cardinalem amplissimum, quod praeclaram
„ illam provinciam, quam Regum suorum iussu
„ susceperat, tanta cum sapientia, ac felicitate
„ gesserit. Quae cum ita sint, ni fallor, Andrassy
„ mi! luculenter his potissimum artibus te esse ex-
„ ornandum, ut apud nos retinere tui nominis
„ commendationem possis. Quare tales potissimum
„ homines colere, tales lectitare libros debes, e
„ quibus triplicis huius doctrinae rivulos commo-
„ dius in te dimanare possint. Utrumque autem
„ facile quidem ubique in Italia, Taurini tamen
„ facillime profecto obtinebis. Rex enim Optimus,
„ cuius ego sapientiam, caeterasque virtutes pene
„ divinas saepe coram sum admiratus, non tan-
„ tum litteris, sed etiam litteratis hominibus lo-
„ cum in Urbe dedit, et praemia designavit. —
„ Quapropter delectu tantum est opus, ut eos dun-
„ taxat, quos optimos in una quaque re cognovi-
„ mus, complectamur. Hinc si meo inesse consilio
„ vis potest, existimarem Historiae originem du-
„ cendam esse a Μεθοδε, quam Lenglet du Frez-
„ nois conscripsit, deinde statim legendum esse Rol-
„ li-

Theresiae Anno MDCCLX. Cal. Octobr. Episcopus Magni Principatus Transilvaniae, Insignis Sa-

„ linum, quod mea sententia quidem nemo hactenus „ sive Graecorum, sive Romanorum, illum nitorem, illam venustatem, illas denique leges in „ scribendo servaverit. At Rollini historiam nostrorum temporum non habemus, unde perlustrari fortassis non sine aliqua utilitate posset „ *historia* universalis Samuelis Puffendorff; at ea „ tantum, quae aucta, atque emendata prodivit, „ priores enim editiones scatent infinitis erroribus, „ atque in hac ipsa ommitti forsan Romanorum „ Pontificum res gestae, non tantum quod Auctor „ nimis partium studio teneatur, et res narret ab „ omni prorsus veritate alienas; id quod ea historia singulari quadam adtentione digna sit, quod „ praecipue rerum ubique gestarum capita complectatur. Quare pro ipsa quidem historia Romanorum Pontificum Blanchinus, Burius, aut „ Berninus: pro Ecclesiastica autem, prout hoc „ corpus quoddam historiae maius, atque illustrius „ constituit Godeau, Tillemont, aut Fleuri evolvi „ non sine maximo emolumento possent. Habent „ quidem apud eruditos homines etiam existimationem quamdam Brictius, Tursellinus, Imhof, „ Chevigni, Vallemont, aliique: sed in his pene „ omnibus, aut nimium partium studio, aut nimia brevitate, aut saltem χρονολογίαι erroribus narratio rerum gestarum infecta est, ac „ contaminata, ut proinde, si pro combibenda historia in universum alius quispiam honoris caussa „ nominandus sit, minime verear M. Chevreau

„ his

Sacerdotum Collegii Posoniensis ad S. Martinum Praepositus, Augustorum in Hungaria, et Transil-

---

„ his omnibus anteferre. — Historia universali per-
„ lustrata Gentium caeterarum quidem historiae
„ postea, nostrae autem illico perdiscendae sunt.
„ Quomodo enim ad extera cognoscenda animum
„ conferemus, si nostra ignoramus? Quare si
„ tempus non supoetat Bonfinii, Istvanfii, Sambuci,
„ Beliique voluminibus pervolvendis, memoriae sal-
„ tem mandari poterunt ea, quae Behamb, aut
„ Nadanyius de nostrorum rebus gestis scripta re-
„ liquerunt. Fortasse non inutile etiam foret hi-
„ storiam, si non Graecam, saltem Romanam ex
„ propriis fontibus haurire. Quapropter, ut nihil
„ de Graevii, Gronoviique immensis voluminihus
„ dicam, perlustrandus in ipso limine studiorum
„ foret Clariss. Nieuportius, ut hoc exiguum licet
„ opusculum facem quodammodo ad totius anti-
„ quitatis cognitionem praeferret: tum Titus Livius
„ propter gravitatem quandam orationis, Caesar
„ propter munditiem, Tacitus propter ornatum,
„ Eutropius propter brevitatem, Cornelius Nepos
„ denique propter divinam pene ingenii vim, ac
„ eloquentiae, quae in ipsa narratione rerum ge-
„ starum se prodit. At Hisoria sine χρονολογιας,
„ atque Γεωγραφιας subsidiis caeca quodammodo
„ est, atque inermis. Vnde suppetiae quaedam
„ petendae forent ab Usserio, et Petavio, du Plais-
„ sis, atque du Fresnoy, quod illis quidem χρο-
„ νολογιας, his duobus autem Γεωγραφιας funda-
„ menta nemo firmius, atque profundius iecisse vi-
„ deatur. Atque sunt etiam hac nosta aetate γεωγρα-
„ φιας

Transilvania ab arcanis consiliis titulo Liberi Baronis ornatus renuntiaretur. Hac dignitate in-

---

„ φιας institutiones morum, sive rituum historiae ex „ ornatae, quae ieiunae terrarum descriptioni prae„ stant. Quapropter consulendus etiam foret Salmon „ Anglus Clarissimus, qui non mea tantum, sed o„ mnium pene doctornm, ac eruditorum hominum „ sententia in hoc scribendi genere caeteris ante„ cellit. Caeterum fructus, quem comparare ex „ assidua Historiarum lectione debemus, hic unus „ est, ut ea, quae cum pernicie, vel cum utili„ tate nostra coniuncta sunt, cognoscamus. *Hoc* „ *praecipue* (inquit L. I. Titus Livius) *salubre*, „ *et frugiferum, omnis te exempli documenta* „ *in illustri posita intueri: inde tibi, tuaeque* „ *Reipublicae, quod imitere, capias, inde foedum in*„ *ceptu, foedum exitu, quod vites.* Quapropter in „ narratione rerum gestarum, non tam ad veritatem, „ quam ad indolem earundem adtendendum est; „ *Nam quamvis* (ut inquit Cicero Libro II. de „ Oratore) *Historiae haec prima lex sit, nequid* „ *falsi dicere audeat, deinceps nequid veri non* „ *audeat*; veritas tamen ipsa in Historiarum mo„ numentis adeo abdita est interdum, ut erui nul„ lo ingenio, nullis viribus doctrinae possit. Nam „ quanto magis res conspicuae sunt, atque illustres, „ tanto pariter magis dubiae, atque incertae sunt; „ quemadmodum ea testantur exempla, quae a „ Cl. le Gendre in illo eximio libro suo *de opinio*„ *nibus* recensentur. Seposita enim auctoritate Sa„ crarum Litterarum, quae solae nobis lucem ad„ ferunt in obscuritate, ne de nostri quidem or-

„ tus

insignitus dici nequit, quanta benevolentiae, liberalitatis, et φιλανθρωπιαι argumenta ediderit? quan-

„ tus temporibus fieri possumus certiores. Aegy„ ptii enim numerant a Mene ad Sathon XI. „ MCCCXL. Babylonici iam aetate Ciceronis, „ quemadmodum ipse docet de Divin. Lib. I. qua„ dringenta septuaginta duo millia annorum monu„ mentis comprehensa continebant. Sinensis deni„ que homo ille litteratus, qui A. MDCCXXIII. „ cum Cl. Voltaire apud Batavos rerum olim in „ Asia gestarum memoriam recolebat, asseverabat „ ante XXII. MDLII. annos Iapones a suis prae„ lio fusos esse; Indis autem intra Gangem leges „ fuisse datas A. Mundi videlicet 5000000000000„ 7912345oooo. Hinc Carlovicius, et eruditionis „ copia, et rerum omnium experientia instructis„ simus, quum res Sleidani, quas oculis ipse suis „ usurpaverat, adeo mutatas, ac plane deformatas „ conspexisset, dixisse fertur: At ego quidem in „ posterum, nec veteribus, nec recentioribus Hi„ storicis fidem dabo. — Iam vero de Iurispruden„ tia quid dicam? Intelligo sane ob dissimilem „ prorsus instituti nostri rationem, me in ea esse „ minime versatum. At scriptis quidem multorum, „ oratione vero pene omnium intelligo plurimum „ commendari Samuelem Puffendorffium, et Hu„ gonem Grotium cum Barbeyracii notis, sive ani„ madversionibus evulgatum, eo quod de Iure na„ turae, et gentium, de Iure belli, et pacis, de „ officio hominis, et civis nemo hactenus scripsis„ se melius, nemo scripisse uberius videatur. Iu„ ris

quantis curis, ac sollicitudinibus, quam molestis, Principis negotia suae curae, ac dexteritati

---

„ ris autem institutiones in universum μεθοδῳ brevi, atque conspicua pertractatae in Vitriario Homine apud Batavos celeberrimo, in Westenbergio, qui principia Iuris conscripsit secundum ordinem Digestorum; ac denique in Heineccio, quem Itali plerumque tradunt tironibus ediscendum, ut nihil interea dicam de Adlero, Averano, Bergero, Müllero, Noordkerkio, Reinhardo, Schaumburgio, aliisque Iureconsultis clarissimis. Alia his adiungere placet. Novae coniunctiones formantur verbo, novus sensus legibus, nova vis rebus ipsis inesse praedicatur, ut, qui domi florentes, foris felices exstiterunt, inermes, ac plane imbecilli reddantur. Quod, quamvis non sine maxima utilitate Reipublicae fieri interdum possit, quum nimirum Principes ob inexplebilem quandam cupiditatem finium proferendorum monumenta publicae tranquillitatis dissolvunt; ut tamen sine ullo discrimine vel delectu id fiat, probare profecto haud possim. Obterere enim vires hominis hanc unam ob caussam, quia firmae sunt, idem interdum est, ac convellere bases cuiusdam aedificii hanc unam ob caussam, quia firmae sunt: atqui nihilominus foedera illa sempiterna, quae inter quosdam Principes etiam maxime dissitos intercedunt, foedera inquam illa...Sed iam in alia pene incidissem. Veniam mihi dari a te postulo, Andrassy mi Clarissime! atque id unum peto, ne existimes

tati commissa, sacrae, ac profanae Reipublicae commoda decem, et amplius annis tractaverit? ultro etiam provecturus, nisi mors praeclaris hominum conatibus infesta animam, et munus ponere coegisset. *a*) Itaque, cum viribus infractis,

---

„ mes me tua patientia abuti voluisse. Si rerum „ dicendarum est copia, fieri, ut inquit Cicero, „ interdum solet, ut facilius sit principium oratio„ nis, quam finem invenire. Quod certe mihi „ quoque videtur nunc contigisse, cum non tantum „ satis de re non dixerim, sed nec eam adtigerim pro „ dignitate. At neque committi haec litteris cuncta „ debent, neque committi si deberent, contineri fini„ bus unius epistolae possunt. Utere igitur his pro „ tuo ingenio, ac voluntate; atque si in his etiam re„ bus libros consulere vales, hos tibi utiles aliquando „ fore cognosces: Introduzione degl' Ambasciadori, „ L'Etat politique de l' Europe, Lettres, et negotia„ tions de M. de Vitte, Les Traites de paix, et d' „ alliance etc. Schwoederi Tractatus praetensionum „ illustrium. Corpus Sanctionum pragmaticarum „ S. R. I. Melun, Montesquieu, Marperger, d'Ar„ gens, Fenelon, Voltairie. Hos ergo lectita, si „ placet, libros diligenter, et te in hoc genere „ doctrinae meo profecisse consilio deprehendes. „ Vale, Andrassy mi Ornatissime, meoque nomi„ ne Legatum Pontificium Merlini, Sales, Alfieri „ homines nobilissimos, caeterosque amicos meos „ svavissimos salvere iube. Pestini Idibus Ianua„ rii Anno MDCCXLVII. "

a) Iuvabit Reverendissimi, ac Clarissimi Domini Antonii

ctis, ac prostratis ex Transilvania festinato itinere ad Insigne Posoniense Sacerdotum Collegium, cui Praepositus erat, tenderet, nec pertinacia morbi ullis medicamentis comprimi, atque expugnari posset, ingravescente malo Aradini substitit, ubi continuo advocatis vicinum in

---

nii Szeredaj de Szent-Háromság SS. Theologiae Doctoris, Proto-Notarii Apostolici Capituli Cathedralis Ecclesiae Albensis Transilvaniae Praepositi Maioris Infulati, atque Tabulae Regiae in Transilvania Iudiciariae Praelati verbis molimina insignia referre, quae leguntur in serie *antiquorum, et recentiorum Episcoporum Transilvaniae.* Albae-Carolinae typis episcopalibus in quarta maiore, ut aiunt, forma Anno MDCCXC. pag. 237—339. Ita vero ille de nostro Antistite Bajtayo. „— Inter „ complura, inquit, illa praeclarissima facinora, „ quae hic Episcopus, ut erat sapientia, et do„ ctrina paucis secundus, in commune utriusque „ tam sacrae videlicet, quam profanae Reipubli„ cae commoda, et emolumenta sua durante gu„ bernatione contulit, et exhibuit. *Primum* illud „ est, quod mihi haec scribenti, meisque in Prae„ positurali munere successoribus a Sede Aposto„ lica, et benigne consentiente Augusta quoque „ Principe Maria Theresia perpetuum usus Ponti„ ficalium privilegium, titulumque Praepositorum „ Infulatorum procuraverit. *Alterum*, quod inde „ ab erecta per Carolum III. Regem, et VI. Im„ peratorem in hoc principatu continua Tabula „ Re-

in Sanctae Annae Oppido Collegium incolentibus Instituti sui hominibus inter eorum preces, uberrimasque lacrimas, omnibus ad subeundum aeternitatis iter praesidiis instructus, magno sui relicto desiderio viam molestam, et vitam abrupit XV. Ianuarii Anno MDCCLXXIII. Corpus in

„ Regia, optabant melioris animi proceres Catho- „ lici, suspirabat Clerus, laborabant Episcopi, „ efficere tamen eousque nequiverunt; Episcopus „ iste frustra obnitentibus a Romanis sacris alie- „ nis, gloriose perfecit, ut scilicet e Clero Catho- „ lico ad analogiam Regni Hungariae constitua- „ tur in eadem Tabula Regia Adsessor cum titulo „ Praelati eiusdem. Advenit itaque pro festo pla- „ ne Natalis Domini Anno MDCCLXX. Regium „ Decretum, ac Diploma, quo ad idem munus „ Augusta Maria Theresia nominavit primum me „ Antonium Szereday Praepositum iam Infulatum „ cum annuo salario Hungar. florenorum mille, „ et praecedentia ante omnes non solum Assesso- „ res, verum etiam Magistros Protonotarios, solo „ praesidio interimali Seniori Adsessori saeculari „ reservato; in quod munus introductus fui M. „ Vásárhelyini initio mensis Februar. A. MDCC- „ LXXI. *Tertium*, quòd Decanatus Cibiniensem, „ et Coronensem, olim Brassoviensem dictum, „ antea Strigoniensi Archi-Dioecesi exemtos effe- „ cerit suis locis, suae Dioecesi uniri, atque ita „ fomitem controversiarum inter utramque iuris- „ dictionem saepe cum scandalo, et offensione „ au-

in Transilvaniam revectum insolitos in omnium Ordinum animis motus excitavit, quod deinde ma-

„ audientium penitus exstinxerit. *Quartum,* quod „ in Collegium Pázmányianum Viennense tres a„ lumnos perpetuo ibi alendos, opera sua apud „ Augustam Aulam impensa collocaverit. *Quin*„ *tum* quod domicilium Iunioris Cleri Albo-Ca„ rolinensis accessione aedificii, censu, alumnis, „ reliquisque disciplinaribus auxerit. *Sextum*, „ quod Orphanotrophium Regio-Theresianum Ci„ biniense ipsius opera adiutrice apud Augustam „ influente assurrexerit. *Septimum*, quod ipsius „ sollicitudinibus acceptum debeat referri illud ce„ lebre pium peculium pecuniarum, prius Lusi„ tanicum, postea Religiosum sic dictum, quo „ pia Augustae Principis Mariae Theresiae muni„ ficentia in Religionis augmentum addicto, septem „ iam novae Parochiales Ecclesiae cum suis Cu„ rionibus; aliae vero, qua Religiosis statutae, „ qua e ruinis restauratae, assurrexere, et ex „ quo complures in Dioecesi Parochi singulis an„ nis nobile accipiunt beneficialium suorum redi„ tuum supplementum. Ad quod insigne benefi„ cium perenni gratitudine recolendum partici„ pantibus ex illo Parochis perpetuum Missae Sa„ crificiorum Deo pro tanta Benefactrice, atque „ Augusta eius Domo litandorum onus imposuit, „ et praeterea tam in Cathedrali sua, quam in „ singulis Parochialibus Ecclesiis tabulam dipti„ cham Latina, et Hungarica lingua appensam te„ neri iussit huius tenoris:

maxima nobilitatis, et omnis aetatis in Episcopalibus sacris aedibus Albae-Carolinae tristi tumu-

---

OREMVS.
PRO. MARIA. THERESIA. AVGVSTA.
QVAE.
DEO. O. M. CVRIONIBVS AC. IVVENTVTI.
ARAS. AEDES. SHOLASQVE. STATVIT.
CVM. HIS. T M. FVTVRIS.
CENSVS. QVOT ANNIS. PER. SESE. CRESCENTES.
ADIECIT.
ATQVE. ITA.
RELIGIONEM. SACROSANCTAM.
RARO. SALVTIS. PVBLICAE STVDIO.
IN. PLENAM. OMNINO. LVCEM. EDVXIT.
INCREMENTIQVE. SEMPITERNI. ADMINICVLIS.
CONFIRMAVIT.
A. MDCC. LX. VII.

„ *Octavum*. Quod paullo ante suum ex hac Dioe„cesi discessum Anno Domini MDCCLXXI. Octa„vum in hoc Capitulo erexerit, statueritque Ca„nonicum cum titulo Canonici Scholastici, qui Theo„logum, et Magistrum Canonicos in instituenda „Clericali iuventute Alba-Carolinensi adiutum „iret; addicto illi pro perpetuo beneficii fundo, „molendino ad fluvium Ompoly, in parte inferio„ris hic Civitatis Lipovány nuncupata, imperio, „e suis impensis per suos Officiales erecto; „eidemque beneficio, ita a se fundato, atque in „eius stabilitatem certa sorte Capituli relicta prae„fecerit Michaelem Szabó de Csik Szent-Márton „suum ad id usque tempus Cancellarium. His

„ vero

mulo illatum est. *a*) Marmoreo tanti Praesulis monumento hoc ipsi epitaphium inscribere placet ad memoriam temporum sempiternam, quo Magni Viri cursus vitae compendio legentium oculis exhibetur.

SISTE. VIATOR.

ANTONIO. BAJTAY. A. MATRE. DEI.

DE. CC. RR. SCHOLARVM. PIARVM.

QVI.

AD. GENERIS. NOBILITATEM.

 A.

„ vero et aliis compluribus benefactis,pro suo mune-
„ re magnifice completis tandem sub annum Domini
„ MDCCLXXI. de resignando Episcopatus mune-
„ re coepit inire consilia, quod et praestitit Anno
„ MDCCLXXII. " Haec sunt verba Reverendissi-
„ mi Antonii Szeredaj de Sz. Háromság ex Opere
paullo ante laudato depromta, quibus summam rerum ab Episcopo nostro Antonio Bajtay gestarum in Transilvania complexus est.

a) Ad reliqua ingenii monumenta tanti Praesulis adiici debet sequens Apostolicae sollicitudinis, ac curae indicium hoc titulo: *Pastoralis Epistola Excellentissimi Illustrissimi, ac Reverendissimi DD. Iosephi Antonii L. B. Bajtay Dei Gratia Episcopi Transilvaniensis, Insignis Collegiatae Ecclesiae Posoniensis ad S. Martinum Praepositi, Archi Diaconi Posoniensis SS. CC. atque Apostolico Regiae Maiestatis Status, et Excelsi Regii in Transilvania Gubernii Consiliarii Actualis Intimi etc. Anno MDCCLXIV. ad Clerum suum data, editaque* Claudiop. in fol.

A. VIRTVTIS. ET. DOCTRINAE. SPLENDORE.
TANTVM. ADTVLIT. ORNAMENTI.
VT.
AMICOS. IN. SVI. AMORE. CONSERVARET.
INIMICOS. IN. SVI. ADMIRATIONEM. RAPERET.
NAM.
ITALIA. HELVETIA. GALLIA.
BATAVIA. VNIVERSAQVE. GERMANIA.
PERAGRATA.
VIX. DISCIPVLVS. IAM. MAGISTER.
ORATOR. POETA. PHILOSOPHVS.
MATHEMATICVS. PHILOLOGVS. POLITICVS.
IVRECONSVLTVS. THEOLOGUS. POLYHISTOR.
EMICVIT.
ATQVE.
OB. HAS. EGREGIAS. ANIMI. DOTES.
AVCTORITATE.
INCOMPARABILIS. REGINAE.
MARIAE. THERESIAE.
IOSEPHO. II. PRINCIPI.
DEINDE
ROMANORVM. IMPERATORI.
IN. HISTORICIS. INSTITVTIONIBVS.
MODERATOR. DATVS. FVIT.
SVAM. PROVINCIAM.
TANTA. FIDE. MENTIS. ACVMINE.
AC.
PRAECLARA. ERVDITIONE. IMPLEVIT.

UT.

VT. DIGNISSIMVS.

AD. ARCANA. IMPERANTIVM. CONSILIA.

LIBERI. BARONIS. TITVLO. DECORATVS.

TRANSILVANIAE. ANTISTES.

INSIGNIS. AD. S. MARTINVM. COLLEGII.

PRAEPOSITVS.

COLLATO. DIPLOMATE. IVDICARETVR.

PASTOR. AMAVIT. GREGEM.

TEMPERABAT. CVRAS. PVBLICAS.

PRIVATIS. STVDIIS.

SAPIENS. MVNDVM. AESTIMABAT.

VT. PVNCTUM.

EXTENDERAT. LINEAS. VLTRA. PVNCTVM.

ET. PVLCRVM. EX. AETERNITATE. CIRCVLVM.

DESCRIPSIT.

DENIQVE. VII. ET. L. ANNOS. NATVS.

VLTIMO. PVNCTO. VITAM. CLAVSIT.

POSTQVAM.

IN. SCHOLARVM. PIARVM. ORDINE.

SEPTEM. ET. VIGINTI.

IN. EPISCOPALI. DIGNITATE.

DVODECIM. ANNOS. EXEGISSET.

ARADINI.

XV. IAN. A. M. DCC. LXX. III.

IMMORTALI. VIRTVTVM.

MERITORVMQVE. GLORIA.

APVD. POSTEROS. SEMPER. VICTVRVS.

ABI. VIATOR.

Et

Et da lacrimas magno cineri
Publica iactura est,
Cum Vir Magnus fit cinis.

BALDER (*Philippus a Visitatione B. V. Mariae*) natione Silesius, Patria Ottmachoriensis vitam accepit Anno MDCCXLI. Scholarum Piarum veste amictus fuit A. MDCCLXII. Vir ob animi candorem, morumque simplicitatem omnium amore dignissimus. Variis in domibus Classes inferiores, praesertim in Bohemiae Metropoli Pragae Arithmeticam, et Scripturam *Doppiam*, plures annos insigniter docuit. Egit deinde Rectorem in Orphanotrophio ad S. Ioannem Baptistam Seminarii Albo-Aquensis Regentem sedulum, ac tandem Superior dignitate Brundusii Bohemiae Anno MDCCXCVII. electus est; quo hucusque officio cum magna sui nominis commendatione defungitur. Vulgavit praeclara industria elaboratam, ingenioque perfectam huius Inscriptionis Arithmeticam: *Philippi Balders aus den F. S. Lehrers der grossen Arithmetik, und doppelten Buchhaltung praktischer Auszug seiner gehaltenen Vorlesungen zum Behufe der Stadt - und Landschulen. Prag, Leipzig, Budweis.* A. MDCCXC. 8vo mai.

BAL-

BALFFY (*Thomas a SS. Petro et Paulo*) natione Hungari, patria ex pago Szernyacz Provinciae Arvensis natus est Anno MDCXC. Veste Scholarum Piarum donatus est Podolini A. MDCCIX. in quo Scepusii Oppido quondam Polona eiusdem Instituti Provincia, priusquam ad Hungaros devolveretur, Collegium tirocinio religioso efflorescens possedit. Absoluto sublimiorum scientiarum cursu Vir praestantia ingenii, et gravitate morum praeditus Philosophiam, et Theologiam nostros Iuniores diligenter docuit. Varsaviam translatus, ut eandem divinarum rerum doctrinam tradendo profiteretur, aetate florente consumtus Diarrhoea, pie, ac religiose vivere desiit Varsaviae Anno MDCCXXIX. Publici iuris fecit noster Thomas:

1) Orationem de laudibus Divi Thomae de Aquino Doctoris Angelici Varsaviae ex typographia Regia, et Reipublicae Collegii Schol. Piar. A. MDCCXIX. in fol.

2) Panegyrim Principi Constantino Szaniawski Episcopo Cracoviensi Duci Severiae in eius ad cathedram ingressu nomine Collegii Lukoviensis. Ibidem A. MDCCXXI. in fol.

3) Panegyrim Principi Martino Nicolao Radziwill. D. Lith. etc. et Alexandrae Betchacka Castellani Biecensis filia in solenniis nuptiarum. Ibidem A. MDCCXXVIII. fol.

BAL-

BALDI (*Franciscus ab Annunciatione B. V. M.*) de CC. RR. Scholarum Piarum Hetruscus Vir praeclarae indolis ac doctrinae, Institutique sui amantissimus, atque in humanioribus praesertim litteris egregie versatus ad usum communem Scholarum Piarum publici iuris fecit, preloque subiecit. 1) *Institutiones Grammaticae latinae*, atque hanc quibusdam animadversionibus separatim editis collustravit Florentiae MDCXLIX. 8vo. 2) Sub Nomine *Francisci Serra*, quod a Matre usurpavit, *Synonymorum epithetorum, et phrasium poeticarum Thesaurum Latino-Italicum typis mandavit Venetiis* Anno MDCLIV. 8vo. Adiecit *selectarum historiarum, fabularum Poeticarum, Insularum, Regionum, Urbium, Fluviorum, Montiumque celebriorum ex vetustis Auctoribus ac Mythologis elegans in usum studiosae Iuventutis compendium.*

BANDINI (*Lucas a Iesu Maria*) primam aspexit lucem Neapoli Anno MDCCX. Instituto que Scholarum Piarum Anno MDCCXXXII. se totum devovit. Provinciae Romanae adscriptus magna eruditione, ingenii acumine, scribendi perspicuitate, ac elegantia inter plurimos eminuit. Rhetoricam docuit Neapoli, et Romae maxima nominis celebritate praesertim sacris il-

lis

lis Romanis poematibus, quae quotannis typis vulgavit pro Academiis publicis Collegii Nazareni, et Collegii Novi Calasantini, quaeve collecta, et simul iuncta magnae molis volumen in quarta forma maiore constituerent. Rector Nazareni quadraginta cubiculis exstructis, et perelegante Palatio Albani ad rusticationem comparato splendori huius, ac commodo mire prospexit, nobilesque adolescentes ad liberalium artium culturam gloriae stimulis excitavit. Bis Provinciae praefectus rectum ordinem, ac litterarum studia, summa contentione provexit, Ordinisque universi Moderatori A. MDCCLXXII. a Consiliis pergratus erat, Annis quinque ante mortem paralysi, et a biennio virium, et mentis nimia imbecillitate laborans rite comparato ad moriendum animo decessit Romae ad S. Pantal. Anno MDCCXC.

BARLETTI (*Carolus a S. Michaele*) natus est in Liguria Anno MDCCXXXVI. Post emensas humaniores litteras Piarum Scholarum Ordinem suscepit, atque in eo scientiis vacans luculenta ingenii praeclari patefecit specimina, sed potissimum practicae rerum physicarum cognitioni operam suam tam feliciter addixit, ut in Regia Imperiali Scientiarum Universitate Papiensi cathedram Physicae stipendio liberali

con-

conductus tanquam Professor experientissimus obtineret, qua occasione doctrinae, experientiae, ac dexteritatis prelo subiecit monumenta his inscriptionibus:

1) Physica specimina Auctore Carolo Barletti Cler. Regul. Scholarum Piarum Mediolani apud Ioannem Galeazzi Anno MDCCLXXII. 8vo.

2) Dubj e pensieri sopra la Teoria degli Electrici fenomeni di Carlo Barletti delle Scuole Pie Publico Professore di Fisica sperimentale nell' Universita di Pavia, Socio dell' Instituto di Bologna, e della Academia Reale di Mantova. Ibidem MDCCLXX. 8vo.

3) Analisi di un nuovo fenomeno del fulmine, ed osservazione sopra gli usi medici della eletricita di Carlo Barletti delle Scuole Pie, Publico Professore di Fisica sperimentale nella Universita di Pavia, Socio del Instituto di Bologna, e della Academia Reale di Mantova. A Pavia nella stamperia del Reale, et Imp. Monistero di S. Salvatore per Giuseppe Bianchi nell' anno MDCCLXXX. 4to.

4) Fisica particolare, e generale in Saggi, altri analitici, altri elementari di Carlo Barletti delle Scuole Pie publico Professore prima di Fisica sperimentale, poi di Fisica generale nella Reale Imperiale Universita di Pavia, Socio dell' Academia Reale di Pavia. Nella stamperia

Real.

Real. et Imp. Mon. di S. Salv. A. MDCCLXXXV. 8vo.

5) Della percossa dell' acciarino nell' aria rarefatta: sperienze del Padre Carlo Barletti delle Scuole Pie, fatte nella Sala di Fisica della Reale, ed Imperiale Universita di Pavia li XX. Giugno nell' anno MDCCXCIV. coll' intervento de suoi Colleghi i Signori Professori Don *Alesandro* Volta, Abbate D. Lazare Spalanzani, Abbate D. Lorenzo Mascheroni, Padre Don Mariano Fontana Barnabita, e D. Valentino Brusati. Obiit Mediolani MDCCXCIX.

BARONI (*Marianus a S. Anna*) Italus auras vitales primum exspirare coepit Anconae Anno MDCCXLIII. Scholarum Piarum Ordini adscribi desiderans voti compos factus est A. MDCCLX. In hoc vitae genere post superatum severiorum disciplinarum cursum Vir eximio Instituti nostri amore, prudentia, et diligentia commendatissimus effloruit. Etenim Calasantino in Collegio Romae ad finem vitae usque Rhetoricam multa cum laude tradidit, eoque in munere non raro ad sacram concionem verba fecit, saepe doctissimorum hominum coronae adesse, et plura sua de industria nata recitare consvevit; unde magnam eruditionis famam adeptus spem dedit amplissimam posteris elucubrationum plurium

sua-

suarum typis evulgandarum, sed aliter providentiae divinae visum est; nam nihil mali opinantibus Collegis febri putrida invasus parato ad mortem animo vivorum contubernium deseruit eodem in Collegio Romae Anno MDCCLXXXII. Vir praestans e suis elucubrationibus has solum prelo subiiecit, nempe:

1) Orationum decadem favore magno exceptam Romae Anno MDCCLXXVI. 8vo.

2) Marci Tullii Ciceronis vitam a Midlethono Anglo conscriptam in formam breviorem plaudentibus omnibus redactam in usum studiosae Iuventutis notulis quibusdam illustratam in lucem hominum emisit. Ibidem Romae Anno M, DCCLXXX. 8vo.

BARSOTTI (*Iosephus a S. Theresia*) Lucensis Vir optimis moribus, atque eruditione praestantissimus in lucem editus est A. MDCCXV. Adolescens in Provincia Romana Scholarum Piarum Instituto adscriptus est MDCCXXXI. in qua tirocinium Religiosum emensus, confecto studiorum curriculo, et Romae, et in variis eiusdem Provinciae Domibus Rhetoricam docuit, ibique doctrinae suae desiderium reliquit. Collegiis regendis admotus Muriani, atque Albani, suae curae concreditis veluti Pater filiorum amantissimus praefuit. Tandem Romae in Hospitio

spitio S. Michaelis ad ripam per plures annos munere sacri Oratoris, et conscientiae arbitri egregie functus est, donec laboribus, et senectute consumtus acceptis omnibus summa religione sacramentis inter adstantium comprecationes diem supremum vixit MDCCXCVI. Huic tribuuntur

1) Clarissimi Viri l'Abbè Lenglet du Fresnoy Tabellae historico-chronologicae in linguam Italicam è Gallica versae, quae prodiverunt Venetiis A. MDCCLIV. 8vo.

2) Vita del Signore Godoffredo Barone di Leibnitz, data in luce dal Signor Lamprecht in lingua Tedesca, e tradotta in lingua Italiana, ed arrichita di annotazioni da Giuseppe Barsotti delle Scuole Pie Lucchese dedicata a Sua Paternita Reverendissima il Padre Francesco Jacquier. Roma nella Stamperia di S. Michaele A. MDCCLXXXVII. 8vo.

BARTLICIUS (*Bernardus a S. Philippo Nerio*) Moravus Strasniczensis natus est Anno MDCXLVI. Adolescens post frequentatas humaniores litteras veste Piarum Scholarum indutus Lipnicii Anno MDCLXIV. post biennium se totum iisdem Scholis devovit Hornae. Postquam primos annos humanarum, divinarumque rerum scientiae, deinde continuis in erudienda iuventute

tute, atque in cathedra ad sacram concionem occupationibus maximam impendisset operam, ad gubernationem Domorum accitus, has pluribus annis, et locis insigni comitate, benevolentia, morumque svavitate ita rexit, ut non minus exterorum, quam domesticorum admirationem, atque amorem sibi conciliaret. Inde Anno MDCC. Romam profectus, per sex annos Praeposito Generali Ordinis a Consiliis, ac redux universae Provinciae praefectus, eamdem non tam verbo, quam exemplo sapienter moderabatur. Aetate, et laboribus exhaustus, accedente febricula, et catarrho intenso rite, ac prompte ad mortem subeundam comparatus, octava infirmitatis die magno sui relicto desiderio vivorum consortio Lipnicii valedixit, Anno M. DCCXV. Romae sexennium agens ex diversis Archivi Generalis memoriis complexus est sex partibus Annales Ordinis Scholarum Piarum a prima origine MDXCVII. usque ad annum M. DCXCIX. absolvitque latino stilo MDCCIII. Manuscriptum hoc habetur in variis S. P. Collegiis.

BASIGNANI (*Ioannes Dominicus a S. Antonio Patavino*) Hetruscus, Patria Pistoriensis editus est in lucem Anno MDCXCVIII. Ad Scholarum Piarum Ordinem adspirans veste huius amictus fuit A. MDCCXIII. Post emen-

sum

sum tirocinii religiosi tempus Philosophiae, ac Theologiae Institutionibus magna solertia exceptis, Vir eximius, Institutique nostri amantissimus Classes Scholarum inferiores, ac Rhetoricam pluribus annis edocuit. Nicaeae in Provincia Regius Eloquentiae Professor magnam sibi, Ordinique laudem comparavit. Latinae linguae cumprimis experientissimus, Poesi, Eloquentia, et Philologia praesertim ita excelluit, ut omnigenae eruditionis lumina in promtu haberet. Grammaticas Institutiones in usum Scholarum nostrarum edidit, pluraque alia opuscula, in quibus insignis litteraturae Virum facile noveris. Pueris ad litteras, pietatemque ultro informandis sedulam semper operam impendit; denique in Domo Tironum Paveranensi, dum Deo, et politiori litteraturae vacaret, fatali Enterocele ad extrema redactus, animo forti, ac religioso e vivorum numero excessit MDCCLXXIII. Huius est

1) Della Grammatica latina Libri quattro scritti da Gian Domenico Basignani delle Scuole Pie a instruire della Gioventu, che frequenta le medisime Scuole. Quod enim munus Reipublicae adferre maius, meliusve possumus, quam, si docemus, atque erudimus Iuventutem. Cicero de Divin. Lib. II. Cap. II. Genova Stamperia Gesciana. A. MDCCLX. 8vo.

2) Edita plurium Opusculorum argumenta ob temporum vicissitudines me latent.

BAXTER (*Glycerius a S. Bernardo*) Polonus Loviciensis natus est Anno MDCCXXIV. Instituto Scholarum Piarum nomen dedit Anno MDCCXLI. Tirocinio Podolini expleto, Philosophia, et Theologia eruditus, omnes Grammaticae Classes diligenter docuit. Maioris eruditionis gratia nactus est occasionem Italiam, et Galliam peragrandi. Redux aliquot annis Rhetoricam solertia magna explanavit; deinde Domus Zloczoviensis Rectorem pro viribus egit aliquot annorum spatio, ac postremo varias inter patriae conversiones in Gallicia decessit A. MDCCXCVIII.

1) Edidit sub nomine Petri Comitis Potocki, Filii Palatini Volhyniae, Alumni Collegii Nobilium Varsaviensis versionem e Gallico in Polonum sermonem libelli sub epigraphe *Vera Politica hominum sanguine nobili cretorum.* Varsaviae ex typographia Regia, et Reipublicae Collegii Scholarum Piarum quae saepius ad communem utilitatem recusa est, in 8vo.

BECCARIA (*Ioannes Baptista a S. Anna*) Pedemontanus honoratissima ortus familia vitales auras primum delibare coepit Monteregali

Quinto

Quinto Nonas Octobris Anno MDCCXVI. Romam litterarum magis excolendarum gratia contendens Anno MDCCXXXII. ac veste CC. RR. Scholarum Piarum indutus Francisci nomen, quod lustralibus tinctus aquis acceperat, cum Ioannis Baptistae appellatione commutavit. Accidit vero eo tempore, ut praeceptores nactus fuerit peripateticos, qui anxie sophismatibus arabicis addicti vocabulorum inani congerie, ingeniosisque deliriis cerebrum replere, animosque discipulorum turgidis his, ne dicam, putidis dapibus pascere solebant. Commodum autem ipsi evenit, ut Maiorum voluntate primum Grammaticae, ac postea Rhetoricae tradendae admoveretur; hinc tantarum pertaesus ineptiarum quibus absque ullo fructu operam impenderat, tacita quadam vi, et naturae suae ductu ad res magnas comparatus, omne suum tempus, omnesque conatus evolvendis, ac versandis cum Latinorum, tum Italorum Poetarum, atque Oratorum exemplaribus transmittendum putavit. Hac de caussa, brevi tempore, tam gratum, deliciisque plenum repperit alimentum, ut vix aliquis elegans, aut sublimis philosophicus superesset locus, quem memoria non complecteretur; ex qua exercitatione sequebatur, magna in utraque lingua scribendi facilitas, liberalisque imitatio. His non contentus noster Ioannes, in Euclidem

mentis aciem intendit, in quo, cum observasset, quomodo veritates mutuo se excipiant, unaque ab altera dependeat, usque eo quiescere non potuit, donec paucorum dierum intervallo huius elementa sibi adeo familiaria redderet, ut horum inventor, atque auctor, non vero lector ac scrutator fuisse videretur. Hoc successu animatus, incubuit totus in universam Christiani Wolfii Mathesim cum insigni, atque admirabili progressione tradendam, cuius luculentissimum, quod edebatur Romae, patefecit specimen per biduum respondens ad singula quaesita ex omnibus materiis cursu Mathematico Wolffiano contentis auditor eius Comes ingeniosissimus Emericus Csáky, e pervetusto, et nobilissimo Hungariae stemmate oriundus sub auspiciis Benedicti XIV. P. M. Anno M.DCC.XLVIII. fol. *a)* Addictus igitur methodo

a) Celeberrimum hoc Tentamen habitum est in Collegio Caesarino Scholarum Piarum, copiosae, ac doctae animaduersiones, quibus purus, et simplex Catalogus capitum mathematicorum exornatur, mirifice servire poterant ei, qui novam, eamque magis locupletem, et correctam cursus Wolffiano-Mathematici editionem in V. Tomos distributam meditabantur. Pauca exempli caussa iuvabit attingere. Ita pag. VIII. not. 4. magno acumine, et perspicuitate versatur in methodo *de maximis, et minimis*, et pag. X. not 5. *in inveniendo puncto flexus contrarii punctorum*; pag. XX. not. 2. multos corrigit errores, qui reperiuntur in Corollariis

do geometricae, ac peculiariter huic Auctori, cuius

I 2

lariis probl. 36. de dioptrica cum suis correctionum formulis: pag. XXIV. not. 1. indicat multas res a Wolffio omissas in Astronomia, quae ab huius studioso supponi debent. Postremo pag. XXVII. not. 1. scribit. *In Gnomonica omnia, quae de horologiis solaribus traduntur, ex hoc unico pendent principio.* Si per centrum circuli in Aequatore constituti gnomon traiiciatur, dividantque ipsum in viginti quatuor sectores aequales duodecim circuli horarii indefinitae extensionis; sectiones communes superficierum quarumcunque horizontalium, verticalium, inclinatarum, reclinatarum, planarum, convexarum, concavarum, regularis, vel irregularis figurae cuiuscunque, fore loca umbrarum pro datis horis. Tum quoniam hora designatur distincte satis ab umbrae extremitate, cuius situs determinatur ab extremitate stili, quomodo libet in plano quolibet poterit defigi, dummodo eius vertex cum vertice stili in horologio aequinoctiali horologium in data superficie dicta ratione generante coincidat. *Quod hactenus non satis distincte animadversum est.* Et certe nullus ad ea tempora huius principii usum fecit, a quo solo bene considerato eruitur constructio omnis horologii solaris usque ad Cl. Virum Desparcieux: at Beccarias Professor ad demonstrandum suis discipulis, quod primus fuerit huius Iudex, singularem illis dedit explicationem principii generalis Anno MDCCXLVIII. a se propositam; quod scriptum paucis complectitur lineis, quod iusto volumine Cl. Desparcieux magno verborum ambitu absolvit.

cuius universa opera philosophica diligenter perlustraverat, et Philosophiam docendo professus Panormi, et Romae suis Auditoribus eiusdem placita, et doctrinae capita, ordinato rite compendio non solum explanavit, sed etiam ad commercium corporis, et animae intelligendum iunior primis annis systema *harmoniae praestabilitae* a se adoptatum propugnavit; in uno tantum in Logica dissentientem prodidit animum a doctrina Wolffii, quod fuit in constituenda lege ad cognoscendam propositionum veritatem de *substituibilitate*, vel *insubstituibilitate* notarum in praedicato ad notas subiecti, quam transtulit a *substitutione* Mathematicorum *a*). — Interea Ga-

a) Cl. Gaudius Instituti mei Prof. Reipublicae litterariae ab editis Physicis, Mathematicis, et Hydraulicis operibus notus, quondam Professor in Romana sapientia, Logicae §. 91. Anno MDCCLVI. „ scribit : Veritatis criterium in tentamine *substitutionis* notarum, quae insunt in praedicato, no„ tis vel aliquibus, vel omnibus, quae insunt in „ subiecto constituitur. Criterium huiusmodi o„ mnium primus tradidit Beccaria noster ex per„ petuis substitutionibus, quas in omni Mathesi; „ et praesertim in utraque analysi observavit Vir „ in hisce scientiis versatissimus. " Accedit Cl. Carolus Barletti eiusdem Instituti, cuius opera physica etiam circa phoenomena electrica eidem in Universitate Scientiarum Ticinensi cathedram pe-

Galilei, et Florentinorum, aliorumque sublimium, quae Italia tulit ingeniorum monumenta, et adversaria scrutari coepit, quibus patefactum est, non solum vanas, ac ridiculas, sed etiam ad omne genus litteraturae provehendum ineptas esse Scholae subtilitates refertas huiusmodi quaestionibus, quae sine incremento, vel utilitate cognitionis humanae potissimum in lusus verborum inficetos, ac significationes vocabulorum dubias, et arbitrarias; in abstractas, et absurdas ideas, et commenta ludicra desinebant, quibus ambitione, ac tumore spirantes placita sua insaniae plena tanto studio spargebant, ut nemo hominum iudicii recti, mentisque compositae sine rubore, atque admiratione illorum meminisse posset. At quoniam his explosarum sententiarum neglectus, atque irrisio, nullam in humanis scientiis mutationem produceret salutarem, ut exemplo Patricii, Nizolii, Agricolae, Rami, et horum similium vidimus, nugarum scholasticarum loco res aptas substituerent, quibus con.

---

peperunt, in thesibus philosophicis Mediolani Anno MDCCLXX. disputationi expositis num. XVI. scribit. „Ea est affirmantium, vel negantium pro„positionum indolės, ut ipsarum veritas, aut fal„sitas nonnisi *substituibilitate*, aut *insubstitui„bilitate* notarum praedicati notis subiecti digno„sci queat; quod primus observavit Ioan. Bapt. „Beccarias.“

convincereut intellectum, et ad veri cognitionem perducerent, revocando diligenter ope Geometriae scientias naturales ad experientiam, nihil unquam adfirmando, quin prius omni adhibita diligentia saepe, atque iteratis vicibus, diversisque modis explorarent. Sic argumentandi generi feliciter adsveti, alienum procul ab arbitrariis explicationibus animum ostendentes nonnisi factis crebro experimentis, ac periculis conquieverunt. Et certe dici potest laudatos Italos, novos totidem Prometheos e coelo, terrae intulisse accensam facem, cuius splendore singularum nationum hominibus offusae tenebrae rarescebant, et dissipabantur. Evolutis magna solertia horum ingenii monumentis, viam sibi patefecit ad immortalia magni Newtoni opera, qui modo Galilaei, et Kepleri usus inventis, se quodammodo corporum coelestium legislatorem creavit, atque aliis Marci Antonii de Dominis, et Boilei ad perfectionem theoriam colorum evexit. Magnorum igitur hominum doctrina hausta, atque in succum, et sanguinem conversa coepit se insinuare in arctam celebris Jaquerii, et magni hominis mathematici amicitiam, et post breve tempus familiari consvetudine frui, unde illam nominis famam sibi conciliavit, ut passim celebriores inter scientiarum Professores, quos Roma eo tempore aluit, praedicaretur. — Quamobrem sempi-

piternae memoriae Sardiniae Rex Carolus ipsum Roma Taurinum ad ordinariam rerum naturalium professionem in Scientiarum Universitate arcessitum iuventutis erudiendae gratia stabilivit. In ea ab anno MDCCXX. P. Roma Ordinis Praedicatorum Physicae Cathedrae praefuit secundas vires sufficiente discipulo suo P. Garro eiusdem Ordinis. P. Roma magis versatus erat in S. Theologia, et Iurisprudentia Ecclesiastica, quam in rerum naturalium scientia, imbutusque fuit totus elegante somnio, atque ingenioso figmento Cartesii; caeteroquin peregrinus fere, ac hospes in cognitione inventorum, quibus Physicam immortales Viri Galilaeus, et Torricellius mirifice illustrantes uberrime locupletarunt. Etenim secundum illius, et successoris verba, quae quotidie discentes in sua retulerunt adversaria, profecto dici potest cum magno Verulamio hos *rumores quosdam experientiae, et quasi famas, et auras eius ad Philosophiam constituendam, vel confirmandam excepisse.* Unde iidem ipsi homines, quibus iam inde ab Anno MDCLXXIV. alte animis insedit sententia, observationem, ac experientiam solas tutas esse vias in scientia naturali, atque ultro provexerunt svavissimum gustum pulcerrimorum inventorum Cl. Rosetti dexteritate fa-

cto-

ctorum, haec *a*) eadem civitas, quae A. MDCLXXVII. destructos, et dissipatos vidit a Clarissimo Viro Dechales *b*) vortices Cartesianos, et Anno M. DCLXXVIII. magnificum praebuit theatrum in

pu-

---

a) Donatus Rosetti Professor in Pisana Universitate amicus Redio quandam Alphonsi Borelli, et Laurentii Bellini discipulo Jaurinum contendens anno MDCLXXIV. ad tractandam pro fratris sui commodo negotiationem ita praeclara indole sua innotuit, ut Carolus II. Rex Sardiniae honoris gratia eum apud se retinere, ac lauto stipendio conductum suis ephebis Magistrum praeficere, et paullo post Victori Amadeo II. eundem ipsum Moderatorem destinare voluerit, qua occasione praeter ei liberaliter concessa privilegia insigni Mathematici Regii adpellatione condecoratus eminuit.

b) Dechales e S. I. Taurinum ad magnum Collegium vocatus magna frequentia omnis Ordinis Auditores numeravit; hic litteris consignavit elegantissimam systematis Cartesiani confutationem, qui supremam, utpote morte praeventus, operi suo manum imponere minime potuit. Magnum hunc Virum Socii debebant Duci Sabaudiae, qui praecipuus illis Auctor erat, ut Superiorum voluntate ad docendam promotus Theologiam, sua donandus libertate, positas mathematicas disciplinas, ad quas natus esse videbatur, porro resumeret excolendas. Et certe in suo *Mundo Mathematico* id totum recensuit, quidquid ad aetatem suam usque demonstrabatur, promota, et aucta methodo Guldini hoc tulit singulare a Christiano Wolf-

fio

publica disceptatione duobus magni nominis Physicis Rosetti, et Montanari de quibusdam scientiae naturalis capitibus tunc vel recenter inventis, vel nova luce donatis, vel uberius explicatis a summo Galilaeo, magno acumine, ac distincta verborum copia disserentibus *a*) abrepta iterum ab A. MDCCXX. ad MDCCXLVIII. usque fabulae ingeniosae applaudit, resque utiles ignorat, quibus ipse Cartesius ad novas faciendas progressiones Mathematicis viam reseravit. Utinam vero sola Cartesiana fabula mentes

---

fio elogium : „ *in demonstrando rigori veterum* „ *perspicuitatem adiungit*; *cursuum Mathema-* „ *ticorum, qui hactenus lucem publicam adspe-* „ *xerunt, absolutissimus est.* “

a) Clarissimus Rosetti editis tribus dialogis physicas doctrinas recenter detectas, uti de centro gravitatis, de innatantibus liquoribus parietes vasorum aggere quodam cingentibus, et assurgentibus in angustis tubis utraque parte apertis explicans, confutabat theoriam Montanari alius celebris Physici, et Professoris Bononiensis. Haec confutatio inter ipsos excitavit aemulationem decem annis continuatam, et Montanarius laesum se reputans Rosettii nonnihil acerbiore scribendi licentia Taurinum M. DCLXXVIII. iter arripuit aequitatem Reginae imploraturus, ut controversia, et lis diu pendens a delegatis auctoritate regia viris tandem dirimeretur, simulque honoris iactura reparetur in publico disputationis loco. Quod factum est in Aula Reg. Academiae V. Martii MDCLXXVIII.

tes civium occupasset, quas facili negotio incendere potuissent, ad seriam veri contemplationem sufficiendo vorticibus, et diversis confictis elementis vires, quae partim observationibus, partim repetitis periculis, adhibito quoque calculo determinabantur. Sed maius quoque latebat malum: inveterata scilicet consvetudo apud Scholasticos altissimas fixit radices, eo quod plus ad voces, quam ad verum mentis aciem direxerint, atque ita suam opinionem prius adoptaverint, quam artem, ac rationem consuluissent, quique placita sua peripatetica cum Religione coniungendo Cartesianos, et Newtonianos, verbo singulos, qui absurdis illorum placitis contraibant, tanquam Heterodoxos insectabantur. Regio nostra in duas factiones divisa erat, animique nostrorum praeventi, cum Clariss. Beccarias primum Physicae scientiam ordiretur, qui ad incendendos Iuvenum animos, propagandumque Physicae studium (*quippe recta via neglecta erat*, *immo non tantum deserta*, *sed etiam interclusa*, *et obstructa fastidita experientia*, *ne dum relicta. aut male administrata*) demonstraturus, quantum unio cum mathematica methodo ad cognitionem naturae librando vires in suis motionibus contribuat, paravit tractatum secundum eamdem methodum, in qua exacte collegit, rectoque

que disposuit ordine inventa Galilaei, suorumque Discipulorum, Newtoni, Hales etc. progrediendo semper ab institutis periculis ad stabiliendam conclusionem. In opusculo de Mechanica omnes leges definitas a Galilaeo, et diversa ratione a Newtono applicatas, et primus est, quantum existimo, qui reduxerit motum corporum *animatorum* a gravitate difformi ad illum, qui fit in planis inclinatis; id est, quod sit gravitas difformis maior ad gravitatem difformem minorem, sicut absoluta ad relativam in planis *a)*. Atque hac ratione universam complectitur theoriam apud plurimos Auctorum complicatissimam hoc unico principio de momentis virium proportionalium ad spatia, quae eaedem percurrunt eodem tempore, et ab hoc derivat inter *potentiam*, et *pondus* proportionem, ut nempe in aequilibrio consistant; sicut etiam qualem proportionem habere debeant ad producendum, qui fieri potest, tempore dato effectum.—Cum igi-

---

a) En impeditissimam de motu per gravitates difformes doctrinam revocatam ad doctrinam de motu per gravitatem absolutam in altitudine, et respectivam in longitudine plani inclinati. Hoc, quo utimur, artificium adtendant velim, qui scientiis expeditius, atque distinctius pertractandis inhiant, ut quae eadem determinantur ratione, iisdem demonstrent principiis. I. B. Beccarias Instit. physic. Anno MDCCLI. num. 572.

igitur data opportunitate noster Beccarias nuper Cathedrae physicae admotus egregie se in rebus mechanicis versatum esse ostenderet, continuo accitus fuit cum Collega suo P. Acceta tunc Matheseos Professore ad delectam in Civitate coronam eum in finem, ut adcurata, et stabilis norma circa bilancem, pondera, et mensuras ad usum provinciarum Regiarum in commercio adhibenda definiretur: quod cum luculento praestitisset a se scripto libello, eundem *Vicaria potestas* ob perspicuitatem, atque ordinem typis, publicaque luce donandum censuit Anno M. DCCXLIX. Hunc ingenii foetum Cl. Auctor suorum laborum in Pedemontio primitias compellavit; et Clarissimus Mattey in Regio Armamentario Machinarum structor illud solum impositum habuit, ut ea, quae scripto data sunt, integra fide, summa cura, et diligentia circa bilancem, stateram etc. exequeretur. — Adiunxit porro ad Mechanicam appendicem de corporum firmitate, in qua compendio id exhibet, quidquid Galilaeus *in dialogo secundo de scientiis novis*, et Musschembroekius *in dissertatione de cohaesione corporum* memorat, inducta studio a se nova theoria de centro cohaesionis, quae hac in parte tantae est utilitatis, quantae consideratio de centro gravitatis pro corporum stabilitate, et universa *Centrobarica*: etenim usu

novi

novi huius principii faciliores, et magis expeditae multae fiunt demonstrationes, quae secus longissimae, et intricatissimae evadunt, cuius modi exempla bene multa inveniri possunt in Musschembroeckio *a*). In capite de pendulis, quod ut plurimum apud Auctores ordine confuso tractatur, perspicua decurrit explicatio semper aequali facilitate, dicique potest exhaustam esse materiam, quin ultra elementaris Geometriae limites progrediatur. Inquirendo in velocitatem a pendulo acquisitam ad finem sui descensus, hanc demonstrat esse *in ratione com-*

po-

---

a) Quidam livore armati malignam spargebant famam, nostrum Beccariam imponere velle ignorantibus, quod res novas traderet, suas describeret ex Musschenbroekio, cuius dissertatio tam perfecta est, ut nec mutatio, nec additamentum desideretur. Ipse M. DCCLIII. disserens ad finem opusculi, „Musschem-„ broekium, inquit, de cohaerentia scripsisse non „ ignorabam, scripta a Musschembroekio perfici „ non posse, satis inepte dictum; an non nova „ omnino est, quam profero, de centro cohae-„ sionis doctrina? an non late ipsa patet ad cor-„ porum firmitatem, fragilitatemque aestimandam, „ quam doctrina de centro gravitatis ad pressio-„ num momenta intelligenda? ipsam si adtigisset „ Musschembroekius incredibili rationum circuitio-„ ne eas consectari non debuisset geometricas hac „ de re demonstrationes, quae simplicissimae „ nobis, eaedemque latissime patentes occurrunt.“ Ibid. num. 529.

posita directa chordarum, *et directa subduplicata gravitatum difformium* ; detegendo S' Gravesandi errorem, qui hanc posuit velocitatem *in ratione directa subduplicata longitudinum* id animadvertit evenire propterea quod S' Gravesandius in locum adsumtorum similium arcuum aequales arcus accipere debeat, tanto magis, quod postea in mensura virium elasticarum altero usus principio a velocitate angulari pendulorum sumto ad eamdem cum nostro auctore venerit conclusionem, esse hanc velocitatem in directa veluti arcus, et inversa uti longitudines radiorum *a*). Paucis comprehendit

---

a) Tractando de velocitate adquisita a pendulo ad finem descensus his verbis animi sui sensa patefacit;“ Amplissimum, quale hic proposuimus theorema ad leges percussionum expendendas, ad explorandam vim vivam, ad inquirendam elatericrum energiam, aliaque sexcenta Physices capita illustranda utilissimum neglexerunt Physici ante S' Gravesandium, quod norint omnes: at primus, qui ipsam adigit S' Gravesandius mirum, quam immaniter aberravit a vero : atque mirum adhuc magis, quam belle liquidissimum eo in theoremate errorem superstructo falso alio theoremate destruxerit. Num. 445 S' Gravesandius velocitatem penduli asserit esse directe (quid hoc errore manifestius) uti radices longitudinum ; error fluit ex num. 443, ubi loco arcuum similium arcus

dit paginis Galilaeanam theoriam de *proiectis*, ex qua concludit spatia emensa a corporibus esse proportionalia quadratis velocitatis, quibus iaciuntur; conclusio, quae proxime derivatur a Galilaei demonstrationibus de motu accelerato, et ex hypothesi, quod accelerationes proiectorum sumantur a velocitate, quam grave corpus cadendo ex data quadam altitudine accepisset; et *hic* aliquem in Corollario Def. V. errorem indicat Newtoni sumentis spatia solummodo proportionalia esse velocitatibus, quem naevum nec commentatores Thomas le Seur, et Franc. Jacquier, nec ipse quidem Maclaurin observa-

cus aequales debuisset assumere. Porro Auctor, si suum hoc theorema adhibuisset iis in capitibus, ubi ex doctrina de pendulis explorat vires elateriorum, leges percussionum, fibrarum elasticarum, vibrationes etc. experimenta pervidisset theoremati adversantia: at aliam commentus est (qua in parte alius error latet) angularem velocitatem, ipsam quidem ineptissimam ad memorata phoenomena aestimanda; at quia pessime aestimatam ex male aestimata velocitate penduli veram penduli velocitatem referentem, atque ita perpetua duplicis erroris alterius alterum destruentis verum experimentorum calculum adsequitur, impeditissimaque via, qua de re tam monitos volui, non quo laudatissimo Physico quid detraham laudis, sed quo magnorum nominum auctoritati non plura deferre assvescatis, quam veritas postulat. Ibid. num. 594.

varunt *a*). Absolvit hanc partem animadvertendo cum Newtono, qua ratione secundum velocitatem iactuum corpus vibrari possit ad talem distantiam, ut non amplius in terram descensurum semper in girum ageretur : ac dein disserens de viribus centralibus elegante principio manifestat, quantum aberrarint Wolffius, s' Gravasandius, aliique censendo vim centripetam in quacunque curva aequalem esse centrifugae; singularique tractatione agit de his viribus et in circulo, et in sectionibus conicis, et de mutua sphaerarum adtractione, in qua tanta facilitate, arteque tam exquisita colligare simul novit, ut quidquid legitur in Keplero, Galilaeo, Pembertonio, Sigorgnio, aliisque Newtonianis, non obstantibus formulis, et proportionibus multis occurrentibus, doctrinas cum voluptate capere possit adolescens rite imbutus Geometria elementari. Atque ideo adtractionem eo modo considerat, uti seipsam suis manifestat effectibus, quin adtendat ad mechanismum, vel nimis subtilem, vel nimis complicatum sua caussa, sicuti ge-

---

a) Quum anguli elevationum aequantur, amplitudines iactuum sunt uti quadrata velocitatum, quibus cum fit proiectio. Qua in parte errasse videtur Newtonus Def. V. Princ. Math. ubi asserit, *velocitate dupla duplam, tripla triplam solum obtineri iactuum amplitudinem.*

generaliter id ipsum fecit Newtonus, atque egregie observavit Mac-Laurinus contra *adtractionarios*. Exponit deinde doctrinam Archimedis collustratam a Galileo, suisque sequacibus circa geohidrostaticam, explicatque propos. XXXVII. Lib. II. Newtoni ad tractandas motiones aquae, et paucis foliis totum colligit, et ordine recenset demonstrationes Galilei, ac suorum asseclarum. Totus intentus physicis studiis, et Auctor iuventutis haec eadem cum Mathematicis coniungendis, quae languore adfecta contabescebant, monstrando passim utilitatem mathematicarum formularum, quas in omnibus Mechanicae partibus spargebat, et incredibili perspicuitate ad inveniendos focos quoquo modo lentium in parte de Optica, in quibus omnibus nihil a se desiderari passus est illorum, quae a Newtono, ipsumque sequentibus aperta in luce collocata fuere.

Dum ita noster Beccaria Taurini toto pectore ad provehendum naturalis scientiae studium incumbit, certior redditur de celebribus experimentis a Franklino in America excogitatis, atque identidem repetitis a Delor, et Dalibard in Gallia: ipse continuo, alioquin electricismo implicitus, conatus omnes eo transtulit, ut de horum periculorum veritate cumprimis edoctus, nuper detecta gravissimi momenti phaenomena

gis extenderet, ac luce uberiore a se ornandâ manifestaret. Nec mora, nec requies, cum pertica Frankliniana in tecto conspicua singulis, eminuit, quae confestim apud Viros doctos admirationis, apud vulgus prodigii, apud malevolos invidiae, odii, ac maledicentiae potissimum evasit argumentum. Quamvis autem omnes scientiae a prima origine sua consideratae mox in suis incrementis evidentissime ostendant, quam lente progrediatur mens humana, scientiae tamen naturales plurima huius veritatis exempla omni ex parte subministrant. Observamus Malpighios, Redios, Vallismeros, Galileos, aliosque florentissimos doctrinae laude Viros penitius adsequi naturam ad investigandas operationes, ad explicandas vires, atque immutabiles leges, hosque amplius insistere, magnamque temporis partem consecrare, priusquam nova ingenia sub alis, ut ita dicam, his praeparata confestim audace, atque impavido volatu adtollantur ad eas res comprehendendas, quae aliorum conatum, atque industriam effugerunt. Academici *del Cimento* dicti adverterunt fumum recens exstinctae candelae adtrahi ab electricitate, ac dirigi versus frictum succinum, ibique parte sui conquiescere, parte veluti refluxus a speculo in altum ferri, donec ibi fluctuans coeat in similitudinem exilis cuiusdam nubeculae,

quae

quae in ratione deficientis caloris rursus in fumum soluta evanescat; et tamen unius prope Saeculi spatium labebatur, quod primum noster Professor hoc phaenomenon amplissime demonstraret uniendo illud tanquam consequentiam systematis, et ad illos usus, indiciaque transferendo, quae ultro ex se a principio haec ipsa experientia suggessisse videbatur. *a*) Hoc vero magis adhuc patet in hac tunc nova Physicae parte, in qua videmus ad Franklinum usque multos Anglorum, Germanorum, Gallorum, atque Italorum saepenumero Ariadnaeum filum mani-

a) Nubes procellosae sine ulla dubitatione igne electrico promoventur, diriguntur, conformantur: eadem enim ratione, qua ignis electricus ex catena redundans dimovet mobilia, atque ipsa corpuscula disponit, iuxta semitam suam; ita ignis electricus redundans ex data regione dimovet mobiles halitus, vaporesque. Soleo aptare catenae machinam aliquam continentem prunas ardentes, tum ipsummet separo in machina, et laeva globum fricans, dextera pannis arte convestita dimitto tritum colophonium in prunas: fumus ex prunis igne electrico redundantibus adsurgit ad dexteram manum; brachium, lacertum, humeros, brachium sinistrum, convestit undique instar uniformis nubeculae; nimirum ignis ex catena redundans per fumum, fumum disponit iuxta semitam suam circa corpus meum, partem nempe machinae, in qua ignis deficit. &c. Instit: de re electrica anno MDCCLX. num. 24.

bus tenuisse, cuius ope liberandi e Labyrintho, seu farragine variorum tentaminum, quin ea rite cognoscerent, securi evadere potuissent: at singulis experimentis peculiaris efficta fuit caussa, suaque illi adiecta explicatio; atque hac ratione Viri alias ingeniosi omnia sine nexu confundentes vulgus rude immani stupore compleverunt. Eo spectat sententia Verulamii: *vaga experientia, et se tantum sequens, mera pallatio est, et homines potius stupefacit, quam informet.* Sic referente Boyleo Caboeus interposito, intra frictum succinum, et corpuscula exilia, subtili telae velo, expertus est omnem cessare motionem. Kircherus agnovit flamma vel adtrahi, vel dissipari virtutem succini fricati. Gilbertus, et Boyle magistra didicerunt experientia, quantum sicca tempestas ad effectus virtute succini promtiores, ac vividiores producendos conferat, quantum contra eos humida remoretur. Desagulieres invenit generalem legem accedentium corpusculorum: sed hi, aliique investigatores ultro progredi nesciverunt. Vnde consentire debemus eiusdem Verulamii cogitationi, quod Physici, *cum errant, et vagantur nulla certa via, sed ex occursu rerum tantum consilium capiunt, circumferuntur ad multa, sed parum promovent, et quandoque gestiunt, quandoque distrahuntur, et semper inve-*

veniunt, quod ulterius quaerant. Eadem ad amussim conditio, et fortuna mansit Electricistas, qui varietate, ac multitudine tentaminum diversas in opiniones abeuntes, non aliud suis repetitis periculis obtinuerunt, quam novam materiam nova industria perscrutandam. Tunc solummodo *de scientiae ulteriore progressu spes bene fundabitur, quum recipientur, et aggregabuntur complura experimenta, quae ad inventionem caussarum, et axiomatum faciunt.* Et certe, si cursus vitae humanae scientiis, atque artibus ad perfectionem provehendis sufficeret, omnes magni illi homines eodem tempore circa unam eamdemque materiam tractandam corporis, atque ingenii viribus occupati, singuli eumdem in finem conspirantes aequivàlerent longe plurium Saeculorum aetati, nec ideo tamen noscere, ac perspicere potuerunt principium, cui potissimum stabilitas praeclari systematis, tamquam basi firmissimae inniteretur, et si etiam viderint, non erant tanta perspicacia, ut illud magis extenderent, usumque huius amplissimum, quod ad intelligenda phaenomena oportebat, demonstrarent. Tandem sublime, ac prope divinum ingenium in Franklino excitatum fuit, quod rimando, ac perscrutando, haec obiter, ac negligenter observata circumspiceret, atque acute, et opportune in-

invenire nosset illas unionis particulas ad effingendam huius generis catenam, ex qua maxime ordinatum aliquid tale, quod hinc et inde sparsum delitescebat, enasceretur. Et tamen ita sublime ingenium, tam vasta rerum naturalium cognitione, atque admirabili sagacitate praeditum sibi etiam e manibus elabi patiebatur huiusmodi bono numero veritates natura sua cum illis, quas detexerat, coniunctas, tempusque ad commodum ultro meditandi nostro dabat Professori ad removendum maxima sui parte siparium, quo natura veluti quodam involucro septa lynceis quoque investigatoribus velum obtendere videbatur. Id vero tam fortunato eventu praestitit, ut cum Anno MDCCLIII. de artificiali, et naturali Electricismo primum opus Libris duobus distinctum typis Taurinensibus in lucem hominum emisisset, quo confirmando systema Franklinianum tam feliciter progressus est, ut eo tempore materiam cum ista sui amplitudine complexus exhauriret, ostenderetque verissimum esse in illo, quod *sublimis* mens *creatrix* sit idearum in aliis se manifestantium, sicut *mediocris* sola *imitatrix*, ut *vulgaris* tantummodo *scriba*.

Ipse primus est, qui hoc in libro tam diligentem, tam exactam, et accuratam facit vaporis electrici analysim, ut iure merito compa-

rari

rari possit cum illa, quam Newtonus de luce adhibuit *a*). Hac enim monstravit evidenter circuitionem ignis electrici definiendo partes, per quas se insinuat, et per quas egreditur. certa signa indicando ad determinandum excessum in illis, et defectum in istis: quae inventio semper aestimata fuit universae theoriae caput, ac veluti summa. Quemadmodum iam ab anno scribebat Clarissimus Doctor Cigna *b*). Con firma-

a) Abbas Toaldo insignis Meteorologista, et Patavinus Professor in sua apologia *pro conductoribus metallicis* disserens „Liber . inquit, Clarissimi Beccariae complectitur systema experimentorum, „ atque observationum ita nexu, ratione, a do- „ ctrina compositarum, ita singularium ad inve- „ stigandam naturam, eamque cogendam manife- „ standorum effectuum suorum caussa, ut post „ Opticam Newtoni vix aliquod opus in naturali „ scientia ita solidum, et foecundum reperiatur. "

b) Clariss. Doctor Cigna frequenter adibat Beccariam Professorem, et popularem suum Anno MDCCLI. cum Physicae cursum suum singulari methodo traderet, continuabatque industriam suam, licet Medicinae Auditor, considerando huius experimenta, et observationes. Anno MDCCLVII. Collegio Medicorum adscriptus duas praecipue in suis propositionibus, quae illa aetate tanquam novae haberi poterant, publico eruditorum iudicio subiecit materias: videlicet de insensibilitate, atque irritabilitate partium quarundam animalium Halleria-na,

mabat suae analyseos veritatem cum theoria oneratorum vitrorum, quibus cum ex una parte unitatem evincit fluidi circumeuntis; ex altera demonstrat, quomodo ignis electricus per corpora delatus dissimilia secundum diversam indolem in proportionem transmutet, ut imminuantur, resistendo traiectioni; quando horum superficies non est proportionata fluido permeanti. Vnde cum impetu disiicit aquam, fixum aerem in eadem latentem expandit, metalla liquefacit, aliaque accendit corpora. Probat ipsum via semper brevissima ferri, et ad manum cor-

puscu-

---

na, et de electricitate. Una, et altera harum dissertationum praefert formam Magistri; primasque fuisse adfirmare possumus, quae publicam viderunt lucem,, in quibus collecta, et ad systema revocata omnia forent inventa, quae apud Physicos, ac Physiologos eo tempore maiori strepitu proferebantur. Fama horum nullis circumscripta fuit limitibus in nostra provincia, sed ultro longius propagata fuit ob caussam alicuius censurae, quam ut Magister ad defendendum Hallerum egregie confutavit. In Dissertatione de electricitate leguntur non solum ea, quae continentur opere Anno MDCCLIII. edito, sed etiam emendationes, aliaque inventa, quae prelo subiiciebat in litteris ad Beccariam Bononiae. Nota est apprime huius Viri dexteritas in experiendo ex pluribus ingenio suo perfectis, atque illatis in *Miscellanea Taurinensia* opusculis.

puscula vibrari, suspendi, atque illo modo, eoque ordine disponi, ut commode, apteque se ignis diffundere possit, qui se in vacuo liberrime, ac sine strepitu eiicit. Videtur quoque sibi eminus videre caussam mechanicam motuum electricorum, quamvis horum usum non perspiciat. — Allecto in suum conclave postea electrico *igne* atmosphaerae ostendit exactam convenientiam signorum cum artificiali; unde primus ipse ostendit atmosphaeram modo per excessum, modo per defectum electricam esse; ac ea propter alia fulmina e terra dirigi, vel tendere ad nubes, et alia de nubibus eiici, displodique in terra contra sententiam Maffei, qui haec ipsa omnia e terra, vulgi autem opinio e nubibus exoriri adserebat. Et applicando leges phaenomenorum constantia, et immutabilitate fundatas per electricismum artificialem ad atmosphaericum evolvit cum facilitate intricatissima phaenomena fulminis, fulguris, et his similia (fuochi di S. Elmo) columnarum maris, aurorae borealis: proponit suspiciones, coniecturasque suas, quae sunt totidem magnae illustrationes circa reliqua meteora terrae motus, gravitatem universalem, atque ignis elementum, obiterque attingit, qua cautela, et ratione directio, vel determinatio fieri possit fulminis. Unde neminem subire debet admiratio, si post incre-

ceptum

dibilem de hac materia editorum librorum numerum hoc opus a Physicis, ab Academicis maximo applausu tamquam origine primum exceptum fuerit: ob quod Clarissimus Auctor principes inter scientiae naturalis instauratores a celeberrimis Scientiarum Societatibus Londinensi et Bononiensi summa gloria relatus ut honorarium earum membrum coruscavit. Non immorabor corrupto eorum iudicio, qui frontis integumentis involuta nequitia septi, et aliena laude contabescentes ausi sunt sparsis, editisque quibusdam Mediolani schediasmatis clarissimo nomini tenebras offundere; sed horum male consarcinati libelli visi sunt tantum *laxas scombris dare tunicas*, neque memoria exstaret, nisi tanti Viri confutatio accessisset. Porro eodem in opere legitur sane longa *de impervia vitrorum indole* ad Virum Clarissimum Abbatem Nollet scripta epistola, ita referta excellentibus, atque adcuratis, totidemque concludentibus experimentis, ut hoc in argumento dici possit non plus ultra; et ipse Clarissimus Delor Gallice a se redditam, praestantissimisque suis animadversionibus auctam in patria publici iuris fecerit *a*).—Hoc opere noster

a) „ Motus electrici omnes in machina pneumatica „ minuuntur pro ratione aeris subducti, et plane „ cessant in vacuo barometrico accuratissimo: Nol- „ le-

ster Beccarias viam stravit ad novam Physicae partem, in qua geminato conatu se praeclara Italorum ingenia exercuerunt. Et reapse Anno MDCCLV. Celeberrimi Collegii Romani, ac Scholarum Piarum Professores in suis thesibus, et dissertationibus publicae disputationi exposuerunt systema Franklinianum illustratum, auctum, magis longe confirmatum, et a laudato nostro Beccaria maiori extensione applicatum ad moteora. Ipse Clarissimus Fusius palam per suum Auditorem deinde celebrem Patritium Landriani hoc ipsum propugnandum cum accessionibus Taurinensis Physicae Professoris diligenter suscepit adiecta sua nova theoria, qua flluidum electricum idem esse cum aethereo ingeniose potius, quam solide probare videtur. — Carolus Emanuel Rex Sardiniae, qui belli, pacisque artibus ita inclaruit, ut magnam Europae partem in sui admirationem raperet, communem intelligens hominum celeberrimorum ad-

pro-

„ letus in libello nuper edito reprehendit omnia, „ reprehensionibus puto me facturum satis, si „ amicissime horter, ut experiatur, et in sua „ experimenta meditetur. Adferrem pro re mea „ experientissimorum in Europa Physicorum „ suffragia, sed arbitror haec puerilia: Physico „ experientiae suffragium unice est conquirendum. Instit. de re electriea num. 4. Beccuaria.

probationem, ac multa encomia, quibus auctor noster merito cumulabatur, tam luculentis in eum Regiae propensionis, ac liberalitatis ferebatur significationibus, ut ad geminata stipendia illud auctoritate suprema statuens adiiceret, ut eidem omnia subministrarentur large adminicula, quae ad praeclare coeptum studiorum cursum continuandum necessaria, et ad commodata iudicarentur. Et profecto suis inventis laudatus Professor Virorum doctorum applausu, Regioque favore dignissimus censebatur. Etenim ipse machinae electricae omne commodum, et summam ad quodcunque experientiae genus facilitatem procuravit, qua haec ipsa momento ad insulam redigi, vel momento cum solo communicare possit. Ipse quoque primus elegantissimo tentamine onerandi eodem suo igne lagenam, dedit convincentem demonstrationem, quod corpora cohibentia onerata nunquam habeant maiorem ignis copiam quantitate ipsorum naturali, et quod tantum amittant illius ex una superficie, quantum de illo ex altera superficie adcumulatur. Machina, et catena redactis ambabus ad insulam, et suspensa per suum uncum ac catenam lagena circumagatur aliquot vicibus rota, quo et machina, et in eadem constitutus in insula homo, qui fricat, sua naturali exuantur quantitate; tunc

alter

alter homo e solo accedens tangendo catenam continuo omnem tollet, ac dissipabit electricitatem. Siquidem in his rerum adiunctis nequit e solo affluere ignis electricus ad supplendum machinae defectum, adhiberi debet virga metallica, quae communicetur per hominem supra machinam in insula positum cum exteriori lagenae superficie, ac tunc rota vicibus aliquot circumacta, et vexando vitrum ignis naturalis, quantitas exterioris superficiei propagatur ab homine vitrum fricante, et a vitro ad conductorem, et ab hoc ad internam lagenae superficiem se insinuans eodem suo vapore onerata evadit. Qua ratione ad machinam insulatam adveniat, evidenter ostendit auctor noster a flocco, qui e virga metallica supra solum elata, et ad partem machinae aliquam reflexa foras prorumpens conspicuus manifestatur. — Ita quoque primus detexit, quod adsint interruptiones in corporum differentium superficie, perdat se in obscuro ignis, repens iuxta directionem earundem interruptionum, quando cum iis electricitas communicatur; contra si conductor communicetur, ipse absque strepitu, ac luce pertransit. Demonsrat aerem siccum resistere, atque ab hoc retineri ignem accumulatum in catena, et impediri, ut a corporibus extraneis adcurrat ad machinam; quam vis paullatim

etiam

etiam siccum possit imbibere; et in proportione, quod amplius resistat in hoc recipiendo, tenacior fit in retinendo: qui humidus si esset, tunc se traiicit, ac veluti per conductores diffundit. Unde concludit per humorem in omnibus discrimen induci, et paucis verbis omne id complectitur, quod ante aliquot annos praecipuum fuit argumentum prolixarum, atque inutilium dissertationum: defendit imperviam indolem vitri, ostendit, quando a resina vitris substituta iidem effectus habeantur, at in sensu opposito, quod corpora resinata in locum huius, ut ignem recipiant, illum cum manu fricante communicent. — Novi quosdam homines animo male adfecto, derisisse huius generis inventa utpote inutilia; et contemptu, et explosionibus digna censuisse illa studia, a quibus nullus in Rempublicam fructus redundat; verum si haec accusatio veritate niteretur, multae physicae partes negligi deberent, eo, quod in primis tentaminibus non continuo adfulgeat illa via, cui quispiam insistendo aliquam capere possit utilitatem. At illud semper apprime nobis commodo erit, quod res experimentum circumstantes penitus non ignoremus, et simul distinquamur a brutis ad mirabilia circumfusa insensibilibus. Etenim Verulamii vastissima mens Philosophos non solum occupari vult in pericu-

lis

lis *frugiferis*, verum etiam in *luciferis* propterea, quod spargendo radios, et diffundendo lucem, haec cum illis certa ratione concurrant ad componendum lumen longe patentissimum, quod securos deducit ad aliquam veritatem, ac haec deinde viam reserat ad alias, quae mirifice servire possunt artium, scientiarumque utilitati, atque incremento. Et certe Analysis Newtoniana de luce, quae principio pulcra licet videbatnr cognitio propter inventam huius fluidi proprietatem, at sterilis postea in suis consectariis, quantam non adtulit lucem ad perfectionem instrumentorum opticorum, et quos non modos indicavit Delavalio ad persecutionem inventorum cum utilitate artium maxima coniunctorum? et quae non praeiudicia, quas non fabulas, non solum vulgo ignoranti familiares, sed etiam in libris apud nostros Scriptores auctoritate pollentes insertas Clariss. Redius prodidit, ac manifestavit? Et qui omnino peregrinus, ac hospes non est in phaenomenis electricis, quantam pepererunt utilitatem nostro celeberrimo ad ea phoenomena explicanda, quae strygibus, lamiis lemuribus, veneficis, incantationibus rudis, ac superstitiosa plebs attribuit? Fortunatus harum rerum eventus mirifice nostrum Auctorem ad concinnandum huius generis opus animavit, quo lecto methodum excolendae Physicae adcura-

tam

tam condisceret Iuventus Pedemontana magis, et magis, magisque ad haec amantissima studia incenderetur, simulque cum Verulamio perspiceret, *genuinam rerum naturalium inquisitionem, legitimeque institutam opus esse severitatis, dignitatisque plenissimum, ut* (adolescentes) *et adsvescant collecta ex particularibus luce animos laxare ad amplitudinem totius mundi, nec universim hoc exigant ad mentis suae angustias.* Hoc in opusculo quasi quodam percitus oestro enarrat conatus, quibus Itali, Newtonus, ceterique scientiarum restauratores praecipue sua aetate Franklinus eminuerunt; et quomodo per longam, et adcuratam experientiam, multasque observationes gradatim sibi cognitas reddiderint naturae actiones; et qua ratione hanc ille ipse quasi comprehenderit saepe Frankliniana repetendo experimenta; inde continenter adfirmat scientiam naturae esse scientiam experimentorum, tantumque de ipsa sciri, quantum observationes cum adtentione, pericula rite, summaque diligentia instituta manifestant; atque in hac serie bene cognitorum, ac evidentium experimentorum quaeritur principium generale, quo cum copulentur illa, quae separata, et distincta considerantur, propterea, ut constituta bene ordinata serie sponte feratur intellectus perpetua

qua-

quadam inductione ad universalem dominantem veritatem, et quidem methodo analytica, et synthetica possit: *Logica contemplatoris*, vel *Observatoris*; possetque maioris operis luculentum esse specimen, quo pulcerrimus flos inventorum physicorum, et historiae naturalis concluderetur. Et hic libellus tantum Scholae usibus accomodatus longo post se intervallo reliquit dissertationem Musschembroekii plures in linguas conversam, et aliorum Physicorum, qui ad idem argumentum illustrandum eodem tempore suos conatus retulerunt, sicque familiari sermone tradendo haec sua preecepta mirabiliter Auditorum animos inflammavit: ad premenda magnorum illorum vestigia; quos veritatis indefessos venatores solitus erat compellare. Eodem anno MDCCLIV. cum haec dictaret prolegomena, indicare coepit methodum, qua facili negotio quaecunque Ædes, naves etc. a funestissimis effectibus fulminis immunes conservari possunt, et quod terrae motus non habeat aliud magis actuosum principium, quo explicari possit, quam electricum sit elementum. Porro docebat augmentum ponderis in calcibus metallicis esse effectum aëris absorpti in calcinatione, non vero ignis; sed cum adhuc quodam dubio laboraret; ita ut A. MDCCLVII. ad aërem absorptum alias res heterogeneas in

genere adiungeret. Postquam autem Clariss. de Rey percelebratum, ac singulare specimen iam Anno MDCXXX. editum lectitasset anceps diffidere coepit Boileanis experimentis, volebatque ipse hanc periclitari materiam, atque ex periculis factis collegit metallum quantacunque vi, atque intensione ignis urgetur, non calcinari in vase vacuo, sive aere spoliato, in vase autem clauso reduci in calcem, unam talem solummodo portionem, quae respondeat vasis amplitudini, vel dicendo melius, volumini aëris in vase contento; velut innuit scriptis litteris ad Clarissimum Doctorem Cigna (Misc. Taur. Tomo II. pag. 176.) ex quo inferebat tantam pelliculam calcis distendi supra superficiem metalli fusi, quantam figere, atque absorbere posset huiusmodi quantitas aëris avulsi, ac separati a suo, quo ambitur volumine. Et tametsi hoc demonstrari possit experimento Boyleano, quo affirmat per ruptam extremitatem rostri longissimi in retorta, intra quam tentabat alicuius metalli calcinationem, externum aërem cum sibilo subivisse, nihilominus tamen novo, eoque adcuratissimo, ac manifesto experimento hac ratione in aperta luce colocare voluit. In lagunculam colli multum exporrecti scobem plumbeam ponebat, quod cum collo lagenae multo amplioris tanta diligentia univit, ut nullo modo

aari

aeri externo aditus pateret, libera tamen penitus lagunculam inter, et lagenam evaderet communicatio: vasa ita unita librans vestigabat punctum, ubi respondebet inter ipsa centrum gravitatis: quibus rebus notatis suspendebat hanc machinulam eo modo, ut infra lagunculam spiritus vini accendi possit, continuarique ad placitum flamma, et videbat liquescere plumbum, formari pelliculam calcis, et agitando hoc fiebat, ut pellicula tota ab uno latere accumularetur, ac remaneret facies metalli fusi tota exposita aeri vasis reclusa obtinendi, quantum plus posset, calcis gratia; at postremo adverti, qualicunque ignis actione intensa, et continuata, nullum apparere amplius vestigium *calcinationis*. Itaque sublata flamma purgataque a fumo adhaerente laguncula, et refrigeratis vasis librans totum, ut ante feceram, idem prorsus pondus adcurate deprehendi: at explorando centrum gravitatis inter duo vasa, videbatur illud aliquo intervallo recessisse a maiore lagena, et accessisse ad lagunculam: id, quod nequit aliter comprehendi, quam, si ponatur aërem contentum lagena maiore adtractum fuisse in lagunculam, ibique fixum, et magna sui parte ab illa calcis metallicae portione absumtum fuisse. Hoc in schola experimentum a suo Professore calamo Discipuli exceperunt Anno MDCCLXX. Et

quoniam illud, post tot facta eodem successu pericula evidens videbatur esse, continuo de hoc celeberrimum Virum Lavoisier data epistola certiorem reddidit XII. Novembris MDCCLXXIV; quam summis laudibus ornatam eodem anno ad Acta Scientiarum Academiae Parisinae retulit *a*). Id quod si notum fuis-

---

a) In volumine ad annum MDCCLXXIV. Historiae de Academia Scientiarum Parisina pag. 566. legitur circa finem in Memoria Cl. Domini Lavoisier. — Depuis la redaction de ce memoire, et depuis l' extrait detaillé, que j'en ai lû a la sénce publique de l'Academie extrait, qui a éte imprimér dans le journal de Monsieur l'Abbé Rozier, j' ai re duçu pére Beccarie physicien celebre la lettre, qui suit datée du 12. Novembre MDCCLXXIV.— le crois devoir vous indiquer un expérience, par la quelle j'ai demontré de puis tres long-temps l'incalcinabilite de metaux dans les vaisseaux fermes. Le Docteur Cigna en a fait mention dans le second volume du *Miscellanea de Turin* p. 176. je fonds de la raclure d'etain dans une bouteille de verre tres-forte, fermée hermétiquement, il s'y forme une pellicule de chaux tres mince, mais elle n'augmente pas d' avantage; si a cette bonteille je sonde hermétiquement des vaisseaux de verre, la portion de chaux, qui se forme troil en proportion de leur capacité : la somme totale du poids (agant la precaution d' elever de la bouteille le leger enduit, que forme la fiamme de l'esprit de

fuisset Doctissimo Viro Targioni summa aequitate encomium Professori nostro summum tribuisset pag. 242—243. in egregio suo sermone *de aëre fixo* inserto Volumini XXII. de opusculis physico-medicis Italica lingua Florentiae typis publica luce donato. — At videor mihi plus quam oportet, immoratus fuisse in explicando novo invento, ac proinde a serie chronologica laborum per nostrum Beccariam exantlatorum abivisse; quare ad eos inde digressi sumus, redeamus. Pergebat Vir Clarissimus assiduis potissimum experimentis perscrutari effectus scintil-

de vin, dont je me sers pour cette operation) reste la meme; mais les flacons ajontés, qui avant la calci nation se trouvoient en equilibre avee la bouteille sur un certain point, cessent de l'étre aprés l' operation, les flacons se trouvent plus legers, et la bouteille l'emporte. — Cette experience tres ingeniensc dont le pére Beccaria ne m'à communique les details, que depuis la redaction de ce memoire, est une nouvelle demonstration du fait, que j'ai établi; s'avoir qu'il se fixe une portion d'air avec le metal pendant la calcination, et que e'est a cette fixation, qu'est düe l'augmentation du pords, qu'il acquiert. — Haec Epistola communicata fuit cum grato Auctoris Discipulo ab Illustri Mardicone Gattimari de Breme Legato extraordin., ad Aulam Neapolitan. in scientiis, et potissimum in hodierna Historia versatissimo.

tillarum in diversa corpora, ut calces, et metalla exoneratarum, videbaturque sibi observare, quod scintilla quadrati actione sua capax sit calcinandi metalla, et rursum calces metallicas ad pristinum statum restituendi hoc fortasse vividior mentis acies, ac vis, et desiderium vehemens ad immortalitatem nominis consequendam, momenta illo effecerunt, ut membra praeceptorum, quorum ipse Auctor erat, intercideret, sicque in transversum actus persvaderet sibi rem vel oculis usurpare, quae non erat vel amplius concedendo, quae non convenit cum analogia: nam etsi aliqua experimenta constantia sunt, nihilominus nequit Physicus pro consectario deducere alia experimenta, quae naturali quodam modo apparent cum illis connexa esse. Ita post Newtoni experimenta in oleosis liquoribus, qui tantopere adtrahunt lucem, illamque avidissime imbibunt, quis non diceret oleum citius calefieri, ac tenacius retinere calorem, atque aquam? falsum tamen adfirmaret, cum experientia unica Magistra contrarium edoceat? *si traducantur ad alia* (in rem nostram apposite Verulamius) *quae similia existimantur, nisi rite, et ordine fiat illa traductio, res fallax est.* Ille non secus vix conspiciens aliquem in rubigine metallica splendorem ex actione scintillae procuratum, continuo epistolam

la-

latinam publici iuris factam *in folio volante* misit ad Academicos Londinenses, et Bononienses X. Februarii MDCCLVI. qua graviter adfirmabat, se invenisse *vaporem electricum speciem metallicam restituere terris metallicis.* Rubigo metalli aquirit per scintillam colorem, ac splendorem metalli, quemadmodum lithargyrum, Crocus Martis, stagnum combustum; illamque ita concludit: *vapor electricus ea mihi praestat munia, quae chemicis phlogistum exsequitur.*—At incertum quoddam murmur inter homines non minus auctoritate, quam doctrinae praestantia claros enatum mirifice aures *Viri* egregii perculit, quare confestim repetitis maxima diligentia experimentis, tandem animadvertit, minima festinatione, confidentia, laudisque aviditate suam mentem praecipitatam fuisse.

Idcirco nulla mora interposita sententiam revocaturus, exempla studiose postulata, et sibi cumprimis a Celebri Beccari, caeterisque amicis suis restituta illico suppressit, atque oblitteravit. Itaque cupidus magis, magisque, suspiciones, coniecturas, et dubia sua per opus disseminata in lucem veritatis proferendi, resque inibi forte occurrentes illustrandi omnes curas, et conatus, viresque ingenii eo retulit, ut novos etiam mille modos ad periclitandam ele-

ctri-

ctricitatem aëream effingeret, atque excogitaret, simulque opportunas leges figeret, secundum quas actio electricitatis in aëre, ac electricitas in corporibus resinosis excitata luculente manifestaretur. Ex his novis tentaminibus, quae principiis demonstratis nitebantur, usus est in opere suo ad construendum elegantissimum, et Frankliniano systemati conforme Quadrum, quod Londinum Decimo Nono Calendas Ianuarii A. MDCCLVII. ad Franklinum latina eidem inscripta epistola dimisit, quae ita distincta nitet ingenii luminibus, et novis referta est inventis, ut omnem ab ipso Franklino adprobationem, universorumqueAcademicorum tulerit adplausum. Id, quod miro modo industriam ipsius exacuit, animumque ad persequendam ultra horum phoenomenorum scrutationem adeo inflammavit, ut his alia etiam adiungeret, quae antea meditatus fuerat, et parte aliqua respectu electricitatis atmosphaericae nota perspexerat: non contentus ergo sola pertica, cervisque volantibus, adhibuit quoque radios, et fila metallica, quae per loca multum elata, facile ad distantiam quingentorum supra mille pedum protendebantur, qua methodo, et contentione id obtinuit, ut quae species electricitatis, temporibus diversis dominaretur in atmosphaera, probe adsequeretur; sicque huic parti tantum lumen, tantam

per-

perfectionem conciliavit, ut quantum vel ille ipse, vel alii post ipsum tentarunt, non fuerit aliud, quam novorum a se inventorum confirmatio, vel conclusio suarum demonstrationum. Feriis Autumnalibus Anno MDCCLVII. ibat Bononiam, ubi celeberrimae huius Academiae Socii, quibuscum familiari consvetudine iungebatur, incredibili voluptate novas veritates ab ipso indicatas, easque in publico Instituto perspicuis experimentis stabilitas exceperunt. Ea de caussa quocunque is progrediebatur, ipsum applausus, admiratio, et stupor comitabatur. Stipabat huius utrumque latus nobilissima doctorum hominum corona, quorum singuli acerrimo studio, votisque omnibns illud expetebant, ut nempe ista recentis memoriae inventa, in sua patria, et natali solo, publica luce donarentur. Idcirco reditu, si unquam magis accelerato, absolvendi operis, quo meteora complexus est, incredibili cupiditate ardebat, totusque ad repetenda iam ante facta experimenta vel ad nova excogitanda summo fervore incumbebat. Hoc autem, ut maiore adcuratione, successuque praestaret, sccundas eidem suffecit vires Amicus ingenio, ac dexteritate singularis Abbas Canonica, quem *manum suam dexteram*, vel *suum brachium dextrum* compellare solebat.

bat. *a*) Tantas inter cogitationes circa effectus novi huius elementi tantisper immoratus huic dubio,

---

a) Iuvabit schediasma lingua Italica exaratum, quo Abbas Canonica in physicis, et mathematicis disciplinis versatissimus Anno MDCCLXIV. Praefecturam Physici Musei, et Machinarum custodiendarum obtinuit. „Essendo stati informati della particolare habilità e notizia del Sacerdote Domenico Cauonica, attorno le machine di Fisica, e nelle sperienze di esse, per essersi esercitato in diverse operazioni fatte dal P. Beccaria professore di Fisica sperimentale, e per essere pure versato nelle cose matematiche ci siamo compiaciuto . . . di destinare esso prete Canonica ad aver la cura, ed il maneggio di dette machine, et applicare ancora alle osservazioni astronomiche &c. Sequitur Diploma Regium, quo laudato Dominico Canonica extraordinariae Physicae professio in Universitate Scientiarum Taurinensi confertur. Il P. Gianbatista Beccaria di Mondovi oltre ad avere illustrato il suo nome con dotti libri mandati alla luce, si e adoperato con tanta cura in ammaestrare la gioventu nella Fisica, e in dilatare le cognizioni di tale scienza, che ha pienamente corrispesto all' idea, che ebbimo di lui, quando nell' Anno MDCCXLVIII. lo elegemmo a professore di Fisica sperimentale in questa nostra Universita dagli studi. So dis fatti per tanto del suo longo ad utile servigio ei siamo disposti a solevarlo in parte dalle fatiche della cathedra, onde possa conprù riquardo alla propria salute continuare le-

dubio, quo fortassis posset huic attribui gravitatis universalis, dum in scriptis vorticosum systema Cartesii confutabat, oestro quodam incitatus, quanta facilitate polleret ipse etiam fingendi, ac repraesentandi nova sibi somnia, quae maiorem veri similitudinem, atque elegantiam praeseferrent, si talibus in rebus plus auctoritatis vividae cuidam imaginationi potius, quam languidae, frigidaeque rationi concedendum

---

le sue commendate scoperte; e però habbiamo pensato di nominare un professore straordinario di Fisica, il quale supplisca alle veci di lui per le lezioni della scuola, sempra, che egli non vi potra per quisti impedimenti accudire, e gli presti acuto nelle private, e publiche asperienze con oblio di attendere agli osservazioni astronomiche, ad invigilare alle straordinarie, che occorressero, facendo le une, e le altre sotto la disezione dello stesso P. Beccaria. Per questo incumbenze ci e paruto molto proprio il Sacerdote Domenico Canonica attualmenie consigliere nel Collegio delle Arti, già studioso discepolo, indi repetitore di Fisica nell Collegio nosto delle provincie, e poi preposto alla cura delle machine, il quale sia per naturale ingenio, che per assidua applicazione alle cose fisiche, e per destrezza negli sperimenti, ci persvade che saranno in lui ben collocate le nostre grazie. Quindi per le presenti &c. &c.

dum esse posse. *a*) Eodem tempore, quo animi sui sensa novis tentaminibus veritati amica

a) Si gravitas ex arbitrio explicanda sit, somnium suppetit, et mihi meum, quod afferam, aliis certe elegantius, ipsumque ab elemento petitum, quod in natura obtinere deprehendo, et patere quam latissime: intelligitis de igne electrico sermonem habere. Elementi huius praesentiam per universa corpora coelestia analogia svadet, observatio persvadet. Demonstravi terrestria corpora omnia, et atmosphaeram ipsam terrestrem electrico igne imbui, quidni imbuantur similiter planetae alii, corpora telluri similia? Fulgurationes observatae in Luna a Lovilaeo aurora borealis in luna observata a P. Jacquier nonne ignis electrici praesentiam in planetis nobis ponunt ob oculos? Sed neque efficiens, vis gravitati producendae opportuna desideratur in igne electrico: certissima enim constat lex, corpora inaequaliter electrica accedere mutuo, electrica aequaliter mutuo recedere. Agedum: nonne, sol corpus purissimam effundens lucem, igne electrico elemento purissimo apprime scatet? non mittam recentissimas, opportunissimasque in hanc rem observationes Vargentinus observat declinationem acus magneticae mutari, cum imminent fulgurantes procellae, cum imminent aurorae boreales, et praeterea mutari declinationem acus diurna quadam periodo, quae cum solis luce maxime nexa videtur; videlicet circa horam septimam matutinam declinatio acus magneticae in Occidentem incipit augeri, augescit uno ferme gradu usque

ca esse ostendebat, opus patefecit aliis omnibus multo praestantissimum, et gravissimo magni Pristleg

que ad horam alteram pomeridianam, ab hac hora, ad vesperas recedit, et noctu quiescit. Cur ergo non licebit solem considerare tamquam fontem uberrimum electrici ignis, quem in immensa coelestia spatia amplissime expendat? At si res ita se habeat, en ex igne electrico explicatam caeleetem gravitatem. Etenim si planetas in apheliis suis per lineas rectas proiici intelligamus illinc accedent in spatia magis electrica usque ad perihelia nimirum usque ad eam a sole distantiam, ubi tantam obtineant, quantam capiunt, ignis electrici densitatem, ubi nimirum considerari debebunt aequaliter electrici, ac sol. — Inde ergo incipient discedere, et migrare in aphelia per spatia consequenter minus electrica, et aliam atque aliam effundent accepti ignis partem, donec evadant satis inaequaliter electrici, ut a directione recedendi redeant ad directionem accedendi, atque ita pergent in curvis circuire, quemadmodum pergit oscillari corpus inter corpora inaequaliter electrica. — Interea vero nonne quibis planeta princeps tanto imbuitur igne, qui atmosphaeram circa ipsum electricam faciat, qua suos circa se satellites torqueat eadem lege, qua sol circa se convertit planetas principes? — Caudae Cometarum testes esse possunt huiusce theoriae locupletissimi: etenim ab his quasi amplissimus electrici ignis penicillus proficisci videtur, qui augescat cometa accedente ad solem, minuatur rece-

Prisley tale, quo singulos, qui ante ipsum scripserant, longo intervallo post se relicto exsperavit; volo dicere, quod fronti suae vernacula lingua talem praefert inscriptionem: *Eletricismo almosferico Lettere di Giambattista Beccariu de' CC. RR. delle Scuole Pie Professore*

---

cedente, et in parte a sole aversam semper tendat, scilicet in spatia minus electrica. — Sed nonne corpus, quod electricitate accedit, scintillam elicit in contactu? At ubinam scintilla huiusmodi, cum lapis decidit in tellurem? nonne electricitas agit in ratione superficierum, gravitas autem sequitur proportionem massarum? — Nonne in vacuo conticescunt electrici motus? Qui ergo in vacuis caelestibus spatiis immensas planetarum massas igne electrico agitandas intelligemus? nimirum tanti est fingere; quam errare. Itaque temperandum est ab hyothesibus, phaenomenis acquiescendum, observationes instituendae, capienda experimenta, quamdiu occultam ipsam hactenus proferre possis gravitatis caussam; neque propositis contra efficientiam ignis electrici difficultatibus usque adeo indulgendum: non omnes enim puto adhuc comprensos; quibus ille ignis agat, modos? *Instit. de gravitate coelesti* anno MDCCLVII. num. 92. Ex hoc somnio manifeste apparet, quomodo idae, quas proponit D. Franciscus Magiotto (Opusc. scelti Tom. IV. pag. 246. Tom. V. pag. 409.) factae sunt materies ad memoriam nostri Auctoris excitandam MDCCLVII.

sore di Fisica Sperimentale nella Regia Università di Torino, membro della Societa Reale di Londra, e dell Academia delle scienze di Bologna etc. etc. Editione seconda. Alla Sacra Reale Maestà del Re di Sardegna a) Colle

---

a) Non possum silentio praeterire insigne tributum elogium Ioanni Baptistae Beccaria in Commentariis Scientiarum, et Artium Instituto, atque Academia Tomo IV. Typis Laelii a Vulpe Instituti Scientiarum Typographi MDCCLVII. „ In Academiae commoda peccare videar, si de epistolis praetermittam, quas Vir longe clarissimus Ioannes Baptista Beccaria de electricitate con scripsit; quasque Academia illo fortasse inscio suas fecit; quaecunque enim Academicorum, sunt, praesertim talia magno studio ad se rapit. Quid, quod ille sic eas scripsit, quasi rapi vellet? Inscripsit Iacobo Bartholomaeo Beccario Instituti Praesidi, ad quem spectare nihil potest, quin ad Academiam universam spectet; unus quippe instar est omnium. His ergo epistolis, quantum possumus, hunc librum ornemus. Non de omnibus tamen exponam, ne volumina huc sransferre videar; de prima tantum dicam, in qua summa totius doctrinae capita continentur. Ea primum Franklini theoriam Beccarias explicat, sic quidem, ut neque brevius explicari, nequo dilucidius possit; eamdem experimentis confirmat suis quibusdam, quae cum lego, Frankliniana non desidero. A theoria ipsa ex-

le ameno in Bologna all' insegna dell' iride. Con lic. de sup. nell Anno MDCCLVII. in folio.

„ ordiar. — Electricitatem vulgo satis iam cogni-
„ tam, nihil aliud facit, nisi vapor quidam te-
„ nuissimus, promtissimusque fusus per omnia.
„ Is dilatari nititur, pellens se ipse perpetuo re-
„ pellensque, neque consistat, nisi aequatis ex o-
„ mni parte viribus. Distribuitur autem varie in
„ corpore; alia enim vaporis huius plus recipiunt,
„ alia minus, ut cuiusque natura fert; ac sic ubi
„ plus abundat, quam corporis ratio patitur, ex-
„ ire inde conabitur, seseque in proximas res
„ immittere, in quibus minus abundat; omnino-
„ que inde, ubi praevalet, in alia, in quibus
„ minus valet se coniicit; coniiciens vero sese,
„ scintillas excitat, ventulum parit, laevissima
„ quaeque agitat, quae signa electricitatis haben-
„ tur. Sic fit electricitas. — His positis conse-
„ quens est, ut electricitas in duorum corporum
„ propinquitate se prodere debeat, quotiescunque
„ electricus vapor n altori illorum plus valet, si
„ vel copiosior in eo sit, vel quod variis de caus-
„ sis potest fieri, incitatior. Ac tum ambo illa
„ corpora electrica dicuntur contrariis de caussis;
„ alterum, quod vapore electrico plus iusto pol-
„ leat, alterum quod minus; illudque vaporem,
„ si qua via pateat, emittit, hoc recipit. Propte-
„ rea Franklinus electricitatem in duas diduxit
„ partes, quarum alteram fieri docuit, si prae-
„ potens in corpore sit vapor, alteram, si debi-
„ lior; illamque positivam, hanc negativam ap-

„ pel-

lio. Parte prima cum brevitate, ac perspicuitate propositam in opere primo theoriam exponit,

„ pellavit, mathematicorum vocabula huc trans„ ferens Beccaria communia consectatur, illam„ que ab excessu, hanc a defectu esse dicit " Sed de vocibus, si modo res explicentur, minime sollicitos nos esse oportet. — Accidit autem, ut sint corpora quaedam, quae ex affrictu paullo vehementiori electricitatem accipiunt In his vitrum, et resinae eminere dicuntur. Eius rei caussa fortasse est, quod, cum duo corpora inter se fricantur, in altero quidem electricus exsultat vapor, seseque effert, victorque in alterum invadit. Atque haec, quae ex affrictu electricitatem ducunt, eam ab origine habere dicuntur, nec refert quaerere; quam id recte dicatur; modo cum electrica ab origine dicimus, ea intelligamus, quae ex affrictu fiunt talia. — Sunt autem corpora alia, quae non affrictus quidem facit electrica, sed illorum, quae affrictus fecit, appropinquatio; haec enim electricitatem frictione acceptam cum aliis communicant, eaque cum aliis; ac si idonea semper occurrant corpora, nullus communicandi finis sit. Quae electricitatem hoc modo accipiunt, electrica fieri per communicationem dicuntur; etiam deferrentia appellari solent, quod electricitatem acceptam ad alia corpora deferant. In his metallica creduntur excellere; et si qua paullo humidiora, modo ne humida oleum fecerit, aut aut pinguedo aliqua. Haec ergo humida, multoque magis metallica electricitatem commodissi-

 me

nit, et immoratur in demonstranda unitate principii agentis; quanta felicitate se diffundat per corpora

---

me recipiunt, et ad alia transire sinunt. Contra obsistunt nonnulla; aër imprimis maximeque, si siccus est; deinde vitrum, sulphur, resinae, et omnia, quaecunque ab origine electrica esse dicuntur; quippe haec alienam electricitatem respuunt, advenientique, ne ultero progrediatur, resistunt. — Sic fere suam sibi theoriam Franklinus informaverat, quam contemnere nemo debet, etiamsi primo aspectu arbitrium plus in ea valuisse videatur, quam ratio. Nobilissima est physicorum consvetudo, qui hypothesis primo sibi fingunt, et ingenio indulgent; easdem postea periclitantur, ac tum demum pro veris certissimisque habent, si cum omnibus naturae effectis consentientes invenerint. Neque id minus isti faciunt, qui hypotheses abiicere omnes dum volunt, quasdam tantum leges sequi se profitentur; quid enim illae ipsae sunt leges, nisi brevissimae hypotheses, quas primum paucis naturae effectis admoniti dubie proponunt, ac tum denique ratas habent, si cetera omnia respondere videant? Neque hercle quid aliud praestare Physici possint, intelligo. Id ergo etiam Franklino concedamus, cuius theoriae, si valebit ad omnia, cur non eam Beccariae praesertim exemplo amplectamur? Videamus modo, quantum ea valeat ad electricitatem, uti vulgo comparari solet, explicandam; nam hoc uno summa omnis videtur contineri. Comparari solet electricitas ad hunc modum Metallicae

corpora diversa dimoveat, ubi nulla intercapedo aëris est; quod vitrea electricitas semper sit

per

---

cae cuiuspiam catenulae extremum, cui bracteolarum; item metallicarum fasciculum praefigere consveverunt, ad globum vitreum applicant, ipsamque catenulam funiculis sericis suspendunt, cura habita, ne quid aliud contingat; tum manum globo imponentes rotari ipsum magna vi iubent. Catenula extemplo electricam se prodit, admodum quoque rem concutit, pellitque et scintillas iacit. Videndum est ergo, qui fiet, ut tam subita sequatur, et tam facilis electricitas, id statim e Franklini opinione assequor. Propter ceceleterrimam globi rotationem fricatur manus vehementer, vaporque electricus in ea latens excutitur. Is erumpens quoniam neque penetrare vitrum altius potest, neque diffundi per aëra (obsistunt enim vapori huic, uti supra diximus cum aër, tum vitrum) in summo globo consistat, necesse est. Abripitus ergo simul cum globo, atque ut catenulae occurrit, in ipsam se coniicit, trum altius potest, neque diffundi per aera (obsistunt enim vapori huic-, uti supra diximus cum aer, tum vitrum) in summo globo consistat, necesse est. Abripitur ergo simul cum globo, atque ut catenulae occurrit, in ipsam se coniicit, ibique subsistit, quippe qui per funiculos sericos, nam et hi ipsum respuunt, elabi non potest. Sic globi ratione perseverante, vapor tantus brevi tempore in catenam compellitur, ut st quid propius admoveas, praepotens ille in id, quod ad-

per excessum, et resinosa per defectum; et qua ratione redacta convenienter in quadrum onerentur, et

---

admoves statim irruat. Hinc pulsus, scintillae, crepitus certi electricitatis indices. — Haud scio an sit quidquam in physicis aut brevius explicatum, aut omnino commodius. Atque erit fortasse quispiam, cui rem hanc totam diligentius consideranti, videatur ille etiam, qui manum globo imponens affrictum patitur, si Franklinum quidem audimus, debere electricus fieri; oportet cum vaporem eum, qui in catenam vehitur, ipsi detrahi, atque uti catenam ab excessu, sic ipsum fieri electricam a defectu. Ac sit ita sane nisi pavimento insistens ille, aliisque corporibus, atque adeo universae terrae adnexus, tantum inde electrici vaporis perpetuo hauriat, quantum ei globo fricatio adimit. Secus accidat, si nulla sit ei cum ceteris rebus communicatio, puta, si massam sulphuris, aut reticulum sericum insistens nullo alio corpore tangi se patiatur. Sic enim vaporis nihil pervenire ad ipsum poterit, sulphure, aut serico prohibente; ideoque vaporem, quem habet, in catenam perpetuo immittens, ad summam ipse paucitatem adducetur; eamque ob caussam fiet utique electricus. — Id, quo distinctius Beccarias explicet, molem totam in duas distribuit partes; nempe in catenam, et machinam. Catenam nominat, quidquid electricum vaporem recipit, e manu propter fricationem globi manantem; machinae vero nomine eum ipsum intelligit, qui manum globo applicat, et praeterea, si qua sunt alia

et exoneretur ut vitra; quam iam docebat in scholis, et publico in theatro luculentis comprobabat ex-

alia illi adiuncta, modo compages tota aut sulphure, aut serico, aut corpore quovis alio non deferente, undique obsepta sit, ut electricus aliarum rerum vapor nullos ad eam habeat aditus. Quae, ubi sic composuerit, ac globum rotari iusseris, electricae fiunt pariter cum catena, cum machina, quamquam diversis de caussis; quippe catena electricitatem contrahet ex electrico vapore addito, machina ex ademto; quare si quid catenae admoveas, vapor statim in id, quod admoves, erumpet in machinam; sequetur autem utramque eruptionem scintilla, et pulsus electricitatis index; quae sic fieri, quemadmodum Franklini theoria postulat, experimenta vulgaria satis ostendunt. — Sed iam experimenta alia videamus, quae Beccaria per summam dexteritatem fecit, quae tam belle respondent, ut ea fecisse videatur, quasi theoria ipsa admonitus. Cum dextram manum globo superposuisset, converteretur que globus satis celeriter, metallicam fimbriam, quam laeva tenebat, admovit: sic quidem, ut cum dextram globus subterfugisset, ante in fimbriam, quam in catenam incideret. Electricitas nulla adparuit; neque vero ulla erat, si theoriam consideres, exspectanda. Electricus quippe e manu dextra exspressus vapor in fimbriam, quam primum offendebat, atque inde in laevam manum se immittens, continuo ad dextram, unde discesserat, revertebatur; congregari ergo in catenam nul-

experimentis ab anno MDCCLIV. Confirmat evaporationem liquidorum, et scintillae aeris ex-

---

nullus poterat, vel ferme uullus. Fimbriam post deinde ex adversa parte admovit, ut circumactus cum globo vapor prius catenam adtingeret, quam fimbriam. Tunc enimvero belle satis amicuit electricitas; quod tum scilicet vapor in catenam libere irruebat, nondum fimbria interceptus. Quae sane vaporem electricum pariter cum globo circumagi ostendunt, ut Franklinus auctor est, seseque ex eo cursu in id coniicere, quod illi primum occurrit.— Experimentum aliud Beccaria instituit, pulvinum pro manu adhibens. Id etiam referam; nam theoriam mirabiliter illustrat. Pulvinum inaurata pelle obtuctum globo subiecit, ut ex huius conversione haud leviter fricatus electricum vaporem emitteret, ac ne quis novus vapor in ipsum succederet, vitreae lanimae Imposuit, diligenter cavens, ne qua alia re tangeretur. Catenae, qua parte globum spectabat, cuspidem praefixit. Cuspidem aliam manu tenebat, quam pulvino pro voluntate admovere posset. Hic sane adparebat, debuisse et catenam, si satis celeriter rotaretur globus, et pulvinum simul fieri electricum, etenim, cum vapor qui pulvino inerat, globo abraptus, in catenam per cuspidem praefixam inveretur, oportebat catenae electricitatem ab excessu fieri, pulvino a defectu. Neque ratio fefellit. Nam interim, dum globus vertitur, cuspidem, quam manu gerebat, Beccaria statim pulvino admovet. Ecce subito duae flam-

expulsionem. Epistola tertia mechanicam electricarum motionum explicat. Septima epistola

---

flammulae acuminibus ambarum cuspidum quasi inhaerentes, electricitatis utriusque iudices; quippe alteram flammulam haud dubie faciebat vapore e pulvino in praefixam catenae cuspidem irruens; alteram vapor ex admota cuspide irruens in pulvinum. Sic ambas creabat quasi uno uno excursu idem vapor, qui ex altera cuspide in pulvinum invadens, globo inde ad cuspidem alteram rapiebatur. Quo minus mirari oportet tantam fuisse inter duas flammulas coniunctionem ut, remota a pulvino cuspide, ambae pariter extinguerentur rursumque exorirentur ambae, cuspide rursum admota. Non illud hoc loco omiserim, quod quisque tamen per se facile intelliget experimentum hocce tenebrioso in loco sumi oportere; item ut alia, in quibus scintillae, flammulaeque quaeruntur; ne scilicet harum nitor externa luce obruatur. Itaque huiusmodi experimentis noctis tempus peridoneum est. — Sed alterum exponamus huic, quod modo dixi, haud absimile, quamquam non hic pulvino opus est. Catenae qua globum spectat, cuspis adnectatur; tum manu superposita rotetur globus, ut electricitas, quemadmodum physicis in more est, excitetur. Interim cuspis altera globo admoveatur, eamque globi zonam spectet, quae praeter catenam excurrit; admoveatur autem ex illa parte, qua zona catenam praetervecta ad manum redit. Continuo flammulae apparebunt duae ad dua-

la rebus penitus novis referta est super electricitate aërea, cuius ope multa comprehenduntur

duarum cuspidum acumina. Neque dubitandum est, quin eas electricus vapor faciat, qui manu exiens, adhaerensque globo, simul cum ipso convertitur; is enim non se totum in eam, quam primum invenit, cuspidem catenae praefixam coniicit, sed partem tantum; pars reliqua globum sequens se coniicit deinde in cuspidem alteram, eamque ob caussam flammulae duae ad cuspidum acumina repente exsistunt. Et quoniam catena, quo plus electrici vaporis accepit, eo minus postea recipit, resistit enim advenienti exceptus antea vapor, idcirco oportebit flammulam, quae initio ad extremum catenae in cuspidis acumine satis micat, post deinde paullatim extenuari, contra vero, quae ad cuspidem alteram fulget, magis, magisque clarescere; etenim quo minus vaporis electrici catena haurit, eo plus in summo globo relinquitur; quod deinde haurit cuspis altera. Huius ergo flammula magis splendescet, magisque. — Quae omnia cum excogitata commodissime sint, tum etiam experimentis, quae Beccaria fecit, comprobata. Quamquam cum illae flammularum variationes deinceps, et quasi per gradus fiant, usque dum catena vaporem novum recipit; ubi vero, imbuta iam satis, novum respuit, vix aliquid causae sit, cur flammnlae varient; idcirco in ista communi electricitatis faciendae consvetudine varietates illas, quas dixi, vix sentias. Solent enim vnlgo catenulae adhiberi non admodum

tur phaenomena, quae primo intuitu systemati contraria esse videntur, ac via sternitur ad expo-

---

dum capaces, quaeque citissime vapore electrico explentur. Si qui ergo experimentum hoc facere, aique omnes varietatum gradus animadvertere diligenter velint, iis Beccaria Auctor est, ut catenae capacitatem, quantum possunt augere studeant; id quod facile assequentur, si phialam catenae adiunxerint, perinde ut in Leydensi periculo fieri solet, eoque magis, si non unam tantum adiunxerint, sed binas, ternasque. — Convertatur iam cuspis, ut experimentum idem multis modis fiat, non ad globum, ut modo dixi, sed ad machinam; videamusque primum, quid ex Franklini theoria accidere oporteat, tum quid accidat. Demonstravi supra, machinam esse nexum, et compagem corporum, unde electricus exit vapor, qui deinde globo circumvectus in catenam illabitur, neque vero ei suppetere, unde amissum vaporem supplere queat; quare si ei forte cuspis appropinquet, hinc in illam erumpet vapor ad damna compensanda; neque erit mirum, si erumperit in flammulae modum. Id scilicet e Franklini theoria accidere oportet. Atqui idipsum Beccariae accidit, experimentum sedulo, et in tenebris facienti. Illud autem notatu dignum fuit, quod experimentum faciens, dum flammulam curriosius inspicit, animadvertit eam paullatim languescere, ac tandem exstingui cuius rei caussam sic explicat. Vapore electrico alio, atque alio in catenam immisso exple-

ponendam electricitatem naturalem: qua in parte singula nova, et insignia, magnique sunt momenti,

---

pletur ea tandem, ut quidquid eius ad ipsam postea defertur, respuat. Qui ergo supervenit, catena exclusus globi cursum sequitur, et ad machinam revertitur; nullum ergo ampllus machinae dispendium fit, igitur neque ulla est caussa, cur cuspis admota vaporem alium in eam immittat, et flammulam alat; ac sic flammula exstinquitur. Atque hanc esse, quam dico, extinctionis caussam ex eo apparet, quod catenae capacitate aucta diutius flammula perseveret; perstat nempe flammula, donec catena saturetur. Hactenus experimenta aliquot proposuimus, quae Beccaria prima ad Beccarium epistola complexus est, quibus experimentis Franklinianam theoriam usque adeo firmavit, ut prope suam fecisse videatur. Verum non experimentorum tantum succezsu ponderandae theoriae Physicorum sunt; videndum est etiam, quales ipsae sint, an satis breues, et commodae: et quantum simplicitate praestent. Illaeque imprimis laudantur, in quibus, si cui rei quid tribuitur, non perinde id se habet, ut aeque potuerit contrarium tribui; quod multi minus observant ad experimenta properantes. Hos Beccaria non probat; itaque prius quam finem epistolae imponat, cum alia generi vult, tum illud maxime, qui fiat, ut si manu fricetur globus vitreus, electrieus vapor e manu potius ad vitrum transire dicatur, quam contra e vitro ad manum, cuius rei, nisi reddatur ratio universa

menti, atque ipse Priestley confitetur omnes ab eo superatos fuisse rei electricae scrutatores. Ille

---

sa nutet hypothesis, necesse est. Difficilis sane quaestio. Atque erunt fortasse, qui putent electricum vaporem e manu ad vitrum ferri, propterea quod illo abundet manus, vitrum fortasse sit expers. Quibus Beccaria, ut assentiatur, adduci non potest; certissima quippe habet experimenta, quibus probet vitrum vapore electrico inter cetera corpora maxime abundare. Nec ad illos quidem accedit, qui id fieri existimant, propterea quod vitrum sit ipsum electricum ab origine. Sunt enim electrica ab origine, et sulphura, et resinae omnes: quid est ergo, quod si haec friantur manu, electricus vapor non ex manu ad haec fertur, sed contra ex his ad manum? Nihil ergo originaria electricitas ad id facit. — Cogitanti haec saepius Beccaria, secumque diu pervolventi, succurrebat manum ex affrictu sulphuris, aut resinae cuiusvis plus calefieri, quam ex affrictu vitri. Hinc lumen afferri posse existimavit, ad id, quod quaerebatur, inveniendum. Igitur experimentis quibusdam suis quaerere instituit, quo ordine alia aliis calefaciendi vi praestent; ac cum sibi manum modo manu altera, modo sulphure fricuisset, modo vitro, facile animadvertit, ad creandum in illo affrictu calores plurimum valere sulphur, proxime manum, minime omnium vitrum. Qua re cognita veniebat in mentem suspicari, si duo forte corpora inter se frientur, vaporem electricum ex illo semper exire in

Ille primus censeri debet, qui exactam dedit nubium imbriferarum, et venti descriptionem e cen-

---

in quo maior calefaciendi vis insit; eaque re fieri, ut, si sulphure fricetur manus, exeat vapor e sulphure; si vitro, exeat e manu. Opinio erat in specim probabilis, ac iam Beccarias inclinabatur, panni illum sustinuerunt; animadvertit enim enim pannos plus in affrictu caloris afferre, quam manum; et tamen, si ambo inter se fricentur, non utique vaporem electricum e panno ad manum ferri, sed contra tot opinionum fallaciis perspectis in eam denique suspicionem delapsus est, non quantum caloris una quaeque res afferat, sed quam facile flammam apprehendat, adtendi oportet; fortasse enim si duo fricentur corpora inter se vaporem electricum ex illo semper manare, quod flammae apprehendendae sit aptius. Idque illi cedebat commodissime: facile enim intelligebat, maxime omnium inflammabile esse sulphur; huic statim, propter oleosas partes plurimas, quas continet, manum succedere; hanc pannum sequi; vitrum denique flammam omnino non ferre. Unde illud sequebatur, vaporem electricum e sulphure ad manum ferri oportere, si manus sulphure fricaretur, et contra e manu ad pannum, et vitrum ferri, si panno fricaretur, aut vitro. Quem non cepisset opinio tam elegans. Beccarias tamen non ex omni parte probabat, sustinebatque iudicium, vel quod elegantiae non multum fideret, vel quod aliarum opinionum pericula fecissent timidiorem. — Haec adhuc e prima episto-
la

centro harum erumpentis, porro absolutam, et perfectam diversarum tempestatum theoriam mentis oculis subiicit, fabulam apud vulgus vigentem de petra fulminis explicat, in hunc temporariarum vicissitudinum theoriam iure optimo quadrant elegantes Itali Poëtae versus

Per opra di sua man l'ultimo segno
Toccato ha l'arte, e trapassar più oltre
Altrui non lice;

Disserit de magnetismo, quo icta fulmine corpora imbuuntur, atque ideo acus magneticae directio accipere possit mutationem ab hoc, istamque subire etiam a vehemente scintilla electrica, et suspicionem movet, an non fortassis derivari queat magnetismus ab electricitete. Id mente volutans acutissimus Priestley, *Ecce cogitationem* (exclamat) *profecto, quae si cum ve-*

---

la excerpsimus ad Beccarium Instituti Praesidem data, quam, qui legerit, de aliarum elegantia non dubitabit; nam et alias, quod supra monui in idem argumentum Beccaria scripserat, aliasque, ut modo accepimus, habebat in manibus. Quae scriptae sunt, et Bononiam allatae, edumur iam, uti ex multorum sermonibus intelleximus pereleganter in colle amoeno, quem nobilissima Grisleriorum gens tenet; ac licet in agro sit, longeque ab Urbe distet, pulcerrimis tamen artibus ornari coeperat, et ad gloriam florescebat.

veritate conspirat 'multam adferet simplicitatem in nostris ideis super legibus naturae. Atque indicando effectus fulminis, ignis communis electricitatis, hosque inter se comparando asserit omnes esse analogos; et quod ignis electricus calcinare possit corpora, si ab ipsis eiiciat phlogistum, vel restituat calces, si hoc introducatur, meteora aquosa illustrantur demonstratione convincente, atque in specie nihil exactius ad regulares nivium figuras, explicandas, et hoc memoria dignum est, quod figurae *a*) ita be-

a) Beccaria noster; postquam indicasset, quomodo crystalla, et salia in crystallisatione semper referant figuras geometricas regulares paululum digreditur, tractaturus de formis puris geometricis regularibus, quae observantur constanter in flocculus nivium.— „Atque ex his de figuris partium observationibus, nonne ratio aliqua, et „quasi caussa iposset investigari editionem partium afficiens in geometricas, quas demonstravimus, formas? Profecto hactenus sales „praeseitim eas formas affectare vidimus; verum „formas nihilominus elegantes observare est in „floccis nivis, ubi nulla talium conspicio. Quod „enim vulgo perhibetur de nitro in nive falsum „ostendit praestantissimus Margrahufius. Itaque „cum ningit coelo aequabiliter nubilo, et leniter „fumoso, tum observo blandam, continuamque „dominari electricitatem, floccosque nivis deci- „duae

bene ordinatae habuerint explicationem in eadem regione, ubi primum observatae, diligenter

---

„ duae stellulas in sua forma referre figura com-
„ tissime hexagona.— Eae quandoque aliud non
„ sunt, nisi rectae ex nive fibrillae sex iacentes
„ in uno plano, et cocuntes in unum punctum,
„ ceu sex radii, atque ita angulum 60° constituen-
„ tes, persaepe ad latera radii cuiusque conveni-
„ unt utrinque fibrillae aliae paralellae inter se,
„ efficientesque similiter, cum radio angulorum
„ 60°. Non raro circa centrum pellucidum spe-
„ cillum hexagona ipsum iterum forma observa-
„ tur; sed ita distribtum opacis fibrls, ut hic ar-
„ cem hexagonam exhibere videantur. Raro au-
„ tem nigit, quin novas nix in forma horagona
„ exhibeat varietates; atque tum etiam cum nix
„ ingruit densior, si recte observas, videas am-
„ pliores floccos, qui primo obtutu nullam affe-
„ ctare videantur satis certam figuram, ex parti-
„ culis plerumque coagmentari stellularum, quae
„ tum a vento vehementiori disrumpantur. — Iam
„ voro ex domesticis exverimentis evincitur, hoc
„ planc esse ingenium electrici ignis, ut corpu-
„ scula similia distribuat inaequalibus ordine he-
„ xagona distantiis; atque ut, cum aliquae earum
„ particularum ignem redundantem dimittunt, vel
„ deficientem accipiunt, tum accessionem faciant
„ aliarum eodem, quo circumstabant ordine he-
„ xagono, itaque in epistolis ad Beccarium id vi-
„ deor evicisse, formas eas nivis hexagonas ignis
„ electrici vi acceptas referri oportere. Quid ni
„ autem

ter descriptae, atque adumbratae fuere a Clarissimo Viro Rosetti *b*).—Postrema epistola directa est ad Illustriss. D. Comitem Ponte de Scarnafigi etc. etc. De quodam novo phosphoro, atque ipsius explicatione. — Neque hoc silentio praetereundum est, quod aperte manifestet, catenam montium in nostro globo magis eminentium, esse catenam totidem Vulcano-

„ autem similis sit efficiens geometricae formae „ causa in salibus simplis, in gemmis, atque in „ coagmentatis pyritibus? In floccis nivis, qui „ coeunt lentissime, eadem esse potest, qui sen„ tiatur caussa. Vel potius an non in coagmen„ tatione formarum salinarum, ignis communis „ est, qui agit similiter, ac electricus? Id latis„ sime videor comprobasse, ignem communem, „ et electricum edere effecta utrinque eadem, sed „ illum lentius hunc velocius; ac id perbelle con„ venit solutos in aqua sales coire in geometricas „ formas, quosque suas prout calor abit. Si pri„ ma eorum principia coagmentantur in super„ ficie, unde calor primum abit, atque efforman„ tur formae, prout calor abit lentius.“ Institut. de corpore, ac corporum affectionibus num. 42.

b) Rosetti typis edebat Taurini MDCLXXXV. librum suum de figura nivium, qui non obstantibus observationibus in libro de meteoris cap. VI. et est proprius, et originarius; et nec Cartesius, nec Hooke, nec Musschenbroekius omnes ipso posteriores Scriptores scripserunt res, quae possint comparari cum Opusculo Rosettiano.

norum, atque suas primas opiniones maiore copia, atque extensione collustret, terrae motum videlicet repetendum esse ab explosionibus electricis, idque adiecta longa experimentorum serie graviter adfirmat. Hoc autem opere, quod in dubium vocari non potest, ipse apud Scriptores acris iudicii, et nullo partium studio laborantes tantam sibi laudem vindicavit, ut iure optimo ab his, qui eumdem scribendo praecesserunt, omnibus antepositus, maxima sui nominis gloria inter praestantissimos, celeberrimosque sua aetate Philosophos recenseretur, cuius rei locupletes sunt tsstes a Beniamino Franklino exaratae adhunc litterae plenae humanitatis, ac benevolentiae, quibus perspicuam descriptionem *Harmonicae* submisit. Nec defuit Rex sapientissimus dignis liberalitate sua praemiis, aucto stipendio, adiecta pensione, aliisque mille admirabilibus modis; atque effusa in Auctorem voluntate Principi condecente, palamque ostendit, quanti faceret. Virum de scientia naturali praeclare meritum; quantoque studio, et favore insignia huius molimina prosequeretur. — Anno MDCCLIX. exspectabatur praedictus ab Hallego cometa, qui iam ante conspicuus fuerat, Annis MDXXXI. MDCVII. MDCLXXX. cum intervallo scilicet LXXV. in LXXVI. annorum Beccarias constru-

 en-

endam curavit ex oricalcho machinulam, qua repraesentabatur annua orbita terrae, atque orbita cometae mox apparituri; et hanc Serenissimo Principi Pedemontii explicando horum coelestium corporum theoriam offerebat: et dum is conspicuus adesset, ibat noctu in Aulam ad huius indicium: Eadem occasione Regiae Maiestati Carolo Emmanueli talem adornavit picturam systematis coelestis, ut in eo desiderium excitaverit rursum mirabilia videndi phoenomena, quae iam Bononiae animum suum in admirationem rapuerunt. Hac de caussa eidem laudatus Princeps curam demandavit, erigendi telescopium pedum quadraginta, quod adhibita sua opera perfectissimum in Regio horto collocatum fuit, unde Suae Maiestati volupe fuit frequenter observare satellites Jovis, et Saturni, fasces illius, et annulum huius, et Veneris phases: simulque insignem Professorem his de inventis disserentem audire, cui narrationi effictis quibusdam in mente imaginibus, et lusibus ingenii, opportunum spargere lumen, paucisque verbis modo etiam poetico adhibito tanta includere novit, ut integro libro conficiendo uberem materiam suppeditassent. Et si non parva laus est *Principibus placuisse Viris*, et tanto magis tam excellenti, qualis erat Rex Carolus Emmanuel, et Haeredi Coronae omni litterarum ge-

genere instructissimo Victori Amadaeo; quam profecto consecutus fuit amplissimam. Etenim ab eo tempore nullus hospes, advena meritorum gloria illustris Augustam Taurinorum Urbem subivit, quin ab eodem singulis copia cum Professore suo fandi, eumque penitius noscendi liberaliter procurata non fuisset. *a*)

Forte Anno MDCCLIX. per Taurinum suscepto itinere longe Clarissimus Geometra Boscovichius salutandi caussa Regem Carolum Emmanuelem invisit, qua occasione ipsum disserere contigit de mensuris graduum Meridiani, quas multi Principes in suis ditionibus instituendas curarunt, cum in finem ut facta illarum adiurata collatione facilius determinari possit

N 2 figura

a) Clarissimus Vir Ioan. Bapt. Beccaria saepe occasionem nactus fuit opportunam, eamque plenam honoris electricis experimentis nobilissimorum Principum animos relaxandi: quales erant Iosephus II. Rom. Imp. Maximilianus Mogunt. Elect. Archi-Dux Eboracensis, Princeps Brunsvicensis, et fere omnes Ministri exteri Regia in Aula commorantes, qui huius familiari consvetudine usi, eundem suum convivam esse voluerunt; nec fuit quispiam alicuius nominis peregrinos inter, et advenas, qui eum visitandi caussa non accederet; immo aliqui ultra definitum tempus longiores moras traxerunt, ut hunc magis agnoscerent, cuiusque amicitiam sibi conciliarent.

figura telluris ad multiplices usus geographicos, et nauticos. Rex adsequutus cogitationem statuit hanc mensuram in suis provinciis exsequutioni mandare, quam Dux Sabaudiae provexit amplius, et propositum acceleravit. Hoc igitur continuo exantlandum dexteritati Beccariae creditum fuit, a quo curarum, laborumque Sociis aptissimus electus fuit Dominus Abbas Canonica. Idcirco electricus paullulum sepositis experimentis omnes conatus cum Socio retulit ad observationes astronomicas, comparando instrumenta opportuna, prospiciendo de singulis, quae ad tam permolestum negotium absolvendum necessaria esse videbantur. Mense Maio An. MDCCLX. basis mensuram definiverunt, et omnes inter mensuras non legimus maiorem adcurationem, sollicitudinem ad anxium scrupulum usque adhibitam fuisse, sive respiciendo instrumentorum qualitatem, et perfectionem, sive ad procurandam constanter positionem horizontalem; cum propter variationes, quas diversis interdiu horis calor, et frigus efficere potest, tum propter figenda puncta, quae definiebant, in quoddam intervallum signatum (trabbucatione) et sequens incipere debuit, et totum hoc, ope praestantis, fidelisque circini, cuius cuspides adeo subtiles erant, ut opus fuerit ad discernenda subtilissima

ma foramina oculo armato, quibus aptari debebant. Anno MDCCLXI. ambo transitum Veneris per discum Solis observarunt; et horum molimina condecorata erant praesentia Regiae Aulae, praecipuae nobilitatis, exterorumque ministrorum frequentia. — Ad hoc ad annum MDCCLXIV. usque propter mensuram gradus totus observationibus astronomicis cum studiorum comite occupabatur. Harum caussa erexerat Taurini astronomicam turriculam; ita quoque in Superga monte altissimo detentus hunc in finem exstruxit speculam electricam docendo virum insignem, et amicissimum D. Ceca observandi methodum: destinata cum socio itinera suscepit, adfigenda, per quae transit Meridianus, puncta, et determinandum arcum quaesitum; temporis autem inter valla, quibus Taurini, vel monte regali moras nectebat, lassus, et pertaesus diuturniorum in celestibus observationibus, molestiarum, relicto pleno taedii labore calculorum Socio Canonica, redibat ad illas scientiae partes illustrandas, unde maiorem ipse capiens voluptatem sperabat se ultra progredi posse in patefacienda nondum adhuc salis perspecta veritate. Eodem anno XVII. Martii Comite Canonica eclipsim Lunae, et I. Aprilis, alteram solis observavit. In explicatione huius calamo excepta, et observationibus con-

confirmata manifesto ostendit, qualis, quantusque esset in hac scientiae parte, qua probe instructis magna perspicuitate res amplius implicitas ad simplicitatem revocare, et reducere sciebat. — Sed cum se, ac Dominum Canonica omnibus impedimentis mox liberatum iri sperabat, ut geminato conatu, expeditio coelestis arcus gratia suscepta recto tandem ordine disponenda publici iuris fieret, ecce inopinate ad experimenta electrica redire cogebatur. Novis enim Simmerianis tentaminibus exciti Noilettiani iam cantantes victoriam systema Franklinianum maxima contentione labefactare nitebantur. At vana erant molimina, omnesque conatus irriti evaserunt: Nam Beccaria post plurimas institutas observationes, ac repetita innumera experimenta novum principium a Franklinianis omnibus receptum, adiiciendum censuit: quod *facies vitro post exonerationem inermem se faciens pristinam iterum sibi vindicat electricitatem.* Huius autem principii explicatione ostendit ipsi Franklino, tantum abesse, ut experimenta, et observationes, quae sistemati suo primo intuitu opponi, et maxime adversari credebantur, ut potius novum robur, praesidium, ac decus eidem conciliare videantur. Scriptae sunt, ac directae hae litterae ad ipsum Franklinum X. Februarii A. MDCCLXVII.

in

in quibus aliarum mentionem facit datarum XI. Sept. MDCCLXVI.

Occupando igitur mentem harum rerum novitate, ac tentaminibus iterum ad examen vocatis, nova iterum ex hac diligentia experimentorum, et meditationum seges ad partem hanc Physicae illustrandam enata est. Inde collectis omnibus suis, atque aliorum Europae notae melioris veterum, ac hodiernorum Electristarum periculis, et observationibus; et comparando hos invicem, ac librando secundum inventa, et stabilita principia in classes quasi secernens, magnum suum orditur opus de *electricismo artificiali*, quod in lucem publicam emisit Anno M. DCCLXXII. in quo nihil eorum passus est, ad quae alii Electricistae experiundo pervenientes, immo explicando res multas vel neglexerunt, vel non adverterunt; solum caput *de scintilla* sufficeret iudicio prudentum ad principem locum inter physicos tribuendum. Hoc excellens ingenii monumentum consecratum fuit Serenissimo Regio Principi, Duci Cabellico, tantoque favore a Rege ipso veluti alia, exceptum, ut Auctorem huius, novo constituto praeter ordinariam pensionem, stipendio, liberalitate profusa exoraret. E singulis autem operis partibus exsplendescit, ac relucet, supereminetque Vir magnus, atque ideo ab exculta, curiosa,

et

et austera natione, qualis est Anglia, *Philosophus admirabilis*, *et magnus Italiae genius* nuncupatus, eidem summus honos habebatur. Manifesto sit argumento ingenti sumtu, et pari splendore procurata Londini Anglica lingua editio, cuius exemplar longe celeberrimo Auctori, tamquam insigne honoris testimonium Societatis Regiae Scientiarum Membra dono transmittebat. In tanta sapientiae laude, nominisque gloria ea tamen moderatione animi usus est, ut magnificum suum opus multis amicis, et familiaribus nunquam ostenderit. Plura longe similis moderationis adduci possent vestigia, sed brevitatis caussa silentio involvo. — Vix opus e typothetarum Officina exibat, continue luce donatus fuit alter praeclarus liber Domini Deluc *de modificatione admosphaerae*. Fama huius longe, lateque propagata; confestim Professoris nostri Ioan. Beccaria Rex Moecenas, sententiam, et analysim requirebat, uti ex litteris *de novo barometro*. Datis ad Comitem Scarnafiggi luculente adparet Voluntati regiae satisfacturus mentis aciem intendens brevi tempore coucinnatum apposita serie compendium Principi obtulit; ad quod multas adiunxit observationes, quibus Clarissimi Domini Deluc propositiones vel confirmabat, vel quasdam res utiles, quae huius diligentiam effugerant, nota-

bat

bat, vel certas cautelas, quibus neglectus quilibet in errorem facile induceretur, perspicue indicabat. Hinc enatum est barometrum suum quotidianis usibus accommodatum, quod commodis illis, ut Domini Deluc, instructum est, sublatis diligenter difficultatibus: barometrum hucusque propter commodum singulare, et propter adcurationem post tot annos, tantumque tempus ab omnibus quaesitam, et a nemine feliciter obtentam. Hoc barometro adhibito, itinera per ardua montium resumsit, factasque dudum circa horum altitudinem observationes, impositurus manum supremam mensurae gradus, crebro repetiit. Quare collato studio, et inserto suis locis astronomico calculo cum Socio Canonica opus a Republica litteraria multis expeditum votis, tandem exoptatum finem suum accepit, quod et chartae nitore, et typorum elegantia commendabile, novo Regi Victori Amadeo scientiarum; et bonarum Artium Patrono, uti par erat, dedicabatur. Ex quacunque autem parte illud consideretur, incredibilis elucet diligentia in observationibus singulis diebus ad curatissime notatis. Occurrunt enim methodi omnes usu magis receptae, ac experientia stabilitae ad quosvis errores vitandos: adsunt quoque reductiones magis appositae ad persvadendas harum rationes, unde harum men-

sura

sura cohaerens cum celebrioribus hucusque institutis, commode inveniri possit. Clauditur hoc opus elegantissimis animadversionibus *de formatione telluris* (reiecta Domiui Buffon Thesi) secundum Clarissimi Hamilton sententiam illustratam. Et semper in eo Capitis V. Articuli quintus, et sextus ab intelligentibus cum voluptate legentur. — Nec in hac parte reticendae sunt duae res Professori nostro propriae. Prima est sector novus suae inventionis, quem compositum e tribus telescopiis proponit: unum scilicet perpendicularem aliis duobus, qui respiciant partes oppositas; et collocatum supra meridianum, dum speculator contemplatur per telescopium perpendiculare fixas ad verticem vicinas, cum horizontalibus possunt in muris, distant quinquaginta vel centum signo distincto tangentes distantiarum in gradibus', et minuta prima, et secunda cum maximo commodo, ut scilicet singula removeantur dubia, quae in penduli, vel micrometri usu ab observationibus merito timentur. Secundum indicat elegantissime ad excellentissimum Comitem Dominum Scarnafiggium data epistola de novo barometro, cuius loco superiore iniecimus mentionem. Ad calcem huius gratulatur Anglos usui suo adhibere conductores electricos, dicitque hoc de argumento se multas novas res

pro-

proponendas habere, id solum expostulando, quod ita sunt alibi tardi ad rem tantae utilitatis arripiendam. — Et quoniam communis fama in Italia primum Electricistam, notumque omnibus esset, ipsum quidem non primum fuisse auctorem illius methodi, cuius ope ab aedificiis arcerentur fulmine, tamen eam ita per quos proposita, et scripta fuit, correxit, ut haec emendatio non nisi doctrinae suae in Scholis tum traditae consectarium fuerit; ita hoc anno Mediolanum invitabatur cum in finem, ut vastam emensus molem Basilicae, modum collocandi conductores doceret, quod egregio, instructione chartae mandata praestitit, et simul celebritatem maximi Electricistae consequutus, nominis eiusdem mensuram implevit. Et hac occassione ita grata, et iucunda fuit nostri Beccariae praesentia, et brevis mora Viro summo Comiti Firmian, ut datis postea litteris aliquot, inusitatam humanitatem, benevolentiam, atque amorem erga eundem testari non dubivit. — Cum prelo subiicerentur physici aliquot libri de actione pulveris *sclopetarii*, continuo hanc ipse dictans in Schola *a)* vim pulveris repe-

---

a) Humidorum haliturum vi ignis, qua fit expansio, ipse etiam est, quae formi dolosissima facit pulveris pyrii effecta sunt. Sunt, qui haec tribuant in-

petendam censuit a vehemente humidorum halituum expansione. Aliis scribentibus aquam non

incitato aëri recluso in pulvere pyrio: sunt, qui rem adfirmare vereantur, et fluido elastico universe tribuant, quodcunque demum ipsum sit: verum considerandum pulverem pyrium ex carbone, sulphure, nitro coalescere: sulphur ex acido vitriolico, et ex substantia combustibili in ipso nitro acidum nitrosum subesse plurimum; acidum vero utrumque liquescere, adeoque liquidorum more repente in halitus actuosissimos, quorum expansio vim nanciscitur longe maiorem ea vi, quam ab inflammatione obtinet expansus aër. — Quamquam vero machinamentum suppetit, in quo pulvis accenditur, et post debitum temporis intervallum, quando iam deferbuerunt humidi halitus, solius aëris vi exploduntur globi plumbei; advertendum tamen has, quae solo residuo aëre efficiuntur, explosiones longe debiliores esse illis, quae fiunt ipso accensionis tempore, quamdiu agunt simul, et extricatus aër, et expansi humidi halitus. — Praeterea animadvertendum explosionem, quae fit ipso tempore attentionis accensionis fieri impactione (pene dixerim) *prosequutionis*; quae vero fit postmodum aëre solo, ipsam esse veluti impactionem *incursus*. Incusio enim pulveris pyrii non fit individuo temporis momento, et cum primum incipit, iam globum trudit, in quem adeo consequenter non agit pulvis pyrius, nisi excessu suae velocitatis supra velocitatem globi praeeuntis: contra cum aëre expanso traditur

non esse elasticam illico demonstrabat in suis institutionibus *a*) elasticitatem. Construendam curavit secundum suam designationem machinam pneumaticam, quae in maiore opere descripta, sive commodum, sive adcurationem respicias, profecto singularis, et unica est. — Praeterea multa experiebatur circa plurium animalium pupillam. Forte quidam olim e discipulis frequenter ludens cum Cervo domestico, videbatur sibi huius pupilla proxime ad quadratam accedere figuram. Hin lepido phaenomeno

---

tur globus, cum continuo aër maxima agit vi sua (*Instit. de liquidis anno MDCCMVII. num.* 96.

a) Sunt, qui partes aquae censent absolute duras, quod aqua in globis metallicis malleo percussa nequiverit redigi in spatium angustius ab Academicis Florentinis. Verum ea res potius perfectam aquae elasticitatem probat, quam absolutam duritiem. Sic enim partes perfecte resiliunt, idem debet obtingare Florentinorum experimentum. Adde globum explosum oblique in aquam resilire, ex superficie illius resilire tenues, planos, teretes lapillos: neque illud mittendum, tintinnabulum, quod sub aqua pulsatur, propagare sonum suum, et quandam excitare in urinatoris corpore vellicationem, quae omnia (ut alia praeteream) certo sunt indicio vibrari aquae partes a vibratis partibus tintinnabuli (Institut. de percussione Ann. MDCCLVII. num. 11.)

meno non satis fidens, illud rigidum ad exa-
men vocatum, verum esse deprehendit. Continuo ad brevem quidem, ut elegantissimam de hoc animali historiam scriptam ante alios a Redio deinde fusius a Buffonio, evolvendam, et relegendam festinavit: verum et primum sua scrupulosa diligentia, et alteram multis investigationibus non advertisse ad hanc singularem pupillae figuram inveni. Narrabat eam observationem Magistro, adiungendo se laetissimum futurum, si etiam videre potuisset nimium peculiarem pupillae structuram in torpedine (cuiusvis talis est figurae, ut dimidium illius concavum, alterum convexum sit, et insinuando se convexum in concavum claudatur pupilla) et facere comparationem utriusque, cum animalium nocturnorum, et fetis, in qua est quasi tantae amplitudinis rotunda pupilla, quanta est ipsa viridis; et conversa ad lucem fit obliqua, circa medium affectando modicum elliptici, et in magna lucis copia subtilissima linea verticalis evadit, quae nonnisi duobus in punctis multo latioribus terminatur. Hanc observationem in felis pupilla vicibus frequentatis Magister periclitatus est continendo felem per aliquod tempus in tenebris, et inde mox eductam in cubiculum sole illustratum, et hanc tenendo intra genua directis ad maiorem lucem

ocu-

oculis nolebat tamen unquam contemplari huius animalis etiam in aquam immersi oculum, res, quae aliquo tempore physicos complures occupabat. Saepius deinceps ipse iterabat experimentum in pupilla cervi, immo anatomiae subiecit multos oculos cervi, felis, et multorum volatilium, ut et animadverteret structuram, et observaret, si per elicitam scintillam electricam in quadro Frankliniano detegi possit aliqua phosphoreitas. *a*) His tentaminibus aderat suus

quon

---

a) Epistola nosri I. P. Beccaria perperam Pisani Professoris nomine vocati a Cl. Buffoni inserta leg. tur in huius Historiae naturelle Supplement Tom. II. servant de suitè a l' Ristoire des animeux quadrupedes. Paris MDCCLXXVI. 9. pag. 108. addition aux articles du Cerf. du dain, du chevreuil. *Du Carl* grand iour, al se dilate dans l' obscuritè ; mais ou me l'avoit pas remarque sur le geux du Cerf. I'ai recu de M. Beccaria savant physicien, el celebre professeur a Puse la lettre saivante datée de Turin le 28 Octobre MDCCLXVII dant voici le traduction par extrait. — Je presentois du pain (du M. Beccaria) a un cerf enfermé dans un endroit obscur pour l' auirex vers la fénétre, e pour admirer a loisir la forme rectangulaire, et sransversale de ses pupilles, qui dans la lumiere viva n'avirent a plus qu'ime demi ligne de largeur sur sur etviron quinze lignes de longueur : dans un jour plus fouble, elles s'elergisoi.

quondam discipulus D. Vincentius Malacarne doctissimus Anatomicus, et apprime notus a suis utilibus inventis. Iam dudum quodam valetudinis genere tentari coepit, ac defluentibus viribus ineluctabile fatum capiti suo imminere animadvertit. Quare scripta sua, quae affecta prae manibus habebat, partim perfecit, partim ad ordinem redegit. Volebat autem Vir longe clarissimus erga tres Iuvenes nobilitate conspicuos grati animi aliquod indicium patefacere, qui postquam constanter suos inter aequales se Duce, ac

---

gissoiens, de plus d'une ligne, el demie, mais en conservant leur figure rectangulaire, e dans le passage des tenebres (*au grand jour*) alles s' elargissoient d'environ qnattres legres toujours transversalement, c'est horizontalement, en con servant le meme forme rectangulaire. L'on peut aisement s'assuren de ces faits, en metant la maim sur l'ocil d'un ars; au qu'on decouorira cet oeil, on verra la pupille s' elargir de plus de quattre lignes. — Cette observation fait penser avec raison a M. Beccaria, que les autres animaux du gente des cerfs ont la meme facultè de dilater, et de contracter leurs pupilles, mais ce qu'il y a de plus remarguable ici, e' est que la pupille des chats, des chovettes, et de plusieurs autret animaux se dilate, et se contracte verticalemnt, au licu, que la pupille des cerfs se onteacte, et se dilate horizontalment.

ac Magistro in Physicae studio longe excelluissent, ultro etiam, cum Iuris Prudentiae progressione insignem navarent operam, crebro visitabant, experimentis adstiterunt, acerbissimo implicitum morbo recreare, huiusque dolores lenire satagebant, his ergo tribus, communi applausu, et laurea, ceterisque doctrinae in Iure ornatis, misere licet afflixus lecto haereret, singulis tamen brevem dedicavit dissertationem.— Prima directa fuit ad Comitem Balbo ex quotidiana fere, ac frequenti consvetudine Beccariae nostro familiarem, quae versabatur in descriptione machinae a se inventae ad cognoscendam ignis electrici directionem tempore nubilo, et procelloso, serie horam, et quantitatem ictuum, et hanc novam machinam appellare placuit *ceraunographum*, cuius ope, dum physicus redditur securus ad observandam caeli constitutionem, potest deinde ad placitum suum videre divisionem, directionem, atque intensionem ignis electrici. Noster Auctor ante omnes id primum metallicis cuspidibus tentavit; at praestolari debuit, donec celebris D. Saussure patefecisset, quomodo hae directionem scintillae indicent, qua cognitione destitutus nunquam fortasse in strumenti huius ideam concepisset. In eodem scripto alius multo simplicioris memoriam inicit, proponitque Clarissimo Domino Gardini;

qui a multis annis ad experimenta huius generis adtendebat, et ob dissertationes duas praemia totidem ab Academicis Gallis reportavit. Hic adcuratissimus olim explorator, illo usus, omnes praevisos a Magistro effectus habuit, et probavit. — Altera inscripta fuit Domino Comiti de S. Martino della Motta, qui Iuvenis austerum Iurisprudentiae cum dulci, atque amoeno historiae, physicae, ac litteraturae condire, ac temperare noverat, et Magistrum aegrum crebro accedens vel litterariis, vel politicis ephemeridibus occasionem arripere solitus est suspendendi humoris melancholici, qui semper chronicum, et crudelem morbum comitatur: et tempore continuorum terrae motuum, quibus Bononia convellebatur, manuscripta Celebris Domini Canterzani adversaria de hoc infausto phaenomeno nactis legendo ipsi dum communicaret, sicut, et illa, qui sciebat, quantum scripserit ipse idem Magister, et alii cogitaverint physici, lectione interrupta modo unam modo alteram quaestionem proponebat. Hinc natum fuit epistolae suae argumentum, in qua post recensitas primas coniecturas, expositasque in operibus Anni MDCCLIII — MDCCLVIII. mentem prodit quasi fluctuantem, utrum praecipua caussa terrae motuum cum Newtono (Quaestion. XXXI.) adtribuenda sit partibus sulphureis,

et

et ferrugineis, maxima copia, intra terrae viscera diffusis, ac latentibus, quae solo humido accenduntur? an etiam suus concedi debeat locus inflammabili aëri, qui ab his corporibus erumpens, se insinuat aëri purissimo, qui vertit in flammam calorem, ut corporibus includatur? An vero maxime actuoso elemento electrico? Verum est resinae ac bituminis genera, cum liquefiunt, coagulantur, fracta dissiliunt, nullum dare signum electricitatis, ut ipse primus demonstrabat; et altera ex parte vulcanos, qui in suis eruptionibus eiiciunt fulgura; tempestates coelum omne miscentes, quae miro modo respondent tonitribus, fragonibusque, qui audiuntur, sub terram decurrentibus; actionem electricitatis in aërem, et corpora inflammabilia; porro analogia inter fulmina, fulgura, et tonitrua cum suis effectibus, quos refert Historia terraemotuum, apprime favent; omnia simul electricitati. Tangit obiter illas coniecturas, quibus ipse montium originem a vulcanis derivat. Multum ac diu de hac sua sententia familiares contulit sermones cum nobilissimo Anglo Harvei, qui Taurini moratus aegrum amicitiae caussa frequenter accedebat; et hoc de argumento peculiarem dissertationem litteris consignavit, quae Auctori haud rastituta fuit, eo quod repente ob negotia gravissima iter su-

sceptum accelerare debuerit: sed hanc Comes Balbo, manuscripta inter, oppuortune repperit. Ac postea perspicue in situ, ac positione Bononiae, solique, quo ambitur natura, recte sibi esse visus concludere accensionem materiae bituminosae, sulphureae, et ferrugineae fiəri posse caussam excitantem, adiecto experimento ad repraesentandum, per scintillam fulminantem, aliquam terraemotus imaginem; quod si Dominus Canterzani examinata petra, quam in fissura muri vehementer quassati avulsam invenit, observasset, num agat movendo acum magnetica virtute imbutam, primae suae observationes maiorem accepissent certitudinem. Suspicatur vibrationes sonoras longe maiori celeritate per massam terrae propagari: et per aërem, et undulationes violentas lentius, ut sic clarior adfulgeat explicatio, cur in terraemotibus ingens murmur, et sonus reboans praecedat ictus, et succussiones.— Si autem quidpiam his addere licet placitis, graviter adfirmo vaporis electrici efficaciam horum phaenomenorum caussam esse principalem. Etenim posito eo, quod ex partibus ferrugineis ope vitrioli se magna expediat quantitas aëris inflammabilis, quaee permixta communi aëri per ignem turbato aequilibrio electricum transmittitur, hic continuo accenditur, et tanto maiori vehementia displo-

di-

ditur, quanto suo maiori exsistente volumine; magis haec conclusa est. Quid quod torrens electricus in sua traiectione grandem massae aquam offendat; in renitentia tamen superanda eo ipsam redigit, ut illas terrae partes, quae illam arctissime obsessam tenent, rumpat, et convellat? Una sint illa quadrati fulminantis tenue stratum aëris communis transeundo totam barometricum Mercurii columnam commovet, quae aequalis est altitudini atmosphaerae, et alia scintilla similis permeans guttulam aquae conclusam tubulo vitreo, ita illam urget, afficitque, ut tubus etiam robustissimus findatur; et huius fragmina cum impeta dissiliant. Huic adiungi poterit effectum ortum ab humido, vel a quantitate aquae proportionata ad quantitatem sulphuris, et ferri, per magnam aquae copiam destrui, eo quod iuundet, ac submergat hanc materiam sulphureo-ferrugineam *a*). Et postremo

a) Formidolosissimum, quod aëri infecto plerumque tribuunt, in fodinis lythantracis phaenomenum commemoro, ac plane explicere nitor. — Sulphurei quandoque habitus in iis fodinis tanta incenduntur vi, explosione tanta, ut fulmen plane imitari videantur; homines ab explosione huiusmodi pereunt, quandoque lacerentur, ustulantur ipsorum vestes, capilli, pellis; quae ad oram fodi-

mo ab observationibus quae de singulis terrae-motibus per historicos ad aetatem usque nostram re

---

dinae sunt machinamenta, disiiciuntur, auguntur in frusta: una voce, haec aliaque, quae metallorum fossores aëri infecto tribuunt effecta, simillima sunt effectibus fulminis. — Quamobrem nonne suspicari licet, ne idem ignis, qui sonat, et fulminat in atmosphaera, ipse sit, qui cum maxime abundet in bituminosis corporibus, cuius modi est lythantrax, prorumpat ex fodinis ipsis, subducto coërcentis telluris obice, densetur, excurrat vehementissime restiturus se ad aequalitatem? — Haec fulmina quandoque animadvera sunt tellurem quatere, ceu constat ex Transactionibus Anglicanis ea ferme ratione, qua tellus quatitur ex imminente vulcanorum explosione; videtur ergo una esse et vulcanorum, et huiusmodi terrae motuum caussa efficiens: ignis nempe electricus, qui ex subterraneis sulphuris fodinis explicans sese in copia prorsus immani vehementissimum eructat incendium, et interea explosionem facit, et effundens sese partim in atmosphaeram facit conspicua illa fulmina, partim sub tellure prorumpens tellurem ipsam quatit. Opinionem confirmat haec alio observatio, vehementiores terrae motus, nexas plerumque habere vehementissimas procellas. *Instit. de aëre Anno MDCCLVIII. num.* 78. — *Et alio dictabat loco*: Si terraqueum globum electrico ingne undique librato imbui ponas, rarior est, qui ipsum in montibus coercet aër: illinc ergo, si caetera sint paria, opportebit erum-

relatae sunt, quorum magna pars a nostro Beccaria congesta in notis Epistolae XV. ad Becca-

---

erumpere copiosiorem, ceu observamus in aëre rararefacto sub vitro pneumatico, atque ea fortasse est ratio, quamobrem uubes in montibus existant frequentissimae, et ad montes praesertim confluant, unde pluviarum vis, et fluviorum scaturigines montium asperitatibus, et amplitudinibus respondeat. Haec inquam fortassis caussa pro parte circuitionem facit electrici ignis inter diversas terrae partes, qualem pluribus constitutis electricis speculis certius explorandam proposui. — Pro parte, inquam, nam caussae sunt fortasse aliae plures, quae inaequalitatem illam electricitatis aut postulant, aut excitant inter diversas telluris partes, ad quarum vestigationem vulcanorum etiam, et terraemotum consideratio utilis est futura, quorum phanomenorum alterum cum altero, et utrumque cum elactrico igne manifestam habet colligationem. Nam, uti crebro est observatum, momento, quo Vesuvius vehementiorem facit igneae materici iactum, tremit sub pedibus tellus, et consentaneus remugit sub tellure boatus tonitrui simillimus. Interea, si noctu observetur Vesuvius, creberrimae existunt ex eius cratere, verissimaeque fulgurationes Adde Vesuvium verissimas quandoque facere cinereas pulvias, easque expandere ad sexcenta usque milliaria ordine omnino eodem, eademque electrici ignis vi, qua efficiuntur communes pluviae aequoreae.—Iam vero, quemadmodum vulcanorum vomitiones manifestae ele-

earium legi potest, manifestum est omnes hos praecedentibus, et comitantibus procellosis aëris

electricae terraemotus habent adiunctos, sic terraemotus inter procellas formidolosissimas, in quibus vehementissima est ignis electrici circuitio, exsistere certum est, uti nuper accidit in insula *Martinica*, quae terraemotu visa est convelli radicitus, quem proximae procellae vehementissimae, et praeibant, et consequebantur. Mitto electrico igne nullum aptius actuositate sua terraemotus faciendo, et explicando. *Principium*, inquiebat Aristoteles, *terraemotum ciens aptum sit, oportet, velocissime moveri, potentissime movere*; nam momento temporis disiunctissimae regiones terraemotu quatiuntur, et tanta quatiuntur vi, ut icta in mari aqua solidi corporis instar quatiat naves. Quis ergo temperet sibi, ne hypothesi iam indulgeat verosimillimae, terraemotum effici torrente ignis electrici, elementi omnino actuosissimi subterfluente a locis telluris, in quibus est redundantior, in ea loca, in quibus parcior est, et rarior? si ita se habet res, iam sponte consequitur, turbari oportere scaturientes aquas a terraemotu, perverti fodinas metallicas etc. Nam per metallicas praesertim, aut aqueas deferentes partes effundet se sub tellure formidolosissimus ille torrens, illud restaret optandum, ut caussam attingeremus, quae redundantiam facit ignis electrici in una regione, defectum in alia: sed nonne subitanea aliqua corporum subterraneorum motione ignis electricus figi plurimus posesi, et mutatione alia aliqua contraria plurimus etiam explicari. Quae res et circui-

ris mutationibus, fulguribus, fulminibus, multo, et crebro tonitru: modo atmosphaera velut in-cen-

cuitionem ignis electrici sub tellure, et effusionem in atmosphaeram facere est aptissima, et terraemotus adeo sociare cum procellis, et affinibus aliis, quae in atmosphaera terraemotum concomitantur, phaenomenis. *Instit. de re electrica MDCCLX.* — *Alibi etiam dictabat.* — Edoctus rerum similitudine Plinius adfirmabat, terraemotum sub tellure perinde esse ad tonitru in atmosphaera...... Si torrens electrici ignis ex data redundante regione, quam primum in tantam accrevit copiam, ut intermedios obices possit pervincere, et prorumpat versus regiones, in quibus ignis respective deficiat, prorumpet obices pervincendo intermedios, quatiet tellurem, quatiet telluris tractum quantumcunque minuto temporis; ea omnia actione summa, summa velocitate praestabit sub tellure, quae praestare ipsum ipsum videmus in atmosphaera, ruens reflectetur undique a corporibus maioris repugnantiae in corpora, quae minus resistunt, tractus metallicos pervadet subterraneos, aquarum ductus permeabit, praesertim metallicas partes disiiciet, disiicit ipsam, per quam proruit subterranea aqua; novas edet aquarum scaturigines; quamobrem veteres aquarum fontes conticescent. Neque vero unica continget terrae motio, sed alia consequi poterit, atque alia. Poterit enim ignis ex regione F. per intermedia G. H. J. etc. prorumpere in regionem X. alius deinde e regione D, alius e regione C. etc. quarum ignis librabatur cum igne regionis F erum-

censa omnes cominus circumiacentes res inflammare visa fuit: modo caliginem induta clarissimum diem in obscuram noctem, ac densas tenebras commutare; praeterea furentibus ventis coelum, et mare miscere, fulminibusque terram quatere, subterraneumque mugitum edere, donec perruptis obicibus viae novae vapori fulminanti reserantur, distrahendo latera montium saxeorum, et findendo in multis locis terram e pluribus hiatibus vomentem cum impetu aquam, et ignem: qui omnes effectus videntur postulare pro agente principali electricitatem. Hac de caussa noster ingenii acerrimi Beccaria considerando Vulcanos, et cum irruptionibus horum coniunctos effectus; cineres ordine constante ad insignem distantiam circumactos; tremorem, atque agitationem sub pedibus terrae; ac simul copulando Vulcanos, terraemotus, et procellas; concessa principali horum phaenomenorum efficacia electricitati, caussam, post hanc

erumpet, excurret, atque alias alias faciet terrae concussienes. . . . et *mox continuat* flammas fumis admixtas, lapides admixtos flammis eructabit (tellus) eructabit quandoquoque aquae, et prout in di[illegible] montium latere explicabit se, atrio electrici ignis novas patefaciet expansivae suae vi portas, per nova prorumpet ostia. Instit. de re electrica A. MDCCLIX. num. 44 45. etc.

hanc, excitantem esse affirmavit. — Tertium denique opusculum dicatum esse voluit Domino Comiti Brusasco. Continet hoc Epistolam iam ante ad Episcopum Montis regalis datam, qua probat, nec spiritus malignos, nec lemures, ac sagas caussas excitantes fore corruscantium tempestatum, memoriamque facit S. Agobardi Episcopi Lugdunensis, qui omni modo huius generis superstitiones, inveteratamque opinionem ex animo fidelium suorum evellere contendit, Porro demonstrat magna copia vaporis electrici sub imbrifera nube accumulati evenire posse, ut haec ipsa tota quanta, candescens, atque inflammata videatur. Siphunculus electrico vapore imbutus tangendo in obscuro corpus distinctum relucet; guttae aquae, quae tanguntur ab electrico conductore, subito cum cadunt in solum, resplendent; acciditque idem primis guttis tempestatis pluviae in terram delatis; et si metallica patera, vel pelvis ad insulam redacta excipiebantur, hae guttae continuo electrica virtute donabantur. Confirmat quoque novis observationibus id, quod clare indicavit, demonstravitque in meteoris igneis, et columnis marinis (Gallis *Trompe de la mer.*) Haec sunt Viri magni postrema ingenii, atque industriae monumenta publici iuris facta; (utinam pluribus ille supervixisset?) quae parte maxima ex O-

pere

pere illo excerpta sunt, quod iam dudum affectum, ac ferme ad umbilicum perductum *Meteoris* explicandis destinavit. Et quoniam chronicum malum ἁιμόῤῥοϊς adpellatum in dies novis augeretur accessionibus, aegrumque in summum vitae discrimen adduceret, continuo illa, quae toto vitae suae spatio didicit, et sacram scripturam meditatus in succum, et sanguinem convertit, illa, inquam, potissimum loca sibi per altum altum legenda curavit, in quibus praesertim cum sublimi orationis divinae Maiestate coniunctum, praepotens in rerum angustiis, levamen invenitur, et unica superest consolatio homini ope humana destituto. Atque ita die suprema illucescente, quae fuit sexto Calendas Iunii, omnibus morientium praesidiis comparatus, magno sui relicto desiderio, inter amicorum suorum comprecationes, vitae occasum attigit Taurini summa religione MDCCLXXXI. Ne quidpiam eorum in me ab aliquo desiderari patiar, ex quibus meritum Beccariae latius pateat, et exsplendescat, dicendum mihi erit paucis de huius indole, facilitate, ac propensione in Artes liberales. Quandoquidem Romae longiores trahens moras ferme uno, eodemque tempore multas res comprehendit, quarum hominem occupare potuerunt pulcherrima specimina, meditando in elegantissima boni gustus

arte

artè prodidit, atque hoc de genere non vulgariter disserendo se quasi Magistrum esse manifestavit. Quapropter cèlebres Viri Menys. Fratres Collini Pecheux, aliique insignes artifices in magnam admirationem rapiebantur, audiendo ipsum, quanta promtitudine, ac perspicuitate nosset, ut ita dicam, explicare magnificum quoddam poëma de quadam adumbratione Carracci, vel monogramate Raphaëlis: atque in hoc argumento ita patuit eius dexteritaṭas, ut constituta Règia Picturae, et Sculpturae Academia, huius Sociis honorariis consilio, ac scientia excellentissimi Domini Comitis de Malines adnumeraretur. Poësi etiam mirifice delectabatur, et quidem praecipue Auctoribus, quos maximam partem memoria complexus est, nempe Lucretio, Horatio, Virgilio, eṭ Catullo. Dante, atque Ariosto, ex quibus penultimum in vernacula imitandum sibi proponebat. — Memoriam immortalis Viri Ioannis Baptistae Beccariae Cl. Reg. Scholarum Piarum Clarissimus D. Æandi chartis non perituris patria lingua mandavit hac inscriptione *Memorie Istoriche intorno gli Studi del Padre Giambattista Beccaria delle Scuole Pie Professore di Fisica sperimentale nella Regia Uuiversita di Torino etc. M. DCCLXXXIII.* 8. eamque Domino Comiti Prospero Balbo Collegii Iure Consultorum, et Ci-

vi-

vitatis Taurinensis Consiliario dedicavit. Ambo celeberrimi huius Professoris ad extremum vitae devoti Cultores, et quondam pergrati, ac excellentes Discipuli auctoritate, et doctrina florent. Contingit autem ut cum exterorum litterarias ephemerides hi perlustrarent, ibique Pedemontanos tamquam immemores, et obliviosos acrius perstringi animadverterent, propterea quod tale, tantumque Patriae lumen cum laude nondum meminissent. Idcirco manum operi continuo admovens vitam concinnavit, elenchumque monumentorum MScriptorum adiecit Prosper ex quibus ea decerpendat putavi, quae maxime Viri huius gloriam amplificarent.

CATALOGUS LIBRORUM
A IO. BAPT. BECCARIA EDITORUM.

Fungar indicis partibus, atque etiam, quo sint ordine scripti notum faciam. Est enim quoque studiosis non iniucunda cognitio. Plin. Iun. Epist. V. Lib. III.

1) Dell' electricismo artificiale e naturale Libri due di Gianbattista Beccaria de' CC. RR. delle Scuole Pie. Torino MDCCLIII. nella stampa di Filippo Antonio Campana. 4to.

2)

2) Ad finem libri primi quaedam epistola legitar ab Auctore ad Clarissimum D. Abbatem Nollet. Haec transversa in Gallicum edita fuit Parisiis sequente inscriptione : Lettre sur l'electricitè par le R. P. I. B. Beccaria professeur de Physique en l'Universitè de Turin addressie a Monsieur l' Abbè Nollet etc. traduite dell' Italien per Monsieur de Lor. Paris chez Ganeati MDCCLIV. 8vo.

3) Praeter monitum Versoris adsunt quaedam animadversiones, et nonnullae accessiones. Post indicantur — Observations sur quelques experiences d' electricitè communiques dans une lettre du 9 November MDCCLIII. a Monsieur Bertrandi par le R. P. Beccaria.

4) Ad calcem Libri secundi accedit — Risposta alle obiezzioni fatte contro il primo capo del primo libro, ed alle sperienze, o questioni proposte contro il medesimo in una lettere data d' 3 Marzo MDCCLIII. publicata in Aprile, avanti che si finisce di stampare quest' opera.

5) Lettera al Pedre D. Giovanni Claudio Fromond 27. Gennaio. MDCCLIV. Questa lettera familiare, in cui principalmente si ragiona de movimenti elettrici, fu publicato dal Padre D. Isidoro Bianchi nell' elogio del Fromond. Cremona per Lorenzo Manini nel' anno M. DCCLXXXI. 4to.

6)

6) Scientiarum Academicis Londinensibus S. P. Ioannes Baptista Beccaria etc. Taurini 10. Februarii MDCCLVI. ex typog. Reg. fol. Questa brevissima lettera intorno all' azione del fuoco elettrico colle calci metalliche fu dallo stesso Autore suppresso.

7) Beniamino Franklin Viro de re electrico meritissimo Ioannes Baptista Beccaria etc. S. P. D. Epistola haec data XXIV. Decembris MDCCLVII. lecta fuit in ornatissima Societatis Regiae Londinensis corona XIV. Febr. MDCCLX. et inserta transactionibus philosophicis illius anni Vol. LI. Part. 2. pag. 514. cum titulo Experiments in electricitis etc. D. Franklinus in fine adiunxit explicationem de Auctoris electrico apparatu, vocabulisque technicis ab ipso apte adhibitis, et inventis.

8) Dell' electricismo lettere di G. B. Beccaria Membro di Societa Reale di Londra, e dell' Academia delle Scienze di Bologna etc. dirette al Chiarissimo Signor Giacomo Bartolomeo Beccaria Preside perpetuo, e Professore di Chimia nell' Instituto di Bologna. coll'.

9) Appendice di un novo fosforo descritto all' Illustrissimo Signor Conte Ponte di Scarna figi. Bologna Colle ameno. Anno M. DCCLVIII. 4to.

9)

10) Notitia de duplicibus refractionibus in crystallis. Haec latino sermone memoria recitata est in consessu Regiae Societatis Londinensis XVIII. Martii MDCCLXII. et cum aeneis figuris edita in Transactionibus Philosophicis eiusdem anni Volum. LII. Part. II. pag. 486-490.

11) Osservazioni intorno alla doppia rifrazione del cristallo di rocca dedicate a S. A. R. Signor Duca di York da G. B. Beccaria etc. Maestro di Fisica sperimentale di S. A. R. Duca di Chablais. Torino nella stamperia Reale. 4to. MDCCLXIV.

A. S. A. R. il Signor di York sperienze, ed osservazioni di G. B. Beccaria etc. Torino M. DCCLXIV. nella St. Real 4to. Ecco gli opusculi, che vi si contengono.

12) Sperimenti che mirano ognora piu evidentemente, ed a misurare l' azione della scintilla elettrica, e del fulmine sull' aria.

13) Osservazione su' d' uno pietra fulminata, la quale nostra siccome il fulmine giusta il suo sentiero dona la direzione magnetica a corpi, che per sua natura ne sono capaci.

14) Osservazione su d' un selcio vitrificato sopra una faccia du un colpo di fulmine.

15) Osservazioni di alcuni fulmini atti a confermare la legge, con che esso si scom-

 parte,

parte, e propaga, ed a mostrare la maniera di preservarsene.

16) Ulteriori osservazioni, che mirans a determinare ognora meglio il rapporto, che hanno alla naturale struttura del cristallo di rocca la doppia, o scempia rifrazione.

17) Eclipsis Lunae observata Aug. Taurin. die XVII. Martii Anno MDCCLXIV. a Ioanne Baptista Beccaria etc. Eiusdem Eclipsis observatio habita a Dominico Canonica.

18) Defectus Solis Aug. Taur. observatus 1. April. MDCCLXIV. referente I. B. Beccaria etc. Ex typ. Regia 8vo.

19) Novorum quorundam in re electrica experimentorum specimen, quod Regiae Londinensi Societati mittebat die XIV. Ianuarii A. MDCCLXVI. I. B. Beccaria e Scolis Piis Taurini typis Ioan. Bapt. Fontana etc. fol. Exhibita Reg. Soc. Londinensi 1. Maii MDCCLXVI. et illata Transactionibus Philosophicis eiusdem anni Vol. LVI. pag. 105. Hac in editione adiectae leguntur tres notationes, ac sex figurae, quae deficiunt in Taurinensi, ad finem illius.

20) Eclipsis Lunae, quam Taurini observabant MDCCLXVI. XXIV. Febr. Beccaria, Canonica.

21) Novorum quorundam in re electrica experimentorum specimen, quod Regiae Societati

tati Londinensi mittebat die XXVI. Apris M. DCCLXVI. Ioannes Bapt. Beccaria ex Scholis Piis. Taurini typis Ioan. Fontana fol. Relecta in Societate Reg. Lond. insertaque 4. Iunii M. DCCLXVII. Vol. LVII. Part. 2. pug. 297.

22) De electricitate vindice Ioannis Beccariae e Scholis Piis ad Beniaminum Franklinum Epistola. Aug. Taurin. die 20. Februarii Anno M. DCCLXVII. typis Ioan. Bapt. Fontana fol.

23) Article de lettre a Monsieur Buffon. Taurin. XXVIII. Octobre Anno MDCCLXVII. Hic articulus, in quo narrat Auctor suas in pupilla Cervi observationes, adiunctae fuerunt a Clariss. D. Buffon, articulo *de Cervo* Supplement. edit. in 4to Tom. III. pag. 118.

24) De atmosphaera electrica I. B. Beccariae ex Scholis Piis ad Regiam Lond. Societ. etc. libellus. Taurini XXVI. Feb. MDCCLXIX. typis Ioannis Bapt. Fontana in folio. Lecta in consessu Regiae Societ. Londinensis XVII. Maii A. MDCCLXX. Relata in Transactiones eiusdem anni Vol. LX. pag. 277.

25) Experimenta, atque observationes, quibus electricitas vindex late constituitur, atque explicatur. Aug. Taurin. ex typographia Regia per Ioannem Baptistam Fontana. A. MDCCLXIX. 4to.

26) Experimentum super phosphoro Clarissimi Canton; in forma epistolao latinac ad eundem Dominum Canton Membrum Regiae Societatis Londinensis, communicata cum eadem Regia Societate undecima Aprilis Anno M. DCCLXXI. ct interserta Transactionibus eiusdem anni Vol. LXI. pag. 212.

27) Elettricismo artificiale di G. B. Beccaria all' A. R. del Signor Duca di Chablais. Torino dalla stamperia Reale nell' Anno M. DCCLXXII. Huius operis exstat versio in Anglicum sermonem.

28) Gradus Taurinensis. Aug. Taur. ex typ. Regia MDCCLXXIV. 4to. Dedicationi subscripti G. B. Beccaria, et Dominicus Canonica.

29) Extrait d'une lettre a Monsieur Lavoisier sur l'augmentation du poids produite par la calcination 12. Novembre MDCCLXXIV. Questo articulo fu inscrito da Monsieur Lavoisier al fine d'una sua Memoria nel Vol. per l' anno MDCCLXXIV. dell' Acad. delle scienze di Parigi pag. 366.

30) Dell' electricità terrestre atmosferica a cielo sereno osservazioni di GiamBattistaBeccaria dedicate a S. A. R. il Signor Principe di Piemonte Anno MDCCLXXV. 4to.

31) Lettere d' un Italiano ad un Parigino intorno alle riflessioni del Signor Cassini

de

de Thury sul grado Torinese. Firenze M. MDCCLXXVII. per Gaetano Cambiagi. 8vo.

32) Lettera di Giambattista Beccaria Professore di Fisica etc. al Signor B. Wilson intorno alla luce, che mostro il fosforo di Bologna fatto giusta il metodo delSign. Canton, ed illuminato attraverso a veteri coloriti, Torino 29. Maggio MDCCXXVI. Inserito nella scelta d' opuscoli ediz. di Torino MDCCLXXVI. Vol. 1.

33) Articolo di lettera de P. Giambattista Beccaria etc. al Signor Marsilio Landriani nello spezamentro de

34) Vetri nell' atto della scarica, e sopra un nuovo elettrometro. Torino 25. Dicembre MDCCLXXV. nella scelta d'opuscoli ediz. di Milano nel Vol. XIV. ediz. di Torino M. DCCLXXVI. Vol. 2.

35) Lettera del P. G. B. Beccaria etc. al Signor Conte Scarnafigi inviato straordinario di S. M. d' Inghilterra intorno al confronto d'un suo barometro conquello de Sig. Deluc. nelli stessi volumi degli opuscoli. Gia l' autore l'avea inscritain latino nel Gradus Taurinensis pag. 82.

36) Lettra del G. B. Beccaria Maestro di Fisica etc. al Chiarissimo Sign. le Roy dell' Academia Reale delle Scienze di Parigi. Delle stelle cadenti; negli stessi volumi degli opuscoli.

37)

37) Occhiale elettrico per ispiare la luce nella scossa della torpedine del P. G. B. Beccaria: nella scelta d' opuscoli ediz. di Milano Vol. XIX. ediz. di Torino MDCCLXXVI. Vol. 7.

38) Articolo di lettera del P. G. B. Beccaria Maestro di Fisica etc. intorno a due nuovi punti d' analogia del magnetismo indotto dal fulmine ne' mattoni, e nelle pietre ferigne: nella scelta d' opuscoli ediz. di Milano Vol. 32. ediz. di Torino MDCCLXXVI. Vol. 9.

39) Lettara del P. G. B. Beccaria Maestro della Fisica al Signor Abbate Giovanni Francesco Fromond sul cangiamento di colore prodotto dal fuoco; negli opuscoli scelti Milano Tom. II. pag. 6. MDCCLXXIX.

40) Poscritta alla lettera dal P. G. B. Beccaria diretta al Signor Canonica Fromond: nello stesso tomo.

41) Articolo d' altra lettera del medesimo nello stesso tomo.

42) Lettere del P. G. B. Beccaria Maestro della Fisica etc. all chiarissimo Dottor Giamfrancesco Cigna etc. negli opuscoli di Milano Tom. 3. Part. 3. MDCCLXXX. — Queste lettere furono stampate in Torino nella stamperia Reale in 4to col sequente titolo — Nuovi sperimenti di Giambattista Beccaria delle Scuole Pie

per

per confermare edestendere la meccanica del fuoco elettrico.

43) Intorno ad alcuna particella, che riluca nel disco della Luna intierament: opinione di G. B. Beccaria umilmente esposta a S. A. S. la Signora Principessa Giuseppina di Savoja Carignano. Nello stesso vol.

44) De fiori elettrici lettera di G. B. Beacaria etc. al chiarissimo Signor Tiberio Cavallo: nello stesso volume Part. 4.

45(Articolo di lettera di P. G. B. Beccaria delle Scuole Pie etc. al Signor Abbate Carlo Amoretti sulla luce delle lagrime brittaniche: nello stesso volume.

46) Lettera del P. G. B. Beccaria delle Scuole Pie etc. al Signor Giuseppe Priestley etc. intorno all' azione del fuoco elettrico nelle calci metalliche, nello stesso vol. part. 6.

47) G. B. Beccaria congratulandosi col Signor Conte Prospero Balbo della sua in giurisprudenza gli appresentala descrizione d'un suo ordegno disegnatore de' fulmini.

48) Al Signor Conte G. F. Sammartino della Motta per la sua laurea in giurisprudenza applaudisce G. B. Buccaria delle Scuole Pie, e discorre di questioni all' occasione dei tremuoti Bolognesi da quello proposte. Questo fu dallo stampatore Briolo all' antecedente opu-

opuscolo col titolo. — Di un ceraunographo, e della cagione de tremuoti scritti due di G. B. Bescaria delle Scuole Pie etc. Torimo. M. DCCLXXX. 8vo.

49) Al Signor Conte Cotti Brusasco per la laurea in ambe leggi applaudendo il P. G. B. Beccaria publica una sua lettera, nella quale si trova d'avere sodis fatto ad un' antica questione del Signor Conte medesimo intorno alla na-naturalezza della Cagione efficiente d' temporali, e d' fenomeni compagni. MDCCLXXXI. Torino presso Briolo.

50) Poesie varie latine, et italiane.

CATALOGUS OPERUM

A IO. BAPT. BECCARIA MS. INEDITORUM.

Institutiones in Physicam experimentalem.

Del fulmine, sotto questo titolo si comprendono le sequenti sedici littere.

Lettera I. nella quale si tratta d' osservare l' elettricità terrestre atmosferica XV. Luglio MDCCLXXX.

II. Della cagione del fulmine XVI. Agosto MDCCLXXX.

III.

III. Della cagione esterna, che riunisce, e condensa in fulmine il fuoco elettrico.

IV. Osservazioni intorno all elettricita permanente ne' temporali semplici, ed intorno alle altezazioni passegere de medesima.

V. Della naturalezza della cagione efficiente dei temporali, e degli accidenti compagni.

VI. Delle trombe, e code di mare.

VII. Della folgore, o sia del fulmine, che attraversa l'aria.

VIII. Del diffondersi il fulmine iu terra.

IX. Di tre diverse maniere di luci, che possono succedere allo scoppio d' fulmini.

X. Del inducinento in sentiero, che adopra il fulmine propagandosi p' corpi terrestri.

XI. Di alcuni admirandi fenomeni prodotti dal fulmiue collo scagliamento di liquori non infiammabili.

XII. Delle cagioni onde il fulmine trallo scagliare le parti de' corpi ne accende alcuni, e non altri.

XIII. Degli effetti del fulmine sui metalli.

XIV. Intorno all' azione del fuoco elettrico sulle calci metalliche.

XV. Degli effetti del fulmine sopra i sassi, sopra i matoni, sopra le calci sopra le terre etc.

XVI. Di due sensazioni d' odore, e di luce, che lascia dietro a se il fulmine.

Due di queste lettere separò l'autore dalle compagne, e publico sul fine de suoi giorni, la XIV. negli opuscoli scelti di Milano Tom. III. pag. 377. e la V. stampandola a parte in Aprile nell' Anno MDCCLXXXI. accompagnata da un proemio, che indirizza al Conte di Brusasco per congratulazione della sua laurea in ambe leggi. Torino presso Briolo in 8vo.

Della maniera di presesvare dal fulmine il magazzino da polvere di S. Ignazio del Forte di Demonte lettera Torino XXIV. Marzo MDCCLXX.

Della maniera di preservare dal fulmine i magazzini a polvere lettera 6. Aprile MDCCLXX. al Signor Abbate Felice Fontana in risposta ad una del medesime delli XXXI. Marzo di Firenze.

Maniera di preservare dal fulmine il Duomo di Milano XXI. Ottobre MDCCLXX.

Della maniera di preservare dal fulmine la torre della lanterna di, Villafranca lettera XXIX. Luglio MDCCLXXIII.

Della luce, o fuoco di S. Elmo lettera.

Lettera intorno a baleni di caldo a S. E. di Signor Conte di Scarnafigi Ambasciadore di S. M. il Re Christianissimo.

Al

Al Signor Giuseppe Banks Presidente della Reale Societa di Londra lettera, nella quale si congettura, che l' aurora boreale si una meridiano polare guazza.

Del ventipiovolo Torinese al Signor Dottore Gianfrancesco Cigna.

Litterae latinae ad Cl. D. Nollet spectantes ad electricitatem. Secundo Calendas Martii MDCCIL.

Memoria intorno alla possibilita d'una legislazione sulla misura dell' acque sufficientemente esatta, e intelligibile communemente.

De misuratore da praticarsi, ovunque si vorrà dare, e ricevere una determinata quantita d' acqua.

Introduzzione ad un saggio chimico-fisico dell' acque termali di Vinai.

Saggio dell' opera del Signor Deluc intitolata: Ricerche sulle modificazioni dell' atmosfera.

Prohléma universam Gnomonicam continens.

La Fisica vera, e moderna ravvisata nell' antica Sicilia. Orazione detta in qualche Academia Siciliana.

Volgarizzamento dall' Inglese delle osservazioni di Franklin intorno all' acrescimento dogli uomini, ed alla popolazione de' paesi.

Ra-

Raguagli di fulmine, e d' aurora boreali.

Varie Carte del lune Zodiacale, delle trombe di mari, della razzaja osservatasi in Siena immediamente dopo che il fulmine colpì il conduttore della torre di piazza : de' conduttori elettrici, della maniera di perservare da' fulmini, gli edifizi, e spezialmente i maggazini a polvere: delle macchie solari, de' monti vulcanici.

Giornale d' osservazioni meteorologiche, e principalmente d' elettricità atmosferica fatte in Gatzegna negli anni MDCCLXIX,MDCCLXX-LXXII-LXXIII-LXXV-LXXVI. e in Superga MDCCLXXX.

Giornale d' osservazioni de tremuoti, e della elettricità atmosferica in Alba MDCCLXXI.

Molte carte sulla forza espansiva del fuoco eletrico; la teoria de' corpi isolanti; l'elettricità vindice, l' adesione elettrica, ed altre affini materie, che doveano venire in seguito alle due lettere al Sig. Dottor Cigna publicate in Torino col titolo: Nuovi sperimenti di Giambattista Beccaria delle Scuole Pie per conformare, ed estendere la meccanica del fuoco elettrico MDCCLXXX. nella Reale stamparia in 4to. ed in Milano nel Tomo III. degli opuscoli scelti pag. 145.

Vari

Vari giornali di memoire dal MDCC-LXVII. in poi : le sperienze, e le confiderazioni in essi contenute risguardano presso che tutte la scienza elettrica.

Verba placet adiungere Comitis Prosperi Balbo eminentis olim, ac pergrati discipuli in summi Magistri beatos manes : Gli scritti, che possego del chiarissimo Padre Beccaria non mi pervennero tutti per legato dell' illustre defunto: alcuni pochi me ne sono altronde procurato, ed alcuni pure mi sono favoriti per cortesia dal Signor Abbate Eandi, dal Signor Barone Vernazza, e d' altri.

BECCARIA (*Iosephus a S. Ildephonso*) Pedemontanus Magni Ioannis Baptistae homonymi Professoris Taurinensis, ac Viri ob admirabilem rerum physicarum cognitionem celeberrimi Nepos, qui patrui vestigia premens Iuvenis praeclare indolis, ac speciminibus futurae virtutis emicans, Ordini Scholarum Piarum nomen dedit. Absoluto religiosae vitae tirocinio sublimiorum scientiarum cursum Romae eximia ingenii laude, nominisque sui gloria emensus est. Scholae humanitatis primum ac Philosophiae post docendae inCollegio Nazareno admotus exercitationem pereruditam *De taedii ac voluptatis potestate in naturalem felicitatem* a se com-

po-

positam, et a Ioanne Vincentio Bisotti e Scholis Piis in Collegio Nazareno Philosophiae, et Matheseos Auditore disputatione solenni propugnatam publici iuris ferit Romae typis IoannisZempel Anno MDDCLXXVI. 4to. Meminére huius Ephemerides litterariae Romanae ad eumdem annum Tom. V. Num. XXXVIII. pag. 297. T. VI. Num. IX. pag. 65. 66. Anno demum MDCCXCVI. arduis, et turbnlentis temporibus Moderator Ordinis universi ob ancipitem belli aleam sedem mutare coactus est, donec restituta pace ad pristinam reverteretur, pro viribus munere suo functurus.

BENAZZI *Robertus a S. Ludovico*). Romanus e CC. RR. Scholarum Piarum in Collegio Nazareno elegantiorum litterarum Professor, Socius Regiae Academiae Florentinae, ac Hetruscae Antiquitatum Cortonensis. Ab hoc egregio Viro plura opuscula in lucem prolata fuisse non dubito, sed illa solummodo indicabo; quae mihi constant *e litterariis ephemeridibus* Romae apud Gregorium Sectari, et Socios Bibliopolas prope S. Marcellum sub signo Homeri ex typographia Ioannis Zempel ad montem Jordanum quot annis prodire solitis. Huius igitur sunt:

1) Componimento drammatico da cantarsi nell Collegio Nazarene l' anno del Giubileo MDCCLXXV. in occasione della publica Academica per la felice esalta di Nostro Signore Pa-

Papa Pio VI. nella stamperia di Giovanni Zempel MDCCLXXV. 4to. Tom. IV. pag 305.

2) Componimento per le nozze del Sig. Barone Filippo Capelletti colla Nob. Sora Altavilla etc. T. XX. pag. 420.

3) Discorso per solenne ristauramento dell' Arcadica Colonia *Velina* di Roberto Benazzi delle Scuole Pie Professore di belle lettere nel Collegio Nazareno Socio dell' Academia Reale di Firenze, dell' Etrusta di Antichita di Cortona, fra gli Arcadi Glaucippo Gortinio. Nella stamperia di Gioanni Zempel M. DCCXCII. 8vo Tom. XXI. pag. 281—282.

3) De Christi Domini reviviscentis gloria. Oratio habita decimo Cal. Maias in Sacello Pontificio Vaticano ab Angelo M. Ricci Patricio Romano; Collegii Nazareni Convictore (a R. B. composita) Ex typographia Ioan. Zempel MDCCXCIV. 4to. Tom. XXIII. pag. 185.

BENEDICTI (*Ioannes a S. Maria Magdalena*) Moravus Cremsiriensis vivente adhuc Instituti nostri Conditore Iosepho Calasanctio à Matre Dei Scholis Piis nomen dedit. At distracta per malevolorum factiones Piarum Scholarum Sodalitate ipse Freibergae aliquot annis animarum curam gessit. Mox summi Pontificis Alexandri VII. auctoritate ob magnam utilitatem

re-

restauratam, variisque privilegiis ornatam, et stabilitam repetens, eidem se, ultro sollenniter devovens arctius obstrinxit. Ob insignem linguae Graecae peritiam Ioannes Graecus passim appellatus est. Pluribus annis in Polonia, Italia, Bohemia doctrina, et sapientia effloruit, ac tandem tumulum repperit Nicolsburgi Moravorum Anno Christi MDCLX. Aetatis anno LXXII. Auctor est operis hac inscriptione donati. Scholae Piae, seu de origine, progressu, instituto, et utilitate Piarum Scholarum — ad Invictissimum Wladislaum IV. Poloniae Regem. Cracoviae Anno MDCXLVI. 4to. et iterum Varsaviae Anno MDCCXLIX. 4to. Huic accessit Vita Venerabilis Glycerii Landriani ex iisdem S. P.

BENYAK (*Bernardus a Matre Dei*) in lucem editus est Comaromii Anno MDCCXLV. Adolescens confecto feliciter humaniorum litterarum cursu Scholarum Piarum Instituto se devovit Anno MDCCLXXIV. In eo severioribus disciplinis imbutus Poeticam, et Oratoriam aliquot annis magna industriae laude docuit: mox Philosophiae edocendae admotus Pestini, eo fortunae provectus est, ut in Universitate Regia Scientiarum Budensi Inclytae Facultatis Philosophicae Collegio honoris gratia Membrum adscri-

scriberetur Anno MDCCLXXVIII. Ea quoque occasione insignem tulit plausum, cum in frequentissima Nobilissimorum Hominum Corona, inusitato hactanus exemplo patria lingua sub Praesidio suo Auditores produxit de re logica disputantes Nobiles praeclare spei Iuvenes Ioannem Cziko, et Stephanum Fekete. Porro hic Vir gloriosus variis occasionibus.

1) Carmina, et Odas latinas felici vena modulatus, sed in patrio idiomate iis svavior emicuit. Optandum esset, ut hae fugientes paginae in eorum gratiam, qui latina et potissimum patria poësi delectantur in unum cogerentur volumen. Vulgatae praeterea

2) Sermocinationes criticae super ortu, et progressu Philosophiae apud priscos homines ad aetatem nascentis eruditionis Romanae opera Bernardi Benyak C. R. Scholarum Piarum Anno MDCCLXXIX. 8vo. Opus hoc dialogo Ioannem inter, et Iosephum instituto decurrit, notisque adspergitur non inelegantibus, in quibus non solum priscorum, sed florentium quoque in laudata Universitate Doctorum notitia hauriri potest: stilo utitur terso, et saepius loquendi formulis ad Comicos relegandis.

3) Porro librum idiomatis Gallici Cl. Abbè de Brueys sub hoc titulo: Diversites mo-

rales, ou les amusements de la raison. Parisiis Anno MDCCLXXII. vulgatum in forma 16 eleganter Hungarica Civitate donavit hac inscriptione: Okos elmének mulatozásai, meliyeket Brueys Apaturnak Frantzia nyelven irott bölts munkájabul haza nyelven ki-adott Benyák Bernard A. O. S. Budai tudományoknak Királyi mindenségekban a' böltselkedés-beli Karnak egyik tagja. Pesten pediglen ugyan az böltselkedes Tanitoja. Pesthini Anno MDCCLXXXIII. 8vo.

4) Idem praestare nitebatur in vernaculam linguam translato, qui Viennae prodiit, libello: Josephs des Zweiten Erinnerung an seine Staatsbeamten am Schlusse 1783. Jahres Pestino recuso, auctior deinde ex illo: Eine Probe der weisen Regierung Joseps des Zweiten in einem Handbillet an seine Chefs, und samtliche geistliche, und weltliche Obrigkeiten der Oesterreichischen Erblanden vor seiner Abreise nach Italien. Ibidem Anno MDCCLXXXIV. in forma 8va, et 12ma.

5) Ratiocinium philosophicum super libertate ingenii humani in philosophando opera Bernardi Benyák S. P. Phil. Prof. P. O. et in Regia Scientiarum Universitate Budensi Doctoris Collegiati Anno MDCCLXXXIV. 8vo. Ratiocinium hoc philosophicum inter amicum Philosophiae, et Theologum institutum multo

ver-

verborum apparatu lectorem stili Asiatici amantem delectat.

6) Dedit quoque responsum ad librum singularem Petri ab Ostervald *De religiosis Ordinibus, et eorum reformatione*; item ad Commentatorem latinum F. X. e G. quod prelo subiectum fuit Vindobonae Anno MDCCXXXII. in 8vo. — Vide plura in nostra nova Mem. Hung. P. I. pag. 409.

7) Albae-Regali deinde Gymnasiarcha Maiorum arbitrio constitutus est, in qua statione luculentum dedit eloquentiae Romanae specimen funebri prelo subiiecta oratione, quam ad moestissimam Nobilium, Civiumque concionem habuit, cum Reverendiss. atque Excellentiss. D. Ignatius Nagy de Sellye primus Alba-Regalensium Antistes Pestini, quo se curandae valetudinis gratia contulerat, vitam hanc caducam cum immortali commutasset Anno M. DCCXC.

8) Epicedium lingua vernacula de morte Ignatii Vörös de Farad S. C. et R. A. Maiestatis Consiliarii, ac Provinciae Albaregalensis Pro-Comitis emeriti, quod gratae memoriae caussa scripsit Bernardus Benyák e S. P. et Professor Phys. Vaciae. s. a.

9) Funebre Carmen lingua patria Francisci L. B. Splényi de Mihald Dei, et Aposto-

stolicae Sedis gratia Episcopi Vaciensium cineribus memoriae sempiternae gratia devotum a Bernardo Benyák e S. Piis Professore Phys. Vaciensis, editumque typis Theophili Antonii Marmarossi Anno MDCCXCVI. 8vo. Ibidem.

10) Flebilis elegia idiomate Hungarico, qua immaturam mortem Petri Végh ad Regium Aerarium Consiliarii, atque amici Poëta plorat Bernardus Benyák e S. P. Phil. Profess. Vacien. Ibidem litteris exscripta Anno MDCC. XCVII. 8vo.

11) Carmen lyricum votivum ad Gabrielem Szerdáhely consecratum Episcopum Titopolitanum, Electum Corczolensem, Abbatem B. V. M. de Poroszlo Cathed. Eccles. Vaciensis Praepositum Maiorem, et Canonicum, quod eleganter concinnavit Bernardus Benyák e S. P. Professor Philos. Vaciensis, dum Idem Praesul in Dioecesi Vaciensi Ordinario viduata Pastore Vicariam capesseret potestatem. Ex eodem Typographeo A. MDCCXCVII. 4to.

12) Dixit aliquoties ad concionem Hungaricam elegantes sermones luce publica dignissimas.

BERIETTA (*Ambrosius a Visitatione B. M. V. Mariae*) natale solum nactus est pulcerrimam Hetruriae Urbem Florentinam, suscepto-

ptoque Scholarum Piarum Instituto per multos annos Iuventutem diligenter Grammatica erudivit, ad cuius communem utilitatem Grammaticas linguae latinae institutiones publici iuris fecit Florentiae A. MDCLXXII. 8vo Romae, Bononiae, Lucae saepius recusas.

BERINTS (*Christianus a S. Ioanne Nepomuceno*) Huic natale solum obtigit frequens Provinciae Pestiensis vicus Otsa die XXII. Decemb. Anno MDCCXLII. Iuvenis humaniorum litterarum studium magna ingenii, atque industriae commendatione emensus se totum Scholis Piis Anno MDCCLXI. addixit, mox post doctas inferiores classes, ad liberales artes Iuventuti tradendas admotus insigne sibi decus ingenio, atque industria conciliavit. Sacrum Oratorem ad Concionem Hungaricam agere iussus Vir eximius imposito munere per quatuor, et decem annos ita fungebatur, ut iure optimo facundissimis nostrae patriae Oratoribus accenseretur. Parochus et Rector Magno-Karolyiensis officii sui partes pro viribus, et dignitate, licet ut plurimum valetudine infirma esset, strenue implevit, donec gravioribus morbis tentatus, atque ulcere in capite orto, summa religione ad moriendum comparatus e viventium numero excederet Magno-Karolini A. MDCCXCIII. Dedit

dit luculentum eloquentiae specimen aliquot editis dictionibus.

1) Memoratur apprime illa funebris prolata Magno-Karolyni, dum amplissimae provinciae Szathmariensis Pro-Comes Ladislaus Betski meritorum gloria illustris vita decedens tumulo inferretur, preloque subiecta Magno-Varadini Anno MDCCLXXX. 4to.

2) Altera, cum gratam, sed luctuosam extinctae Magnae Theresiae Reginae Hungarorum memoriam squalore obsita inter lacrumas laudata eadem Regio perageret, ipsiusque Augustis Manibus parentaret Magno-Karolini Anno MDCCLXXXI. 4to. Utraque dictio elegans est, elegantior utique posterior ob insignem argumenti dignitatem, cui enim deesse possunt verba de laudibus Mariae Theresiae dicenti.

3) Copiosam quoque fandi materiam nactus est noster Berintsius ea occasione, qua Excellentissimi Comitis Antonii Karolyi ex opulentissimis Hungariae Dynastis Viennae mortui, atque ibidem magnifice tumulati rursum in Hungaria Magno-Karolyni novo erecto Mausoleo memoria excitaretur, et iustis huius Manibus persolutis ipse Orator multa de immortalibus in Deum, Principem, ac Patriam mentis ad concionem Hungaricam, et maximam e vicinis provinciis affluentibus nobilitatis frequentiam inusitata eloquentia disseruisset.

4)

4) Sed omnes has exsuperat sermo de Coena Domini ad maximam Nobilium, populique multitudinem in Cassoviensi Academiae Regiae Templo habitus, qui ut multorum votis, ac desiderio satisfieret, Cassoviae typis Ellingerianis publicam vidit lucem Anno MDCCLXXXIX. 4to. Exsilia quidem mole sunt haec opuscula, sed spissis frequenter voluminibus anteponenda, cum et adamantes minutuli saxis ingentibus praeferantur. Utinam Viri huius longior vita digni egregia dictionum sacrarum sylloge ingenio perfecta, et industria elaborata, quantocius hominis alicuius praeclari adhibita opera, et lima prelo commissa prodiret, is profecto non minus de sacra, quam de profana Republica excellenter mereretur.

BERRO (*Vincentius a Conceptione B. V. Mariae*) Romanus veste Scholarum Piarum indutus fuit a Conditore Ordinis Josepho Calasanctio Romae Anno MDCXXIII. et post emensum tirocinii biennium eodem Praeside ritu solenni se Instituto devovit. Familiari consvetudine Viri sanctissimi usus, eidem ab epistolis, negotia tractando ad decrepitam aetatem usque servivit, morientisque latus adsidue stipavit, fuitque primus (ut stilo Curiae Romanae loquar) postulator in caussa suae beatificationis, et vivere

desiit

desiit Florentiae V. Aprilis Anno MDCLXVI. Exstant huius historica monumenta de laudato nostri Ordinis Fundatore in tres partes tributa, et a Viro integerrimo, eoque oculato teste profecta, quae in Archivo Generali conservantur.

BETTI (*Aloysius a S. Iosepho*) Iuvenis praestans ingenio Romae praeclaro Instituto Piarum Scholarum adscriptus est, in quo religiosum tirocinium exsuperans laudabili conatu severiorum disciplinarum cursum absolvit. Post doctas inferiores Classes magna contentione in elegantiores litteras tradendas incumbens tantam nominis celebritatem consequebatur, ut inter optimos Eloquentiae Magistros recensitus Pastoribus Arcadibus sub nomine Remi Sinopei adnumeraretur. Inclaruit editis operibus, quae indicant Ephemerides litterariae Romanae apud Gregorium Sectari, et Socios Bibliopolas sub signo Homeri.

1) Aloysii Betti C. R. Scholarum Piarum de evolvendis functionibus formae imaginariae specimen Romae Anno MDCCLXXI typis Zempelin. 4to.

2) Saggio dell' Abbate di Condilac Academico di Berlino sopra l'origine delle umane cognizioni tradotto dal Francese con l'ag-

giun-

giunta di varie note da Luigi Betti delle Scuole Pie in Roma MDCCLXXV. 12mo.

3) Della maniera di ben condurre la imaginazione nelle belle arti. Discorso recitato in un' adunanza d' Arcadia da Remo Sinopeo (da Liugi Betti) C. R. delle Scuole Pie Pastore Arcade: In Roma nella stamperia di Arcang. Casaletti MDCCLXXIV. 8vo.

BEUTEL (*Gregorius ab Angelis*) Silesius Micromorensis natus est Anno MDCCXIV. Ordini Scholarum Piarum se totum devovit Anno MDCCXXXIII. Vir egregiis animi dotibus ornatus, qui absoluto severiorum scientiarum cursu Scholas primum inferiores, et humaniores, deinde Philosophiam, Theologiam, et Ius Ecclesiasticum Alumnis nostris egregie tradidit. A Comite Adamo Trautmannsdorff ad Aulam rei sacrae administrandae gratia expetitus, praeclaro vitae exemplo plurimum profuit, Institutumque nostrum maxime commendavit. Primus Domicilii Pragensis, et Haydensis superior dictus, ac postea Domus Cosmonossensis Rector in id omni cura incubuit, ut nostris iunioribus veram religionem, et litterarum amorem instillaret. Consultor Provincialis phthyseos incommodis vexari coepit, ac malo ingravescente inter adstantium preces animam suam reddidit Creatori Nicolsburgi Anno MDCCLXXIV. Exstat egregius

gius

gium ingenii, atque indusriae monumentum hac inscriptione: Theologia Dogmatico - Scholastica doctrinam moralem, polemicam, et speculativam continens ad mentem S. Thomae Aquinatis Quinti Ecclesiae Doctoris, aliorumque Patrum, et Doctorum concinnata a Patre Gregorio ab Angelis SS. Theologiae, et SS. Canonum Professore e CC. RR. Scholarum Piarum Nicolsburgi Anno MDCCLVIII. 4to. Conscripsit etiam Librum precum Graeca lingua sub titulo: ΜΕΘΟΔΟΣ ΕΥΚΑΡΠΟΣ τὸν τῦ σεβεσθαι Θεὸν, ὅπερ· ἁγίαν τε Παρθενὸν Μαρίαν. Anno MDCCLXX. 8vo. qui superest in Collegio Nicolsburgi.

BIANCHI (*Gabriel ab Annuciatione B. V. Mariae*) Genuensis veste amictus Scholarum Piarum, ab Instituti Statore Iosepho Calasanctio ' easque ritu solenni professus est MDCXXIX. Huic erat a Secretis biennio, scilicet MDCXLV, et XLVI; primusqne fuit post fata huius testis examinatus auctoritate apostolica in caussa eiusdem Beatificationis, ut dicitur, Anno MDCXC. ac vivere desiit Genuae Ordinis Decanus Anno MDCXCIV. Cum Rector Savonensis vivos inter ageret MDCLXVIII. mentionem ipsius iniecit celebris Auctor Michael Iustiniani *a*), et quo huius inscriptionis opus derivamus lingua vernacula.

1) Sacri Riti, e Ceremonie, che contrare l' Ordine Romano si devono usare dai Ministri Ecclesiastici nel servire al santo Sacrificio nella Messa Bassa, e Cantata, e ne Vespri solenni etc. In Genova per il Calenzani nell'anno MDCLXIV. 8vo.

2) Scripsit compendium vitae, rerumque a Fundatore Instituti nostri gestarum, cuius autographon in Archivo Generali Ordinis conservatur.

BIANCHI (*Maximus a S. Iacobo*) Bohemus Neo Boleslaviensis editus est in lucem Anno MDCCXVII. Ordini Scholarum toto animo se addixit A. MDCCXXXIII. qui consveto tyrocinii tempore, atque Studiorum subinde cursu maxima cum laude absoluto in Scholis tam inferioribus, quam humanioribus indefesso conatu, magnaque caritate tamdiu versatus, donec Maiorum voluntate ab his avocatus, praedicando Dei verbo admoveretur: quod munus fer-

---

a) Scritt Liguri pag. 252. Post Iustinianum memoratur ab Oldoino in suo Athenaeo Ligustico etc. pag. 211. et ab Auctore Magnae Bibliothecae Ecclesiasticae Tom. I. pag. 477.

fervore propemodum apostolico pluribus annis, una cum Pro-Rectoris, ac Praefecti Scholarum Officiis ad amussim explevit. Octo annos in Aula Comitis de Pachta Moderator filiorum, summa nominis, atque Instituti sui commendatione transegit; inde reversus, ac variarum Domorum rectioni destinatus ceteris provinciae suae magna integritate gestae, id etiam adiungeret, ut Iunioribus nostris utilium litterarum quibus et ille mirifice delectabatur, amorem instillaret. In hydropem incidens accedente sacro igne omnibus ad moriendum sacramentis munitus Freibergae tranquillus exspiravit Anno MDCCLXXVI. Superest Oratio funebris huius Viri de laudibus Francisci Venceslai S. R. I. Comitis de Trautmansdorff multarum Dinastiarum Domino etc. lingua Bohemica, quam ut sacer Orator, simulque Gymnasii Praeses ad maximam Nobilitatis, populique frequentiam disertissime habuit Litomislii die XIX. Septembris Anno MDCCLIII. quae Anno eodem ibidem publici iuris facta, fuit in folio.

BIELATOWSKI (*Adrianus a Nativitate B. V. Mariae*) in lucem editus est Cracoviae MDCCI. Instituto Piarum Scholarum se devovit Anno MDCCXX. Vir religiosissimus, et multa eruditione praeditus. Nam sive humaniores lit-

teras

teras traderet, sive Mathesim, Philosophiam, ac Theologiam doceret, sive Magistrum Novitiorum ageret, ac Verbi Divini Praeco ad concionem diceret, omnem tulit adprobationem, Ordinisque nostri decus, et gloriam geminavit. Tot, et tam variis egregie defunctus muneribus Vir emeritus Podolinum missus, ibique omnibus carus, Deoque coniunctus vitae occasum magno sui relicto desiderio adtigit Anno M. DCCLXX. Edidit opuscula sequentia;

1) Panegyrim Fabiano Szaniawski Praefecto Sochawiensi, dum primo Curiam Praefecturae suae in magna Nobilitatis frequentia ingrederetur. Varsaviae A. MDCCXXV. fol.

2) Panegyrim in funere Iosephi Rudnicki Vexilliferi Bidgosciensis Praefecti Bolimowiensis. Typis Varsaviensibus A. MDCCXXVIII. fol.

5) Panegyrim Camillo Paulutio Archi-Episcopo Gnesnensi ad Regem, ac Rempublicam Polonam Nuntio Apostolico in huius annuo diei natalis recursu. Ibid. A. MDCCXXIX. fol.

4) Poëma epithalamicum versu patrio in nuptiis Severini Rzewuski Poccilatoris Regni, et Antoniae Potocka typis Varsaviae Anno M. DCCXXXI. fol.

5) Panegyrim Stanislao Hosio Episcopo Posnaniensi, et Varmiensi cum primo ad

suam

suam cathedram ingrederetur: typis Varsaviensibus Anno MDCCXXXIII. fol.

6) Orationem de laudibus S. Iosephi Sponsi B. V. M. Ibid. eod. an. fol.

7) Panegyrim Ioanni Tarlo, dum Palatinus Sandomiriensis esset renuntiatus ex typographeo Varsaviensi Anno MDCCXXXVI. fol.

8) Panegyrim Iosepho Lasocki, dum Curiam collatae sibi praefecturae Gattinensis primum ritu solenni subiret. Ibid. eod. an. fol.

9) Panegyrim Francisco Kobielski Episcopo Luceorensi, et Brestensi in sollenni huius ad suam ingressu: typis Varsaviensibus Anno MDCCXL. fol.

10) Introtuctionem in Gnomonicam latina lingua iam anno MDCCLIV. elaboratam prelo subiicere paravit: an votis eventus responderit, me prorsus latet. Hoc unum novi ab ipso horologia solaria in plurimis Domibus constructa fuisse.

BIELEK (*Ladislaus*) Hungarus natus est nobilibus Parentibus in Kisutszafalva Provinciae Trenchiniensis vico Anno MDCCXLIV. Iuvenis humaniores litteras emensus ad professionem Scholarum Piarum adspiravit, cuius voti compos factus est anno MDCCLXIV. Pluribus annis Grammaticam, humaniores litteras, ac severiores

res

res docuit disciplinas, et tandem in Hungarica Studiorum Universitate AA. LL. et Philosophiae Doctoris titulum consequutus est : deinde Rectoris, Parochi, et Sacri Oratoris ad concionem Hungaricam in Oppido ad S. Annam munere functus est. Vir hic Clarissimus vulgavit.

1) Epigrammatum Libros III. Magno-Karolini MDCCLXXXIX. 8vo. His non mediocre conciliat ornamentum Seralbi Erimantici Pastoris Arcadis ad Epigrammatum Auctorem, et Centurionem eiusdem Fratrem Carmen. Plura praestantium Virorum nomina hoc in opusculo lectoribus occurrunt.

2) In lucem publicam emisit ad utilitatem iuventutis opusculum ethicum lingua patria *Erköltsi oktatás* inscriptum Cassoviae typis Landerianis Anno MDCCXCII. 8vo.

3) Ladislai Bielek Clerici Regularis e Scholis Piis AA. LL. et Philosophiae Doctoris, Philosophiae, Matheseos, ac Historiarum Professoris emeriti — Maiores Hungarorum. Pars I. Pestini typis Mathiae Trattner. A. MDCCXCVI. 8vo. mai. Accesserunt ad hos Analecta Inclytarum Provinc. Bihariensis, et Threnciniensis ex Archivo Collegii Debrecinensis Scholarum Piarum primum publicae luci datae, e Libro Regio Anno MDCLII.

4) Ur-napi beszéd mellyet Debretzen várossában tartot Bielek László Pesti Királyi Tö-Anya-Oskolában, a' Tanúlttaknak egygyik Tagja; Mostanában ugyan ott' Debretzenben az Isteni igének Magyar Hirdetöje. Az Igazság Paissa' Szerzöje ellen, sive De Coena Domini Dissertatio, quam in L. R. Civitate Debrecinensi Ladislaus Bielek etc. Verbi Divini Praeco habuit. Posonii, ac Pestini typis N. Mich. Landerer M. DCCXCVII. 8vo.

5) Arany Gondolatok a' mostani szabad gondolkozásnak módja ellen. Németböl szabadonn forditotta Bielek László Kegyes Oskola beli szerzeles. Pap 's mindenféle tudománynak vólt Professora, mostanábann nagy Karolyban az Isteni Igének Magyar Hirdetöje. Sive Aureae cogitationes contra hodiernam cogitandi libertatem e germanico hungarice reddidit Ladislaus Bielek e Scholis Piis etc. Viennae Anno MDCCC. in 8vo. Ad occasum vitae pervenit A. MDCCCVII. Ginsii.

BIELSKI (*Simon a S. Matthaeo*) nobili prosapia vitam orsus est Cracoviae Anno M. DCCXLV. Absolutis humanioribus litteris, Ordini Scholarum Piarum, ad quem a tenera aetate adspiraverat, nomen dedit A. MDCCLXV. Vir liberalium Artium cultura insignis, magna cum laude nominis sui gloria publicis in Scholis

Rhe-

Rhetoricam duodecim annis docendo professus est, ac iuniores Instituti nostri eloquentia Romana octo iterum annis erudivit. Factus deinde Procurator Provinciae negotia illius felici successa provexit; tum Varsaviensi praefectus typographiae, mira ipsius cura laetis ad nostram usque aetatem incrementis efflorescit. Huius industriae debemus.

1) Arithmeticam practicam una cum tabularum formis ad conficienda Regesta oeconomica typis Varsaviensibus iteratis vicibus recusam Anno MDCCXCII. in 8vo.

2) Historiam, et regiminis formam Israelitici populi cum descriptione geographica Palaestinae. Opus in duas partes divisum ex typographeo Varsaviensi eod. an. 8vo.

3) Historiam de vita rebusque gestis Iesu Christi, et moribus primorum Christianorum duobus tomis definitam typis Varsaviensibus Anno M. DCCXCIV. in 8vo. Omnia haec ingenii, atque industriae specimina idiomate polonico conscripta leguntur.

BIELSKI (*Vincentius*) Polonus Piarum Scholarum Ordinem amplexus, in eo post emensas, praeclara contentione, severiores disciplinas, pluribus annis classes inferiores, Rhetoricam, et Philosophiam in Collegio Ressoviensi docuit. Ea occasione cum auctoritate Benedicti XIV.

P. M. primum festa memoria Beati Iosephi Calasanctii Scholarum Piarum Conditoris celebraretur huius inscriptionis habuit panegyrim: *De laudibus Iosephi Calasanctii CC. RR. Scholarum Piarum Auctoris a Benedicto XIV. Pont. Opt. Max. in Beatorum numerum relati Oratio Vincentii Bielski e Cleris eiusdem Instituti in Collegio Zloczoviensi Eloquentiae Professoris.* Leopoli ad SS. Triadem Anno MDCCL. 4to.

BIENIEWSKI (*Innocentius*) Lithuanus post doctam in Scholarum Piarum Instituto iuventutem in Collegio Vilnensi Eloquentiae Sacrae Prefessor, et in Cathedrali Ecclesia ordinarius festis diebus verbi Domini Praeco celebris evasit. Admirabili facundia fermonem memoria dignissimum habuit ad supremum Magni Principatus Lithuaniae tribunal, cum positam iudiciorum formam iterum resumeret, ex illis Sap. VI. 2. 3. 4. verbis : Discite Iudices finium terrae.... quoniam data est a Domino potestas vobis, et virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, et cogitationes scrutabitur; quae dictio ex Academico S. I. typographeo ibidem in lucem prodivit Anno MDCCLIV. fol.

BIENKIEWICZ (*Reginaldus a S. Onuphrio*) Polonus e CC. RR. Scholarum Piarum Orator ad Sacram Concionem celeberrimus publici iuris fecit.

1)

1) Panegyrim Nicolao Koszucki, dum Supremi Tribunalis Regni Mareschallus communibus suffragiis eligeretur, typis Varsavien. A. MDCCXXXVIII. fol.

2) Conciones stato tempore Radomiae habitas ad Tribunal Regni Thesaurarium, ex eodem Typographeo A. MDCCXLVI. fol.

3) Sermonem in festo die Sancti Ivonis habitum Petricoviae, ac dedicatum supremo Regni Tribunali; typis Czestochoviensibus Anno MDCCXLVII. fol.

4) Conciones alias consveto tempore Radomiae dictas ad supra laudatum Regni Tribunal. Varsaviae typis Reipubl. et Collegii Schol. Piar. Anno MDCCXLVIII. fol.

BIRO *David a S. Petro*) Nobilis Hungarus editus est in lucem Jaurini A. MDCCXIII. Vir egregia indole, industria, et pietate nec non civilium quoque rerum peritia summe commendatus, qui Iuvenis ante susceptum Institutum severioribus disciplinis, atque ipsa Iurisprudentia eruditus Ordini nostro ritu solenni Anno MDCCXXXIX. se obstrinxit; Scholasque inferiores, ac Rhetoricam cum magna discipulorum progressione tradidit. Domicilio in nominato a S. Anna Oppido Provinciae Aradiensis Praefectus luculenta temporali regiminiis dedit

 spe-

specimina, quae ipsi laudem, ac nominis gloriam multo maiorem peperissent, si ab eodem munere, huius domicilii statores ipsum pro rerum sacrarum curatore, et conscientiae arbitro iteratis vicibus requirentes, non avocassent, in qua statione duobus, et viginti annis ad Dei gloriam, Ordinisque commendationem firmus, ac constans, atque adeo ad extremum vitae terminum perseveravit, quem apoplexia letaliter ictus rite ad mortem obeundam dispositus adtigit, in laudatae provinciae Oppido Ményessini Anno MDCCLXXIII. Cum autem vir iste praeclarus exacta linguae Valachicae cognitione polleret, Epistolas, et Evangelia in dies Domini, et festos praelegi solita ad maius pietátis incrementum in eamdem linguam transtulit, et charactere latino in quarta forma Colocae typis Collegii Scholarum Piarum Anno M. DCCLXX. publici iuris fecit hac luculenta inscriptione:

1) Exangelie la toate Duminiesele si szerbétorile peşzte tot Anul, Karele au tëlmëcrit Ku Orthografie Ungureaszké Pater David Biro diú Rëndul Piarisztilor. Deficientibus exemplaribus recusa Budae A. MDCCXCIX. 8vo. Ex typographia Universitatis.

BLAN-

BLANDOLISI (*Cassius a S. Aloysio*) Romanus adolescens indole svavissima, amoenioribusque litteris conspicuus Piarum Scholarum amore inflammatus totum se spiritu intelligentiae, ac pietatis erudiendae Iuventuti devovit. Expleto religiosae probationis tempore, severioribus disciplinis eximie instructus, per plures annos puerorum mentes a fundamentis litterarum, eloquentia prosa, et versu severioribusque disciplinis magna promtitudine, atque caritate imbuebat. Postea regendis Domibus admotus, insignem prudentiam paternam, curam, mansvetudinem, ac de singulis benemerendi studium verbo, exemploque manifestavit. Tandem auctoritate Clementis XI. Pontificis Maximi Carolo Ambrosio Mediobarbo Patriarchae Alexandrino, quo Gardinali Tournoni plena rerum gerendarum potestate de vita decedenti Legatus a latere succederet, inter alios etiam Comes vitae periculorum, atque illaetabilium vicissitudinum Socius destinatut fuit A. MDCCXX, ad Imperatorem Sinarum, cui legationi minus prosperae ob infestissimos homines, ac Sedis Apostolicae contemtores dicti Patriarchae ope classis Lusitanae cum exanimi purpurati Tournonis corpore in Europam reducis Annus M. DCCXXIII. finem adtulit. Hac in peregrinatione nactus est Cassius noster occasionem multa

ta

ta inspiciendi, atque experiundi, quae utpote ingenii acerrimi omnia summa solertia, et fide in sua retulit adversaria, quae ingenii monumenta pluribus voluminibus distincta in Archivo Collegii de propaganda fide a me MDCCLVII. Romae visa Ecclesiasticae Historiae locupletandae caussa diligentissime conservantur. Ad dignitatem Viri praeclarissimi, summo Pontifici, et amplissimo Cardinalium Collegio apprime noti augendam in Comitiis Ordinis A. MDCCXXIV. electus Romae supremus Moderator XIII. Adolphus Groll a S. Georgio, Blandolisium communi suffragatorum consensione Procurutorem Generalem esse voluit, qui etiam sub Praeside XIV. Instituti totius Iosepho Lalli a S. Francisco A. MDCCXXX, atque iterum sub Gubernatore Ordinis universi Iosepho Oliva ab Angelo Custode Anno MDCCXLII. inter Assistentes Romanos, quos Generales vocant, relatus est. At dum summa contentione ad provehendum Instituti decus insudaret, ipsum vis morbi atrocis invadens, ad extrema redactum inter adstantium preces magno sui relicto desiderio arduum munus, et vitam ponere coëgit. Romae MDCC. XLVII.

BLEZYNSKI (*Hieronimus a S. Bernardo*) vitam auspicatus est in Polonia e Palatinatu Sira-

radiensi oriundus Anno MDCCXIV. Vir in Ordine Scholarum Piarum, cui nomen dedit A. MDCCXXXI, doctrinae praestantia, vitae sanctimonia, omnibusque religiosis virtutibus maxime conspicuus, qui ab adolescentia sua, posteaquam adamasset svave iugum Domini, studiose incedens in omnibus mandatis, et iustificationibus eius, ita statim in tirocinio vitae religiosae, pietate, morum innocentia, et integerrima legum custodia enituit, ut Sodalibus suis consummatae pietatis exemplar videretur. Absolutis maxima cum laude studiis ad exercendum Institutum nostrum admotus, primum inferiores classes, deinde Rhetoricam cum insigni Discipulorum progressione assidue docuit, qui huius institutionem tanto alacrius sequebantur, quanto eam magis lenitate spiritus, modestia, et iugi virtutum splendore comparare satagebat. Muneri deinde Magistri Novitiorum addictus, mirum, qua diligentia, cura, sollicitudine, patientia, et caritate Tirones nostros instituit, quot doctrina pariter, atque exemplo, ita ad virtutem accendebat, ut Podoliense Tirocinium, cui ille per plures annos praefuit, coetus omnis probitatis, virtutis, ac religiosae vitae communi omnium opinione haberetur. Ad regendam Domum Probationis Podolinensem destinatus annis duodecim sanctissimi, ac providen-

dentitssimi Rhetoris personam ita sustinuit, ut ad amussim tanti nominis mensuram implesse videretur. Nam praeterquam liberalitate non tam suorum cognatorum, quam exterorum, donoque providentiae Divinae, quae ipsi admodum suffragabatur, Domum, quam regebat, insigniter redditibus auxit, turres templi laminaaerea texit, atque altius opere pulcerrime evexit, Templique situm elegantiorem reddidit; parietes Collegii exteriores arte contra, et sumtu magno renovavit, ambulacri, et museorum interiores, picturis variis, quae illustria Divi Patris nostri facinora intuentibus referrent, condecoravit. Sed longum esset omnia huius generis enerrare. Brevitati studentes adiicimus pauca. Dum sic Deo, Instituto, atque incremento Collegii sui vacando semper de se modeste sentiret; ac subesse potius omni tempore, quam praeesse in votis haberet, visum est Provinciae Polonae, ut tanta virtus altius vel invita exspatiaretur, ac debito exornata praemio (si tamen praemium est) latius commoda, utilitates, ac splendorem diffunderet, visum est inquam in Comitiis provincialibus concordissimis suffragatorum votis ipsum pro Praeside suo elegere, ac de hoc universi Ordinis Moderatorem, qui hanc electionem ratam haberet, certiorem reddere. Muneri obediendi, et bene

me-

merendi gratia suos humeros ultro submisit, atque illud magna patientia, et dexteritate, acerba quaevis passus omnes optimi Patris provinciae partes explevit, egregiis sermonibus suis ad virtutem, amoremque Instituti sibi subiectos adhortabatur, caritate plusquam paterna, mansvetudine, affabilitate omnibus praesto fuit, litteras, et literatos impense fovit. Iam vero aequitate, fide, probitate, caeterisque dotibus tantus emicuit, ut has ipsas, velut in optimo Moderatore conspicuas singuli suspicerent, ac venerarentur. Post gubernationem provinciae sapientissimam triennio supervixit, quo tempore, dum exemplo morum svavissimorum, vitaeque innocentissimae praelucet omnibus, varia morborum genera veluti agmine facto, uti Rheumatismus, Arthritis crudiliter per omnes artus grassata, tussis vehementer infestans, hydrops in pedibus, manibusque saeviens, in virum optimum irruunt, et quatuor mensibus amplius acerbissimis doloribus excruciatum ad extrema deduxerunt. Facta dudum erratorum confessione viatico caelesti refectus, quasi somnum capturus exspiravit XVIII. Aug. MDCCLXXIV. Varsaviae. Reliquit post fata sua Vir religiosissimus posteritati: Sermones sacros ad Homines Instituti sui habitos, qui prelo subiecti sunt Varsaviae. MDCCLIX. 4to.

BOEHM

BÖHM (*Benignus a S. Matthaeo* (Moravus Prostannensis natus A. MDCLXXXV. Instituto Scholarum Piarum se addixit A. MDCCII. Emensus maxima cum laude sublimiorum scientiarum studium, Scholis primum inferioribus, et Arithmeticae, tum Grammaticae, ac Rhetoricae docendis admotus, eo curas omnes retulit, ut non modo humanas litteras, sed religionem praecipue, ac pietatem, dectrinamque christianam adolescentes edoceret. Duodecim annorum spatio Philosophicas iuxta, et Theologicas disciplinas Ordinis nostri Iunioribus tradens curavit sedulo, ne illi amorem, et timorem supremi Numinis, animique modestiam negligerent. Novitiis deinde formandis semel atque iterum admotus, ea, quae verbo docuit, luculento exemplo, factisque confirmavit. Mox Praefecti Scholarum Pro-Rectoris, Praesidi Provinciae a Secretis, ac postremo Rectoris munere functus illud pro viribus ac dignitate implevit. Aetate ingravescente sibi ac Deo vacans ex asthmate ad summam calamitatem redactus, religiosissime, ut vixit, animam Lipnicii reddidit Servatori Anno MDCCLIX. Haec opera Viro laboris patientissimo tribuuntur

1) Theologia Scholastica universa disputationibus octo succincte comprehensa. Rötzii MDCCXXIV. 8vo.

2)

2) Litterae ad P. Dominicanum, in quibus Thomistarum doctrina cum doctrina Societatis Iesu comparatur.

3) Casus Iuris canonici. Znoymae. Anno MDCCXXXV. 4to.

4) Disputationes Iuridicae super praecipuis controversiis. Ibid. Anno MDCCXXXII. 8vo.

5) Parerga Philosophica. Wildbergae Anno MDCCXI. 8vo.

BOGUSLAWSKI (*Constantinus de S. Thoma Aquinate*) Lithuanus vitam orsus est Anno MDCCLIV. in Dioecesi Vilnensi. Adolescens eximio praeditus ingenio post emensas humaniores litteras nomen suum professus est in Ordine Scholurum Piarum Anno MDCCLXXX. Absoluto severiorum disciplinarum cursu non sine magna sui nominis existimatione, inferiores classes, deinde Poëticam, atque Oratoriam praeclara diligentia docuit, ac variis occasionibus pulcra non minus dexteritatis, quam eruditionis dedit specimina. Modo ad Vilnensem Lithuaniae Academiam invitatus Ordinarium Theologiae Moralis Professorem agit ab Anno MDCCXC. Huius industriae laudabili debemus.

1) Vitas Illustrium Polonorum lingua vernacula typis Varsavien. MDCCLXXXVII. 8.

2)

2) Dissertationem de Studii Theologici necessitate, cum Cathedram Theologiae Moralis primum conscendens in Academia Vilnensi lectiones publicas coram insigni Auditorum frequentia maximo applausu inchoaret. Typis Vilnensibus Anno MDCCXC. fol.

BOLLA (*Martinus*) Sümeghini Provinciae Veszprimiensis Oppido primam aspexit lucem Anno MDCCLI. In laudabili Scholarum Piarum Instituto, cui felicibus prorsus auspiciis A. MDCCLXIX. suum addixit animum, comparato meliorum artium praesidio Magister facilis, et perspicuus prosae, ac versae orationis cum iucunditate audiebatur. Plurima sane eius carmina, sive cum festa quibusdam diebus recolenda esset memoria, sive cum amicos delectare vellet, variis modulis edidit, quae si collecta in iustae molis volumen (quod optandum esset, ac futurum speramus) iteratis curis in lucem proferrentur, Auctori praeclarissimos inter Poëtas locum tribuerent, ac sine ulla dubitatione invidiam eorum, qui Virorum praestantium laudibus contabescunt, superarent. At Bolla noster lyram remissius tractare, illamque suspendere, cum Anno salutis MDCCLXXXIV. in docenda Historia clarissimo Carolo Koppi apud Academiam Regiam, quae Claudiopoli floret: suc-

successor dignissimus est lectus, cuius laudatus Decessor Vir excellentis ingenii, atque eruditionis pro eadem doctrinae professione ad Universitatem Scientiarum Regio-Hungaricam Pestinum transferebatur Anno MDCCLXXXV, de quo suo loco fusius: sed ad nostrum Bollam redeo. Hiç delato sibi munere pro dignitate satis facturus, ac vires ingenii omnes retulit, ut non solum veteris, atque recentis memoriae scriptores volvendo, ac revolvendo consuluerit, verum etiam ex iis delectu habito peculiaria chartis mandaret adversaria, e quibus in compendium redacta universalis Historia prelo subiicienda enasceretur, Creatus deinde Rector Academicus, Collegiique Nobilium, tametsi multis, et mordacibus curis cum disciplinae conservandae, tum rei familiaris procurandae gratia promeretur, ac fere opprimeretur, tamen manuscripta sua, improbo labore, doctas inter vigilias per triennium, quoquo ardua ratione applaudentibus Viris ornatissimis functus est, ad rigidum examen; Lydiumquo lapidem revocavit, spemque praeclaram de se conceptam explevit publici iuris facto eximio ingenii, atque industriae monumento, cuius fronti hanc inscriptionem eidem indere placuit.

1) Martini Bolla e Scholis Piis Primae Lineae Historiae universalis in usum studiosae

lu-

Iuventutis Claudiopolitanae. Tomus I. complectens Praenotiones, Prohistoriam, ac Historiam Aevi antiqui: a dispersione Babilonica ad migrationem Gentium, quae fuit Saeculo Christi quinto. Claudiopoli typis, et tumtibus Martini Hochmeister Regii Typographi privilegiati An. MDCCXCVIII. 8vo.

2) Martini Bolla e Scholis Piis Primae Lineae Historiae universalis in usum Studiosae Iuventutis Claudiopolitanae: Tomus II. complectens Historiam Aevi medii: a migratione Gentium, quae fuit Saeculo Christi quinto ad Originem Protestantium. Claudiopoli apud eundem Anno MDCCXCIX. 8vo.

3) Martini Bolla e Scholis Piis Primae Lineae Historiae universalis in usum Studiosae Iuventutis Claudiopolitanae. Tomus III. complectens Historiam Aevi recentioris ab Origine Protestantium ad nostra. Claudiopli typis, ac sumtibus eiusdem Typographi eod. anno 8vo.

Opus hoc insigni iudicii acrimonia elaboratum, atque a prima origine usque ad nostra tempora productum celeberrimorum omnium ferme Historicorum vasta volumina in epitomen redacta, tanta, tamque admirabili arte, ac perspicuitate Lectoribus patefacit, atque illustrat, ut nonnisi praecipuas illius proprietates utpote illis suffecturas, recensendas existimemus,

mus, quae videntur esse *prudens rerum delectus*, *ordo lucidus*, *sermo pressus* : — Ex immensa rerum gestarum congerie, quam Historia generis humani suppeditat, eas potissimum noster Bolla explicandas iudicavit, ex quarum adtentione Iuvenis animi docilis, et prudentior in rebus agendis, et studiosior probitatis evaderet. Bella, ut lenioris doctrinae minus fecunda, plerumque brevi narratione adtigit, aut paucis verbis absolvit; contra maiorem orationis ubertatem adhibet, cum in exponenda populorum religione, litteratura, et politiora versatur; superstitionis, atque impietatis atrocitatem, Religionis, pietatis; virtutisque verae pretium, earumque sive increscentium, sive neglectorum caussas diligenter vestigavit. Porro innuit progressiones, quibus humana mens cogitando limites suos ultro protulerit, quas artes, ac scientias invenerit, qua ratione illas excolnerit, aut penitus contemtas obliteraverit. Praecipuam vero industriam ad expromenda civilia instituta populorum retulisse videtur. Nam diversas regiminis formas, legum ferendarum rogationem, aut potestatem, Magitratuum munera, iudiciorum auctoritatem, ac vim tam eleganter proposuit, ut summa Iuris publici, singulis rationibus proprii, atque usitati capita explicaverit, non silentio ea involvens, quae negotiationem,

mer-

mercatorum, consvetudines, hominumque mores maiore distinguerent perspicuitate. Preeterea e rebus gestis celebriorum hominum eas adcuratius litteris consignavit, quarum adtenta lectio, et considerantia Iuveni ad Societatum civilium cognitionem, et ad scrutandas tam sui, quam alieni animi latebras adspiranti lumen novum adferret, viamque redderet facilem atque expeditam. — Ordinem, et methodum narrandi hunc sequi placuit. Materiam omnem triplici aetate, antiqua, media, et recentiore definitam, in septem periodos, harum quamlibet in duas sectiones divisit, sectione prima Characterem, Politicam, Religionem, Litteraturam, et statum civilem; altera Historiam minusque populi peculiarem in periodica serie occurrentis complexus est. Methodum edisserendi in sectione prima, quam tum fieri potuit, synchronisticam in secunda chronologiam singulorum populorum rebus gestis seorsim adcommodatam quae etiam Ethnographica dicitur, et cuilibet periodo Tabulam synchronisticam adiunxit. Hac via scribendi, ac docendi noster Bolla singularis est, ac proinde ab omnibus, qui hucusque Historiam universalem in usum Academicarum adornarunt, etiam ab iis diversus, quorum vestigiis, tamquam Principum, Ducum, et Architectorum in adumbratione, ac structura operis historici se

ultro

ultro institisse profitetur. Illi Historiam veterem, et mediam ethnographice, recentiorem synchronistice narrant: apud hunc idem ubique rerum ordo, eademque referendi methodus magnam conciliat toti operi perspicuitatem, habetque illud commodum, quod Iuvenes cuiusvis populi, aut Regni vicissitudines, ac conversiones non interrupta serie propositas separatim legere, rursus earumdem cum aliorum populorum rebus gestis coniunctionem in tabulis synchronisticis veluti uno videre possint obtutu. Quos etiam iterata illa eiusdem eventus commemoratio iuvat, quae narrationi ethnographicae propria, Viris doctis, fastidio esse solet. Tirones enim id, quod suo loco fusius narrat, alibi paucis expressum, ac perstrictum legunt notiones suas instaurant, easque cum praesentibus nectunt, atque ex hac ipsa cogitationum, et virium ingenii sui conscientia non mediocri voluptate adficiuntur, novisque ad discendum stimulis ultro excitantur.

Stilus, quo satis aequabili utitur, est pressus, atque interdum argutus: ad imitationem Taciti saepe ita comparatus, ut paucis verbis multa dicat, plura vero cogitanda relinquat. Hac de caussa multis in locis tam difficilis, ut sensum illius Iuvenes ingenio suo vix adsequi, minus comprehendere possint. Sed

S haec

haec ipsa obscuritas de industria quaesita esse videtur, ut Interpres adsit necessarius, qui Discipulorum exspectationi satisfacturus, eorum adtentionem, ac curam geminet; veritas detecta gratior, ac reverentia, vel potius pietas in Magistrum maior evadit. Haec ad commendandam operis praestantiam pronuntiata sunto, quod Eruditorum Göttinganae Societati adscriptorum, praecipue vero Iulii Augusti Remer imitatione, et non nunquam libera versione vim, pondussuum tuetur: defectibus tamen quibusdam non caret. —

In delectu rerum occurrunt hiatus. Orientalis Indiae historia deficit. Pontificum Romanorum : praeterea Loyolitarum molimina in res civiles altissime penetrantia laconice indicata, ac fere silentio involuta sunt. Historia enim Hildebrandi Tomo II. pag. 156. his verbis tota continetur. Inter Henricum IV. et Gregorium VII. Pontificem ob Investituram acris controversia, diu est agitata. De abolitione Loyolitarum Tomo III. pag. 177. haec leguntur, Clemens XIV. ad preces aliquot Principum Europaeorum Societatem Iesu dissolvit. Quia a Scriptore alias diligente caussarum, effectorumque investigatione magis laconicum, ac ieiunum proferri potuit? At ego sub laconici, et ieiuni Scriptoris nomine cautissimum prudentissimumque

que hominem invenio. Quis enim res invidiae, atque odii plenas ad vivum rescet? quis concordiam Sacerdotii, atque Imperii, supremarumque potestatum limites adcuratissime definiet? quis pendentem a plurimis sacculis litem amplissimus Iudex dirimet? Melius ista moderate explicari, atque illustrari quam fuse admodum tractari, ac describi possunt. At ultro progredior. Italiae Historia est mutila; Americae tenuis, atque arida memoria. Historia Hungariae praesertim stirpis Arpadianae, ac minutae sicca, ac exilis est, nec prorsus ab erroribus libera. Tomo II. pag. 193. *Andreas III. Belae IV. e Stephano Postumo nepos.* Ibidem pag. 300. *Otto Regia dignitate se anno MCCCXII. abdicasse dicitur.* At Andreas non Belae IV. sed Andreae II. nepos fuit, et Otto anno MCCCVIII. regia dignitate se abdicavit, et pauca quaedam alia huius generis. Hi tamen naevi, quos recensuemus, si tamen naevi appellandi sunt, nihil obstant, quo minus eximium hoc industriae monumentum, ubi Historia universalis latine ddceri solet, praesertim in Monarchia, et apud Catholicos uberrimo cum fructu praelegatur. Facili enim labore defectus hinc, et inde occurrentes ab erudito Professore, vel suppleri, vel corrigi possunt. Caeterum nec ibi graves non desunt, cur Americae res admodum parce tracta-

 verit,

verit, cur Regni Napolitani ab aetate Ferdinandi Catholici nullam fere mentionem iniecerit: nam multa crudelia, iniqua, humanitati adversantia commemorari deberent, et sic veritas odium pareret, neque Historia praeclarissimo Auctoris fini, quem sibi designaverat, ut supra innuimus, responderet. Hac de caussa compendium hoc veluti utilissimum omnibus commendamus. Quisquis enim iuvenum illud sibi familiare legendo, ac meditando reddiderit, is profecto, quum aetate iam matura provectus Historiam ingenio suo excoluerit, ac distinxerit experietur, se non modo plurimorum Historiae universalis voluminum medullam, et succum delibasse, ac hausisse, verum etiam e cogitationibus magnarum mentium Taciti, Ferguson, Millot, Gibbon', Bossuet, Robertson nonnihil degustasse. Atque ideo quisquis patriae iuventutis amore tangitur, illud in votis mecum unice habebit, ut noster Bolla in Collegio Scholarum Piarum, et Lyceo Vaciensi Ordinarius Historiarum Professor, Vir praestantissimus utile dulci miscere solitus omne punctum laturus tantos nanciscatur Moecenates, ut horum liberalitate libri sui secundis curis elimati ad communem utilitatem huius generis procuret editionem, in qua sublatis mendis neque chartae nitor, neque typorum elegantia desideretur. Nec

de

de illa propediem paranda dubitamus, cum inclytorum moliminum fama longe, lateque percrebrescente, atque intellecta operis praestantia noster Augustus Imperator, et Apostolicus Rex horum approbationem, ac exinde favorem, benevolentiamque suam *luculento scripto*, atque *insigni maioris moduli aureo numo* Auctori transmisso exstare voluerit ad perennem ingenii, ac industriae commendationem *a)*, quem

a) Nos hic loci, et illius *summam*, et huius epigraphen adcuratam Lectorum oculis subiiciendam putamus. Externa inscriptio: Reverendo Martino Bolla Historiarum Professori in Collegio Vatziensi nobis honorando. Vatzii. Interna: Sacrae Caesareo-Regiae, et Apostolicae Maiestatis, Archi-Ducis Austriae, M. Principis Transylvaniae, et Siculorum Comitis Domini Domini nostri clementissimi nomine: Reverende nobis honorande. Salutem, et gratiae Caesareo-Regiae incrementum. Sua Mai stas Sacratissima ReverentiaeVestrae in signum altissimae complacentiae, tum pro opera ab eadem praelaudata hactenus in educatione, et informatione iuventutis utiliter navata, tum in specie pro elaborato in III. Tomis edito opere Historiae Universalis, Numisma aureum abhinc Inclyto Regio Locumtenentiali Consilio Hungarico fine resignationis transpositum perbenigne conferente, notificari ad ipsum eidem praelaudatae pro directione. In reliquo Altefata Sua Maiestas benigne propensa manet. E Regio M. Principatus Transil-

quem benignum Dei Numen ad communem populorum felicitatem diu incolumem conservet.

BONADA (*Franciscus Maria a S. Ioanne Evangelista*) Italus Vir insigni pietate, morum candore, multiplici eruditione, ac eloquentia spectatissimus vitales auras primum coepit delibare in Oppido Sanctissimae Trinitatis Dioecesis

---

Transilvaniae gubernio. Claudiopoli die 29. Martii 1800.

WolffgangusKemény.mp. Ioa.Bedeus deScharberg mp.

Spectabilis, ac Magnifice, Illustrissime Domine Comes, Amice charissime, nobis observantissime. Gubernium Regium M. Principatus Transilvaniae Numisma aureum e benignitate Suae Maiestatis Sacratissimae. P. Martino Bolla Piaristae, et emerito Convictus Claudiopolitani Regenti Anno praeterito Vaczium ordinato in signum altissimae complacentiae, tum ob educationem Iuventutis, cum in specie ob elaboratum per eundem in III. Tomis opus Historiae universalis collatum horsum transmittit. Consilium hoc Locumtenentiale Regium obtentum Numisma hisce advolutum Praetitulatae Dominationi Vestrae fine eiusdem consignationis impetrante Martino Bolla in Collegio Piaristarum Vacziensi actu habitante hisce transponit. Datum ex Consilio Regio Locumtenentiali Hungarico die 29. Aprilis A. 1800. Spectabilis, ac Magnifice, Illustrissimae Dominationis Vestrae ad Officium paratus, paratissimi Iosephus Palatinus mp. Franciscus Darvas mp. Iosephus Babothy mp.

sis Montis-Regalis in Sicilia Anno MDCCV. Institutoque Scholarum Piarum se devovit MDCC. XXV. Hic absolutis cum laude studiis e Collegio Nazareno ad docendam Rhetoricam in Domum S. Pantaleonis revocatus, inde post duos annos Vrbinum missus, ubi eidem Scholae quinque annorum spatio summa cum laude praefectus fuit, atque in panegyricis ad Concionem frequenter habitis Civium plausum non mediocrem sibi conciliavit. Ad Collegium deinde Nazarenum accitus iterum, in eodem laudatam dicendi artem pari diligentia, ac commendatione totidem annis docendo professus est; donec ipsi a sacra Congregatione Purpuratorum Patrum de propaganda fide illius Collegii Alumni eadem imbuendi doctrina traditi snnt, quod instituti nostri munus, cuius erat amantissimus usque ad supremos vitae dies magna solertia exercuit, omnium ibi uti alibi Discipulorum amorem, obsequium, famamque optimi praeceptoris adeptus est. Cum autem illo tempore Nazareni Collegii familiae adscriptus est, omne tempus a caritatis, pietatisque operibus vacuum optimis litteris utiliter impendit, atque ita factum est, ut plures latinas orationes non sine ordinis nostri gloria publici iuris fecerit, quas inter principem sibi locum vindicare videtur, ea, quam adfrequentem ornatissimorum ho-

hominum coronam illa occasione dixit, cum Iosephus Calasanctius Ordinis Piarum Scholarum Conditor auctoritate Benedicti XIV. P. M. ritu solenni Beatorum numero adiiceretur, cuius quoque vitae rerumque gestarum memoriam sermone latino chartae summo nitore mandavit, iamque totum opus, demta virtutum Theologicarum enarratione absolvisset, nisi mors immatura praeclaros viri conatus intercepisset Romae in Collegio Nazareno Anno MDCCLV. Ab ipso prelo subiecta sunt magno applausu.

1) Carmina ex antiquis lapidibus notis, et dissertationibus a P. Francisco M. Bonada Cl. Reg. SS. PP. Eloq. Professore in Collegio Urbano de Propaganda Fide. Volumen I. Romae MDCCLI. apud Ios. Collini, et Bened. Francesi. 4to.

2) Carmina ex antiquis lapidibus notis, ac dissertationibus a P. Francisco M. Bonada Cl. Reg. SS. PP. Eloq. Professore in Collegio Urbano de Propaganda Fide. Volumen II. Romae MDCCLIII. apud Ios. Collini, et Bened. Francesi. 4to. Volumine primo quinque Dissertationes totidem Viris illustribus dicatae continentur: scilicet

Dissertatio I. De veterum Romanorum simulacris. Classis I. Monumenta Diis, Deabusque DD.

Dis-

Dissertatio II. De Augustorum funere, atque apotheosi, Classis II. Augustorum, et Regum monumenta.

Dissertatio III. De Gloria Nobilium Postuma. Classis III. Virorum Nobilium monumenta.

Dissertatio IV. De laude Militari Postuma. Classis IV. Virorum bello illustrium monumenta.

Dissertatio V. De Gloria Litteratorum Postuma. Classis V. Virorum, feminarum doctrina illustrium monumenta.

Volumine secundo continuatur aliarum quinque Dissertationum series Viris doctis sacratae, videlicet

Dissertatio VI. De novissimis connubii affectibus. Classis VI. Ingeniorum Iuvenum, er Infantium monumenta.

Dissertatio VII. De acerbo funere. Classis VII. Virorum, et Uxorum monumenta.

Dissertatio VIII. De Choragii Pompa, Classis VIII. Puellarum monumenta.

Dissertatio IX. De Libertorum, Servorumque sepultura. Classis IX. Libertorum, Libertarumque monumenta.

Dissertatio X. De luctu Christiano. Classis X. Christiana monumenta.

Singulis Voluminibus accedit ad calcem sylla-

bus

bus inscriptionum, et Index rerum notabilium, ut quae nota sunt, distincte, atque adcurate exponantur.

3) Oratio in Comitiis Generalibus CC. RR. Schol. Piarum habita VI. Nonas Maii editaque Romae in 4to. Anno MDCCXLVIII. Laudata fuit haec in litterariis Ephemeridibus Venetis eodem anno pag. 245.

4) De Beato Iosepho Calasanctio a Matre Dei CC. RR. Scholarum Piarum Fundatore auctoritate Benedicti XIV. Beatos inter relato solennis Oratio ad amplissimos S. R. E. Cardinales habita in Ecclesia S. Pantaleonis VI. Cal. Sept. Romae Anno MDCCXLVII. eodemque anno ibi edita Meminere cum laude huius Orationis laudatae Ephemerides MDCCXLIX.

5) In funere Reverendissimi Patris Paullini Chelucci a S. Iosepho Praepositi Generalis Clericorum Regularium Scholarum Piarum Oratio habita in Aula Collegii Nazareni III. Cal. Febr. MDCCLIV. Prodiit eodem anno Romae typis Ioannis Zempel. 4to.

6) Praeter opera hucusque recensita, quorum editiones innotuere, publici iuris fecit varias Orationes, velut in festa resurgentis Domini memoria dictam in sacello Pontificio a Convictoribus Collegii Nazareni: aliam Orationem, et quoddam Poëma cum Italico melico

Idyllio

Idyllio (vulgo *Cantata*) ad recenter creatum Pontificem Maximum Benedictum XIV. occasione Academiae publicae in eodem Collegio Nazareno. Duplex priori simile ad Divae Virginis Nativitatem concelebrandam. Porro latinam Orationem de Laudibus Fidelis a Sigmaringa Ordinis Capucinorum tunc primum Sanctorum albo inserti a se dictam ad Eminentissimos Congregationis de propaganda fide Cardinales. Qua diligentia versatus fuerit, in describenda Divi Iosephi Calasaoctii Scholarum Piarum Fundatoris vita, id iam supra innuimus. De huius supplemento, atque nitida editione procurata videatur sub littera F. Vir doctissimus *Fassoni* (Liberatus a S. Ioanne Evangelista) eiusdem Instituti.

BONN (*Eustachius a Sanctiss. Trinitate*) ante Institutum susceptum Franciscus vocatus. Prussus Wartemburgensis natus MDCLXXIII. Vir morum excellentium, adfabiliumque, quibus complures sibi conciliavit Patronos etiam Ordini nostro, et Provinciae faventes. Indutus Prividiae MDCXCI. Collatore vestis Luca Mösch a S. Edmundo Rectore, ac post biennium tirocinii religiosi votorum professionem ritu solenni fecit. Sacerdotio initiatus Viennae per Cardinalem Kollonich Archi-Episcopum Strigonien-

niensem, tunc Praesulem Viennensem. Absoluta Philosophia, et Theologia humaniores litteras magna cum laude docuit plurium annorum intervallo: Musices peritiam egregiam habuit, Iuniores nostros Philologia erudivit. Pro-Rectorem in diversis Domibus, et Rectorem in S. Georgio, ac dein Vicarius Provincialis, postremo Superior in Transilvania Bisztriczii calidis febribus oppressus ibidem vivere desiit Anno MDCCXXI. Vir ad magna factus, Poësi adeo excelluit, ut nostra aetas nondum ipsi parem tulerit. „ Specimina quaedam MSS. poëtica, „ inquit Christianus Kátsor Hungarus Instituti „ nostri, *a*) quae ego ipse, qui haec scribo in „ Transilvania Bisztricii vidi, et in manibus ha- „ bui, praesertim vero comica, in quo genere „ sine comparatione illius eminuit, concinnavit „ etiam opuscula horographica. Quosdam ora- „ tiones partim ad nostros, partim ad studio- „ sam Iuventutem, dum Partheniae Sodalitates „ vigerent, partim in restauratione Studiorum „ di-

a) Scriptor magnae diligentiae in opere MS. cui hunc titulum indere placuit: Virorum doctrina illustrium, qui in nostra Scholarum Piarum Provincia Hungariae ab eiusdem initiis ad annum Domini M. DCCLXXIV. exstitere Pars I. Opera, et studio Patris Christiani Kátsor a S. Emerico, ex iisdem Cl. RR. Schol. Piar. 4to. De quo vide plura suo loco.

„ dictas, e quibus facillime huius eruitur erudi-
„ tio, ego legi, et etiam harum nonnullas cum
„ pluribus opusculis, pro nostrorum Iuniorum
„ usu nitidius descriptas compingendas curavi;
„ ut, quemadmodum vivens plurimum ad in-
„ crementum litterarum conduxerat, moriens
„ etiam per opuscula sua nonnilil conferret."
Hucusque laudatus Katsorius, quae in adversaria sua peculiariter coniecisse videtur, cum Maiorum voluntate in Transilvaniam missus Bisztriczii Anno MDCCXLII. Rhetoricam docendo profiteretur.

BORATTINI (*Carolus a Conceptione B. V. Mariae*) e Polona Scholarum Piarum Provincia. Edidit librum sub titulo: Latinitas selecta typis Varsaviensibus Anno MDCC. 8vo. Hoc indicat Elenchus Religiosorum CC. RR. Scholarum Piarum, qui in Provincia Polona scriptis in publicum editis inclaruerunt labore Athanasii Pomorzkant S. P. confectus MDCCXXIV. 4to.

BORTOLOTTI (*Ioannes Franciscus*) natus est in Urbe Venetiarum Anno MDCXCV. In Ordine Scholarum Piarum, quem a teneris annis dilectum Anno MDCCXII. suscepit, Poësi, ac Eloquentia sacra effloruit, cuius rei plurima spe-

specimina typis edita dedit. Vivere desiit M. DCCL. Murriani.

1) Applauso poëtico nel giorno del solenne ingresso di Sua Sgria. Illusriss. e Reverendiss. Monsignor Marco Gradenigo Patriarcha di Venezia, e Primate della Dalmatia etc. etc. In Venezia per Antonio Bortoli nell' anno MDCCXXV. Questo applauso, che consiste in alcumi sonetti, un' Idillio alla maniera de' Martelli, un' Anacreonte, un' Elogio; ed alcuni Endecasillabi, venne publicato senza il nome del suo Autore. Alcune altre suo Poësie, cioè gli argomenti in Ottara rima fatti all' Orlando del Berni, ed un Poëma in versi Martelliani in lode d' un Podestà di Capo d' Istria, sono rimasti manoscritti ed i primi furono regalati dal nostro Autore al Padre Giuseppe Barsotti del medesimo Instituto.

2) Scipione il Giovane. Dramma per Musica. In Venezia per Carolo Buonariga M. DCCXXXI. 12mo. *a*)

3) Orazioni sacre dette iu Venezia. Deca I. In Venezia appresso Gasparo Girardi M. DCCXLV. 8vo. *b*)

4)

a) V. cio, che del sudetto Dramma si e scritto nella Drammaturgia dell' Alacci alla col. 703. edizione di Venezia nell' anno MDCCLV.

b) V. Novi Lett. di Venezia del MDCCXLV. a cart. 49.

4) Orazioni sacre dette in Venezia, ed altrove Deca II. In Venezia apresso Antonio Mora MDCCXLIX. 4to *a*). Fu quest' opera ristampata colla terza Decade. In Venezia appresso Simone Occhi nell' anno MDCCLXIV. in gran. 8vo. con questo titolo : Orazioni sacre del Padre Gian Francesco Bortolotti Chierico Regolare delle Scuole Pie.

5) Aveva composte due altre Deche di Panegirici, ma queste sono restate manoscritte.

6) Vita del Beato Giuseppe Calasanzio Fondatore delle Scuole Pie. In Venezia oppesso Simone Occhi nell' anno MDCCXLIX. in 8vo Questa vita fù impressa senza il nome dell' autore, ma che sia stata lavoro dall Padre Bartolotti, si afferma nella storia Letteraria d'Italia. *b*)

7) Quaresimale. Questo non ancora compiuto. ti conserva a penna nella Libreria dell Collegio di San Lorenzo Giustiniani di Murano, ove sta pure l' Originale Manoscritto del Dramma intitolato: *Scripione il Giovane* mentovato qui sopra al num. 2) e forse ancora la sua Filosofia, quasi tutta Aristotelica, nella quale impugna ingeniosamente le Filosofie mederne Vol. II. Par. III. Bom-

---

a) Ibid. del MDCCXLIX. à cart. 225.
b) Tom. I. pag. 171.

BOMMER (*Benedictus a S. Venceslao*) Moravus e CC. RR. Piarum Scholarum, qui religiosae vitae tirocinium, Scientiarumque curriculum emensus, vernacularum Classium Magistrum ac Praefectum egit, doctisque humanioribus litteris tandem in Vetero-Aquensi Domo Tironum nostrorum Moderator designatus hos amoenioribus doctrinis politiorique litteratura instituens muneri suo egregie satisfecit. Modo ad Academiam Caesareo-Regiam Theresianam Viennae Austriae Professor translatus in Litter. Classicor. et linguae Graecae apud Philosophos strenue officium exercet MDCCCVI. Publici iuris fecit

1) Orationem in Provincialibus Piarum Scholarum Comiciis ad Patres congregatos habitam XIV. Calendas Iulias in Bohemia Litomislii Anno MDCCCIV. 4to.

2) Oden Germanicam ad Status Bohemiae, Moraviae, ac Silesiae cum Lemmate

Per quos - - - - - - - - -
Crevere vires, famaque et imperi
Porrecta Maiestas - - - - -

Poëtico spiritu, atque eruditione mythologica refertam. Ibidem anno eodem. 4to.

BOSCHI (*Andreas a S. Sebastiano*) e Ducatu Monteferrato vitales auras primum delibare cepit Anno MDCLXIII. Iuvenis ob insignes

ani-

animi dotes Clericis Regularibus Piarum Scholarum adscriptus est Anno MDCLXXX. In hoc instituto aetatis grogressu Vir spectata in Deum Religione, vitae, morumque probitate conspicuus (ingenio ad scientias omnes facto, praecipue ad Theologiam, quam per quatuor, et viginti annos summa cum laude primum Gennae, ac diutius Florentiae explicavit. Praepositus Hetruriae Provincialis, bis huius Provinciae nomine ad solennem Congregationem Legatus in ea, quae habita est Anno MDCCXII. mirabili Dei providentia ipse ad summum in Ordine Nostro dignitatis, et honoris evectus est fastigium. Cum enim A. MDCCXII. in Comitiis Ordinis Patres convocati Romam in Electione Generalis Superioris non convenirent, diuque concertaretur divisis duas in partes votis: tredecim nempe faventibus P. Georgio Borno a S. Theresia Assistenti Generali, et aliis tredecim faventibus Patri Augustino Passanti a D. Thoma Aquinate Procuratori Generali, qui postea a Theologo, atque ab arcanis conscientiae Imperatoris Caroli VI. Episcopus Puteolanus factus est. Patres autem suffragatores universe numerabantur octo, et viginti. Cum vero ter vota repeterentur, ac neuter medietatem superaret, electio irrita evasit. Tandem affectus taedio Cardinalis Carpinus Pontificis Innocentii

XII. Vicarius, atque eiusdem Cardinalis Protectoris Vicesgerens Reverendissimus, atque Illustrissimus Dominus Nicolaus Carracioli Archi-Episcopus Capuanus praesens, ac Praesidens domum se recepit, simulque Patres ad continuandam electionem animos gravi adhortatione composuere. Tandem quinto ad vota itum est, et tunc undecim Augustino a S. Thoma Aquinate; quindecim vero Andreae a S. Sebastiano Hetrusco Suffragatori obtigere. Ne vero dubium circa electionem oriretur. Patres resignata, recognitaque Andreae scheda, ne forte ipse sibi suffragatus fuisset Generalem Ordinis Moderatorem summo applausu salutavere. Munere hoc gravissimo exornatus *in spiritu iustitiae*, et *charitatis* universum Ordinem paterno prorsus animo sex annorum intervallo gubernavit. Principibus autem Viris tam profanis, quam Ecclesiasticis, consilio, probitate, fide, ac constanti animi libertate gratus, Synodalis in Archi-Dioecesi Florentina Censor a Clemente XI. P. M. dum Superiorem Generalem ageret, constitutus, ac deinde Theologica Cathedra in Universitate Scientiarum Florentina a Magno Duce Hetruriae Cosmo III. ritu solenni decoratus, atque eiusdem e Sacris Consiliis constitutus est. Exacto muneris ardui sexennio Assistens Generalis renuntiatus Florentiam Sanctis-

ctissimo Pontifice annuente valetudinis affectae caussa concessit, ubi Theologiam, summa, qua potuit, diligentia publice assumsit, superioris nostri Generalis desiderio satisfacturus Romam contendit infirmo licet corpore Florentiam redeunti hydropis indicia se manifestarunt, quibus auctis, et ingravescentibus omnibus morientium Sacramentis animum suum comparavit, et petita erratorum ab omnibus venia inter adstantium preces, ac moerorem hanc vitam caducam cum immortali commutavit in Domo nostra Professa Florentiae A. MDCCXXI. „ Andreas „ Boschius noster post mortem suam plura prae„ sertim Theologici argumenti manuscripta. quae „ in Bibliotheca Florentina conservantur, ad „ posteros transmisit. At praeterea quotannis „ eruditissimas ex Theologia propositiones, ac „ disputationes facta omnibus argumentandi po„ testate publici iuris fecit, quae simul com„ pactae iustae molis volumen efficiunt in quar„ ta forma, ex quo elegans Theologiae com„ pendium legere potes. " Tantum ad nos de Andrea Boschi Albertus Pappiani Eiusdem Instituti Florentia missa epistola Octavo Idus Maii Pestinum Anno MDCCLXXVIII.

BOYDECKI (*Simon ab Annunciatione B. V. Mariae*) Polonus probitate, ac doctrina,

meritorumque gloria, summis facile viris comparandus vitam orsus est anno MDCCXIX. Scholisque Piis nomen dedit Anno MDCCXLI, qui nactus acre ingenium ad omnem eruditionem vix studiorum cursum absolvit, eloquentiae primum tradendae sexennium, postea Philosophiae, ac Theologiae morali totidem annos exegit, ac mira dexteritate, Iuventutis progressu, Ordinisque commendatione partes Professoris optimi sustinuit, praesertim cum et Magisterium, et Praefecturam Instituti amantissimus, laborisque patientissimus perpetuo coniunxerit. Per duodecim autem annos Varsaviae Doctor nostrorum in Theologia, sacrisque Canonibus, atque Historia Ecclesiastica tantum sibi nomen in unaquaque facultate comparavit, ut Examinator Synodalis, Librorum deinde Censor in Dioecesi, Theologus fuerit acceptissimus Nuntiis Apostolicis, Consultor, et Assistens Provincialis, Rector sexennio Vielunensis muneribus sibi commissis egregie satisfecit. Denique Varsaviam redux diligentissimum Verbi Divini Praeconem agens variis pietatis, caritatisque operibus eo usque praeluxit donec ex hydrope, accedente postremo asthmate, vita decederet ibidem Anno M. DCCXCV.

BRASAVOLA (*Eugenius a S. Silverio*) Florentiae primum vitae lumen adivit Anno M. DCLXIII.

DCLXIII. Adolescens humaniores litteras emensus Piarum Scholarum amore flagrans in natali solo illis totum se addixit MDCLXXVIII. In hoc Instituto summa ingenii sui commendatione sublimiorum disciplinarum cursu confecto, Scholas omnes inferiores, ac Rhetoricam in Provincia sua; Romana, et Neapolitana pluribus annis, magna perspicuitate, discipulorumque progressione docuit. Ob eximiam indolem, morum integritatem, de aliis bene merendi studium, ac singularem prudentiam cum caritate coniunctam, saepius Rector, ac demum Hetruriae Provincialis constitutus omnium benevolentiam, et amorem mirifice sibi conciliavit. Nihil autem potius, nihil antiquius ipsi fuit Iuventutis cura. Ea de caussa in teneris mentibus religionis, pietatisque igniculos scilicet alebat, et ad illustre virtutum decus, ac litterarum splendorem excitare solitus, magis, et magis inflammabat. Quare ad perennem Divini Numinis gloriam, procurandumque pietatis incrementum *multos Italico sermone libros luce publica edendos curavit; plura de cultu Divae Virginis, de probitate morum sectanda, de modestia, de reverentia erga Maiores, de moderandis animi affectionibus*, *et his similibus opera manuscripta in usum Iuventutis* studiis ad ultimam usque senectutem intentus *destinavit.* Tandem apo-

apoplexia ictus tertio, semper tamen sui compos, voluntatique Divinae conformis placidissime inter adstantium preces, ac vota in Collegio Instituti nostri Plebis prope Centum exspiravit Anno MDCCXLI.

BOSSI (*Ioannes Carolus a S. Francisco Xaverio*) primum vivere coepit Mutinae Anno MDCXCVIII. Institutoque Scholarum Piarum se addixit Anno MDCCXXVII. Vir ad omnem eruditionem natus litteras humaniores primum, dein Philosophiam, et Theologiam Cortonae, ac Florentiae ingenti cum plausu docuit. Partam a studiis gloriam magnis auxit virtutibus. Fuit enim solers Instituti nostri Minister, laboris patiens, in omnes comis, eximius legum custos, veritatis diligens, modestia, et religione conspicuus. Inde factum est, ut complures variarum Urbium Proceres, atque Episcopi, praesertim Archi-Episcopus Florentinus, ac Princeps Maria Theresia Estensis Viri probitate, ac doctrina capti, eum saepe consulerent, suspicerent, ac venerarentur. Neque vero scientiarum culturam etiam aetatis provectae intermisit: etenim Generalibus in Comitiis Anno MDCCLIV. constitutus aegre acceptata totius Ordinis procuratione, non solum fide, animi demissione, prudentia, et dexteritate muneri suo nunquam defuit,

fuit, sed Theologicas quoque publici iuris fecit Romae institutiones omnibus probatissimas, ac nonnulla alia opuscula scripsit, in quibus non ita facile possumus reperire, neque de Philologia, neque de Iure Civili, aut Canonico, quod illi fuerit incognitum. Florentiam postea reverso in dies magis crevit existimatio, atque auctoritas. Deo enim, et sibi vacans, exemplo magis, quam verbo potens, omnibusque carissimus, vehemente febre consumtus pie, ac religiosissime ibidem vita decessit, maxima sui apud omnes relicta fama, et desiderio; cumprimis vero apud Archi-Episcopum Florentinum, qui se, ac gregem suum aegrotantis precibus, cum saepe hunc inviseret summopere commendavit, et praestantissimi Sacerdotis iacturam sacrificiis Deo pluribus oblatis, cum Clero, ac Civitate universa deflevit. Anno MDCCLXIX. Opus huius inscribitur.

1) Ioannis Caroli Bossi a S. Francisco Xaverio e Clericis Regularibus Scholarum Piarum Institutiones Theologicae in Tomos quatuor distributae Tomus I. quo continetur Liber primus de locis Theologicis, Liber secundus de Deo uno; Tomus II. qui complectitur Librum tertium de Augustissimo Trinitatis Mysterio, Librum quartum de Mysterio Internationis, Librum quintum de Gratia Christi, Librum sextum de

de Sacramentis in genere, Librum septimum de Baptismo; Tomus III. quo comprehenduntur Liber octavus de Confirmatione, Liber nonus de Eucharistia, Liber decimus de Sacramento Poenitentiae, Liber undecimus de Sacramento Ordinis, Liber duodecimus de Sacramento Matrimonii, Liber decimus tertius de Sacramento extremae Unctionis; Tomus IV. in quo Liber decimus quartus agit de Actibus humanis, Liber decimus quintus de Virtutibus Theologicis, Liber decimus sextus de Virtutibus Cardinalibus, Liber decimus septimus de Legibus, Liber decimus octavus de Conscientia. Romae MDCCLIX. Ex typographia Ioannis Zempel. 8vo.

BRASAVOLA (*Rudolphus a S. Hieronymo*) vetustae propaginis Patre Alphonso, Matre Camilla Fassini, vel Fustini editus est in lucem Ferrariae Anno MDCLIV. Positis in natali solo linguae latinae fundamentis adolescentulus Parentibus orbatus ab Hieronymo Brasavola Patruo suo studiorum prosequendorum caussa Romam accersitus est, ubi humanioribus litteris, et Philosophia probe imbutus, supremos in Iurisprudentia, et Theologia honores, Doctorisque appellationem sibi vindicavit. Academias *Inperfectorum*, et *Indispositorum* ad provehendam bonorum artium culturam, et *Intricatorum*

ad

ad Iurisprudentiam confirmandam instituit. Membrum fuit e Collegiatis Nardini Collegii, et instauravit Sodalitatem sacrae expeditionis per agrum Romanum, quae modo floret ad S. Thomam in Parione, demum Clericis Regularibus Scholarum Piarum Pridie Calendas Octobris Anno MDCLXXIV. adscriptus mutato Herculis nomine Rodulphus a S. Hieronymo vocari maluit. Post doctas per aliquot annos magna sui nominis commendatione, Discipulorumque suorum progressu scholas quoniam ad dicendum adhuc Iuvenis, et factus, et natus esse videretur sacri Oratoris personam sustinere iussus eo muneri se ita devovit, ut animos Auditorum, quocunque vellet, svaviter flecteret, ab improbitate, ac vitiorum turpitudine avocatos, ad insigne virtutis decus, purumque Dei amorem promte adduceret, atque mirifice inflammaret. Sermones profecto plus quam ex triginta supra centum cathedris ad sacram concionem habuit. Inde operae bene navatae tam illustre testimonium, ac praemium tulit, ut apud complures Antistites, ut purpuratos S. R. E. Principes gratia, et auctoritate florens variis dignitatibus exornaretur, collapsam disciplinam in Sodalitiis

ad

ad vetera instituta redigeret, singularia pietatis opera conquisitis, et auctis reditibus fundaret, ac stabiliret. Haec omnia diligenter litteris consignavit Baruffaldi *a*) Anno MDCXCVI. Innocentius XII. P. M. eundem Atriensis, et Pennensis Ecclesiarum canonice unitarum in Aprutio Episcopum destinavit, at quo minus in Sacrorum Antistitum Ordinem adlegeretur, in caussa fuit supplex libellus Pontifici Maximo ab Instituti Primoribus ea de caussa porrectus, ne Scholae Piae a calamitatibus respirantes, et postliminio restitutae aptis, et praestantibus Viris destituerentur. Ipsa Civitas Castellana eodem ferme tempore suum postulabat Praesulem, sed quoniam huius flagitantis vota scripta, serius, atque occasione importuna, exhibita fuerant, optato effectu penitus caruerunt. Ad augendam

a) In Opere Italica lingua concinnato huius inscriptionis : Commentario Istorico-erudito all' Iscrizione nell' almo studio di Ferrara l' anno MDCCIV. in memoria del famoso Antonio Musa Brasavola Ferrarese. In Ferrara per Bernardino Pomatelli M. DCCIV. in 4to pag. 194. Honorificam quoque mentionem Rodulphi faciunt, Borsetti in Historia Gymnasii Ferrariensi p. 338. Iacobus Guarini Parte I. supplement, et animadvers. in Historiam Gymnasii Ferrar. per Borsettum conscriptam pag. 46.

dam tanti Viri meritorum, rerumque gestarum gloriam Religio Scholarum Piarum Rectorem, Consultorem Provinciarum Moderatorem, ac demum Vicarium Generalem constituit, atque iteratis vicibus confirmavit. Plura ingenii monumenta partim edidit, partim in manuscripto reliquit, quae miram huius industriam, ardens, Divinae gloriae propagandae studium, magnamque doctrinam commendabunt.

1) Carmina Heroica, et Lyrica. Romae typis Francisci Monetae Anno MDCLXXIII. 8vo.

2) Accademia degl' Intricati, Imperfetti, ed Indisposti Componimenti varii eruditi. Apud eundem MDCUXXIV. 8vo.

3) Sapientia sine moribus male discitur. Lectio Academica in Studiorum renovatione. Anconae typis Ioannis Francisci Salvioni Anno MDCLXXX. 4to.

4) Lucerna ardens, et lucens, sive Divus Cyriacus Martyr. Oratio. Anconae apud Salvionum MDCLXXXI. 4to.

5) La pietà chiara nell' ombre, ovvero pomge iunebrà fatte in morte del Illustrissimo Signore Gian Petro Nembrini Nobile Anconitano. In Ancona nell' Anno MDCLXXXII. 4to.

6) Breve Raggnaglio di Città della Piestratto dalla sua Istoria diffusamente scritto dal Medesimo, e donata Manoscritta a quel publico.

publico. In Perugia per Francesco Desiderii. MDCLXXXVI. fol.

7) Divozione del Santissimo Nome di Maria da esercitarsi in cinque Sabbati. In Roma per D. A. Ercole MDCXCI. 12mo.

8) Esercizio spirotuale par li sette Mercordi in onore del gloriosissimo Patriarca S. Giuseppe. In Roma per Dominico Antonio Ercole MDCXCI. 12mo.

9) Guida spirituale per l' aquisto de Giubileo nel anno santo MDCC. per gli Eredi Vanaci MDCC. 12mo. Questa operetta fu stampata due volte in detto anno per lo stesso stampatore.

10) Idea triformis, sive sapientis Trutina: Genius exsul, Ratio dominans; Orationes tres in Comitiis Generalibus CC. RR. Scholarum Piarum, quorum prima ascetica; secunda sine verbo, participio, et supino, nominibusque a supino derivatis: et ultima absque litteris P. G. Romae typis Buagni Anno MDCC. 12mo.

11) Ragguaglio della Vita, Martirio, e Miracoli di San Pantaleon. Medico. In Roma per il Buagni MDCCL. 12mo.

12) Pii reflessi di spirito per esercitarsi con profitto spirituale nella diverzione versa la Sant' Anna. In Roma per Laigi, e Francesco Conti nell' Anno MDCCII. 12mo. Oltre l' opere

fin,

fin, qui riferte compose le sequenti, cui tenera apparechiate per la stampa, ma non c' è noto, che siano poscia state impresse.

Opera inedita in Manuscripto delitescentia.

i) La carita insinuata con inflessioni diurne in tutto l'anno per far continuamente elemosina à poveri.

2) Il solco Vangelico quadripartito, ovvero quatro Quaresimali.

3) La verità con Velami dissimulata. Paradossi Quaresimali Tomo I.

4) La verità con provorbi espressa. Prediche Quaresimali Tomo III.

4) La verità con provizioni spiegata. Discorsi Quaresimali Tomo III.

6) La verità con Paradossi, Proverbi, e Proposizioni esposta. Assunti Quaresimali Tomo IV.

6) Li Santi Padri in Pergamo, ovvero Prediche Quaresimali, in ciascuna delle qualinm solo Santo Padre prova l' assunto intrapreso, ed agni Predica ha il Santo Padre diverse da agn' altro.

8) Pentadecade sacra, ovvero cinquanta Diseorsi composti, e recitati in diverse Chiese di Roma. Tomo I.

9)

9) Pentadecade sacra, ovvero cinquanta Discorsi composti, e recitati in diversa Chiese di molte Città Tomo II.

10) Pentadecade sacra, ovvero cinquanta Discorsi composti, e detti in molte Chiese dentro, e fuori di Roma Tomo III.

11) Antidotario Catholico a velani ereticali apprestati da Michele Molinos nelle 68. proposizioni dannate.

12) Il Principe Ecclestiastico effigiato dalle penne de Santi Padri.

13) Parenesi a suddeti Ecclesiastici, ed a Principi, e sudditi secolari fatta con sentenze d'Autori Classici.

14) L'ornamento del Vescovo figurato, ne' settanta duo Campanelli, e Melogranati della veste Aaronica, ed espresso con cento quc-rsnta quatro Riflessioni provate con sue scritture, e santi Padri.

15) Le Patme d'Ebim, ovvero tremta Reflessioni sopra la Passione di Christo nostro Signore, tutti concetti considerabili de' SS. Padri.

16) Propagini delle virtu' per ben coltivare l'animo estratte dalle opere del Cardinale Ugone.

17) Luogo di refugio per l'anime Christiane. Divozione alle sacratissime piaghe di Gesù Cristo.

18)

18) Il santissimo Nome di Maria solennizzato universalmente dalla Chiesa Cattolica.

19) Il sacro Direttore, ovvero Istruzione par le persone Religiose.

20) Esercizio spirituale quotidiano per le persone Religiose, che adtendono alla perfezione.

21) Scrutinio spirituale per ben confessarsi con la direzione per li Confessori, e per li Penitenti.

22) Discorsi accademici. Deca Prima.

23) Nuova Idea delle Muse, ovveroComponimenti latini, e volgari ingeniosi con stravaganti, e nuove invenzioni.

24) Anagrammi purissimi, tanto letterali, quanto numerici, ed in varie forme artificiose in numero di 400 incirca.

25) Galleria morale, dove si rapresentano Istorie, e Favole in diversi quadri ideate con Iscrizione conveniente al vivere morale.

26) L'Anfiarao bugiardo, ovvero l'oracolo de' sogni interpretati secondo la varia fantasia di piu Serittori.

27) Vivezze morali per abbellimento di qualche erudito consesso.

28) Quaranta Massime de' sette Savj della Graecia commendate.

29) Specchio politico per adornarne gli umani costumi.

30)

30) Salva per cento, e piu discorsi da forsi secondo le occorenze, cioè ventotto per il Venerabile Sacramento dell' Altare, trenta per la Santissima Vergine Madre diDio, e quarantotto per varj Santi.

31) Selva di materie diverse, sacre, morali, e politiche.

32) Memoriale Catholicum, sive de christianae fidei rudimentis, dogmatibus, et assertis ex Sacra Scriptura divinitus inspirata erutis, et enuntiatis.

33) Lusus generales Eloquentiae, sive Orationum Decas.

34) Viridarium Palladis, sive Rhetoricae, ac Poeticae exercitationes.

35) Museum Musicum, sive libri V. Carminum Heroicorum, Lyricorum, Epigrammatum, et Heroicomicorum.

36) Horti Mercuriales, sive flores ornatae Eloquentiae. Tractatus de figuris omnibus.

37) Secretarius instructus, sive de conscribendis epistolis tam Latinis, quam Italicis ratio methodica.

38) Optima studendi norma pro iis, qui ab Institutionibus Rhetoricis ad Philosophiam confugiunt.

39)

39) Analecta sacra ex utroque Testamento, in quibus Institutiones Regalium, et Saecularium continentur.

40) Theoremata perfectionis ex Constitutionibus Religionis Clericorum Regularium Scholarnm Piarum in centum paragraphos digesta, et Sanctorum Patrum assertis roborata.

41) Specimen pietatis in primo Saeculo Religienis Scholarum Piarum a suis Fautoribus, et Alumnis exhibitum.

42) Hemorologium Religionis Clericorum Regularium Scholarum Piarum ad memoriam excitandam in suos insignes Benefactores, et piissimos Religiosos defunctos quotidie perlegendum.

43) Iurista claustralis, sive Scripturae plurimae in Iure.

44) Istoria della Città di Pieve. Videatur superius in Opera edita numerus 6.) Plura non dubito a Viro praestantissimo tum edita, tum scripta fuisse, propterea quod hae notitiae usque ad Annum Christi MDCCIV. productae sunt, cum tamen post longo tempore vixerit. Nam aetate ingravescente intestinorum relaxatione adfectus, ad quae incommoda, febris, et catarrhus vehemens finem vitae adtulerunt. Romae in Collegio S. Pantaleonis A. MDCXXX.

U BRAUN-

BRAUNHOFFER (*Innocentius a S. Clemente*) vitam accepit Anno MDCLX. Auspicii in Moravia, et Ordini Scholarum Anno MDCCLXXVIII. adscriptus est. Huic se arctius devovens confecto laudabiliter Philosophiae, ac Theologiae cursu operam suam praecipue Poesi, Eloquentiae , atque Historiae addixit, et subsidiis ex aere suo liberaliter instructus, ad mirabilem sibi peperit harum doctrinarum cognitionem. Multa Religiosorum Collegia insigni prudentia, et dexteritate tamdiu rexit, donec communibus Patrum conscriptorum suffragiis universae Provinciae suprema rerum gerendarum potestate praeficeretur. In Domo Nicolsburgensi amplissimae selectis e codicibus Bibliothecae ab ipso tanquam Auctore sua debet repeti origo, atque incendium propterea, quod ad illam excitandam, conservandamque totam suam conscripserit haereditatem. Supremum vixit diem XXVIII. Maii Anno MDCCXXVIII. relictis post fata sua sequentibus Religionis, atque industriae speciminibus, quae hic loci iuvabit lectorum oculis subiicere.

1) Andächtige Gedanken über das Leben, und Sterben Jesu Christi in gebundener, und ungebundener Rede. Viennae Austriae M. DCCIV. 8vo.

2)

2) Meditationes supra novissima in singulos mensis dies distributae ex Italico in Latinum translatae. Ibidem Anno MDCCXXII. Hanc secuta est altera editio cura Aegidii Hechta a S. Ferdinando eiusdem Instituti Olomuci Anno MDCCXXVIII. 8vo.

BREISLAK (*Scipio a S. Ianuario*) e CC. RR. Scholarum Piarum Professor Historiae naturalis, et Membrum diversarum Academiarum. Huius est (*Essai mineralogique* etc.) Saggio mineralogico sopra la Solfaterra del Pozzuolo tradotto sopra il manoscritto Italiano da Francesco Pomeveal, Cavaliere dell' Ordine Reale, e militare di Luigi Maresciallo di Campo, ed Ispettore Generale dell' artiglieria. Neapoli apud Ianuarium Graccio A. MDCGXCII. 8vo.

BROSMAN (*Damasus a S. Hieronimo*) Moravus Fulnecensis primam in lucem venit A. MDCCXXXI. Institutique a Scholis Piis nuncupati amore flagrans illud amplexus est A. MDCCXLIXX. Vir animi candore, atque ingenio cum in litteris, tum praecipue in scientia Musices praecellente, qui absoluto praeclare Tirocinii, ac studiorum cursu Scholis tradendis admotus, officium hoc fide integerrima administravit, hoc praecipue adcurans, ut cum

scientia, morum innocentiam credita sibi iuventus copularet. Pari sedulitate, et munus Praefecit, et Professoris Philosophiae, quam sex annis Albo-aquae praelegit nostris, a se gestum est. Quod vero plurimum commendationis a sua in scientia Musices peritia exspectaret Institutum, regendo Archi-Episcopali Seminario Cremsirii praefectus, exspectationem non implevit solum, sed superavit etiam, cum parvulos suae disciplinae ita ad regulas definitas instituit, ut chorus horum sese ubique efferret principibus Viris, Viris etiam non ignaris rerum illarum omnino probaretur. Atque Cremsirium locus erat, ubi maioribus operibus suis Musicae praeludere coepit, postquam prius Auctores huius evolveret curiose, atque opera horum in *partituram*, ut loquuntur, redigeret etiam. Rector subinde Freibergae, Albo-aquae, atque iterum Fribergae constitutus ad amussim servavit ea, quae in Ordine vigent, atque suo exemplo, ut servarentur studiose contendit, rei familiaris Administrator diligentissimus. Quo in Officio, cui tres, et viginti annos praefuit, quidquid supererat temporis, elucubrandis pro templo nostro Nicolsburgensi praecipue partibus musicis consecravit. Composuit vero praeter Offertoria pro Domini, ac festis diebus, *sacra* plus quam quinquaginta, quae cum amoeni-

nitate tum ecclesiastica gravitate mirifice aures mulcendo in animos influunt, seque penitius insinuant. Cetera inter eminent, quae *Adventualia*, et *Quadragesimalia* nominavit. Scripsit praeterea opuscula. de methodo instituendi in cantu; de directione Musicae, de regulis compositionis; atque ut minora praetereantur, quae pro facilitate sua in omnes, amicorum gratia elucubravit, harmonico concentu *Zacharie Tagzeiten* convestivit, exornavitque, dubium relinquens, teste singulari aestimatore suo de Dittersdorff, poesine sua Zacharias, an Musica praestaret Damasus? Ita dum amorem suorum, summam aestimationem omnium meretur; aetate iam devexa: obstructionibus, et inde natis periculosioribus morbis adfectus, mira patientia, et pietate ad mortem Viro religioso dignam obeundam se convocatos ad serviendum alacritate maxima Deo singulos adhortatus animam suo reddidit Conditori magno sui apud omnes relicto desiderio Fribergae Anno MDCCXCVIII.

BRUCKNER (*Petrus a S. Francisca Romana*) Austriacus Ottenthallensis mundum ingressu est Anno MDCCXLVII. Ordini Scholarum Piarum in Provincia Bohemiae nomen dedit Anno MDCCLXVII. Ingenium a natura docile,

cile, ac praestans nactus; humanarum, divinarumque elementa, cursumque studiorum summa cum laude didicit, atque absolvit. Scholas vernaculas, quatuor classes Grammaticas, Rhetocicam, et Poesim sexdecim annos maxima discentium progressione tradidit. Quae, cum ageret, indefessam sane versandis celeberrimorum Scriptorum operibus ad comparandam Historiarum, ac Iurisprudentiae Ecclesiasticae cognitionem pertincutibus navavit operam. Edidit Professor humaniorum litterarum Cremsirii Orationes octo, uno volumine huius inscriptionis: Reden zur Beförderung der Aufklärung. Brunae Anno MDCCLXXXVIIII. 8vo. Elenchus Orationum est a) *Uiber den Nutzen der Pressfreyheit.* b) *Anrede eines Hungarischen Feldherrn an seine Truppen bey den Einmarsche in die Niederlande.* c) *Von den Vortheilen der auf den L. K. Gymnasien eingeführten Lehrart.* d) *Von den Verdiensten der Ollmützer Bitchöffe am die öffentlichen Schulen.* e) *Rede bey der Einweihung eines Kirchenprälaten.* f) *Von der Erbauungspflicht eines Seelsorgers.* g) *Von der Lehrpflicht eines Seelsorgers.* h) *Rede auf dem Tode Adauct Voigit.* Anno MDCCLXXXIX. Deinde Cremsirensis Domus Rector electus est, quam diu insigni prudentia gubernaverat, quod mu-

munus, quoniam cum Praefectura Bibliothecae ad Principem, atque Archi-Episcopum respicientis coniungitur, eam praestantissimis libris augere contendit. Philologiam Iunioribus Ordinis Nostri Anno MDCCXC. tradidit, simulque hoc, ac sequentibus annis Tentamina ex Historia Ecclesiastica, Iure Canonico, ac Theologia Dogmatica in Lyceo Olomucensi praeclara nominis sui existimatione subivit, Professorque harum scientiarum constitutus Instituti nostri Clericos instituit. Mox praescripto de more speciminibus ex universa Theologia egregie Olomucii datis SS. Theologiae Doctor Anno M.DCCXCVI. creatus est. Gymnasii, et Scholarum vernacularum Rector in decimum annum praeclare suo muneri satisfecit. Vir hic subacto pollet iudicio, in rebus agendis dexteritate, ac doctrina conspicuis carus, et acceptus. Methodum Theologiae tradendae excellentem habet. Cum Anno MDCCXCVI. Professor Poeseos morte inopinata Cremsirii exstinqueretur, ipse praeter plurima, quibus distinetur, munia Poësim docuit, et discipulorum selecta carmina. Brunae typis exscribenda curavit hac epigraphe: *Poetische Versuche der Schüler am K. K. Gymnasium zu Kremsier.* Anno M.DCCXCVI. 12mo. Tandem Vir omni eruditione clarissimus Litomislii A. MDCCCIII. inComitiis

Pro-

Provincialibus Piarum Scholarum communi Patrum suffragatorum sententia Praeses Bohemiae, Moraviae, ac Silesiae magno plausu, et acclamatione salutatus fuit. Sub huius regimine Academia Caesareo-Regia Theresiana Nobilium Vindobonensis, curae, ac disciplinae Patrum supra laudatorum subiiciebatur, cum ante maxima laude Rectoris Personam pro dignitate sustinuisset; cui Auctor multos annos, diuturnamque incolumitatem precatur.

BRUNI (*Bruno a S. Ioanne Baptista*) nobilibus parentibus editus est in lucem Florentiae Anno MDCCXIII. Iuvenis praeclaro ingenio, studiorum cursum feliciter in natali solo apud Clericos Regulares Piarum Scholarum emensus, continuo egit, ut horum Instituto, cuius amore flagraverat ab ineunte aetate adscriberetur. Voti compos factus est Anno M. DCCXXIX. Completo tirocinii religiosi tempore humanarum, Divinarumque scientia egregie imbutus post tradita pluribus annis Grammaticae, Poeticae, atque Oratoriae Artis fundamenta, Philosophiam, ac Theologiam Florentiae, et Romae summo plausu, atque adprobatione, nec minore audientium fructu explanavit. Hac de caussa celeberrimi nominis sui femu propagata, editaque cempluria vastae eru-

di-

ditionis praesertim in Theologia, et admirabilis industriae specimina Serenissimum Mutinae Ducem eo adduxerunt, ut misso a se diplomate ipse Aulae suae Theologus renunciaretur. Ob praeclaras animi dotes Romam accersitus eximiam de se opinionem pluribus prelo subiectis ingenii monumentis luculente adeo confirmavit, ut apud nuper mortalibus exemtum Pium VI. Romanum Pontificem in arduis negotiis frequenter consultus gratia, et euctoritate plurimum effloruerit. Privilegiis ornatus variis, Episcoporum quoque Examinatorem egit tamdiu, donec laboribus ac senio fractus gloriosum scribendi adversus liberioris ingenii homines, ac vivendi finem fecisset Anno Aere Christianae MDCCXCVI. Aetatis LXXXIIII. Instituti suscepti LXVII. Romae in Collegio Nazareno pietate, ac litteris florentissimo.

Opera edita his prostant inscriptionibus.

1) Del buon' uso della educazione: Trattato di Bruno Bruni Chierico Regolare delle Scuole Pie Theologo di sua Altezza Serenissima il Duca di Modena, ed Esaminatore del Clero Fiorentino. In Roma nella stamperia di Giovanni Zempel Anno MDCCLXXIII. 8vo.

2) Esposizione delle dottrine riguardanti la grazia, ed i sacramenti di Bruno Bruni Chierici

erici Regolari delle Scuole Pie Theologo di sua Altezza Serenissima il Duca di Modena, ed Esaminatore del Clero Fiorentino. In Roma nella stamperia di Giov. Zempel nell' Anno M. DCCLXXIV. 8vo.

4) Difesa degli Apologisti della Religione Christiana di Bruno Bruni C. R. delle Scuole Pie umiliata alla Santita di nostro Signore PP. Pio VI. In Ferenze per Gaetano Cambragi nell' anno MDCCLXXVIII. 8vo.

6) Breve confronto del Libro di Tortulliano *de praescriptionibus* coll' analisi fattane mi Pavie. In Bologna anno MDCCLXXXIV. 8vo.

7) Sancti Maximi Episcopi Taurinensis Opera, et Jussu Pii VI. Pontificis Maximi aucta, atque adnotationibus illustrata, et Victorio Amadeo Sardiniae Regi DD. Romae Anno MDCCLXXXIV. typis Sacrae Congregationis de Propaganda Fide in folio maiore cum multis veterum manuscriptorum speciminibus ad aeneas tabulas Calchographi mana scitissime relatis cum ampla eaque recondita eruditione referta praefatione. Hoc in opere septem annis nostri Brunonis Bruni versabatur industria, atque omnem ingenii vim eo retulit, ut optimae summi Pontificis voluntari ad exitum feliciter perductae cumulatissime responderit. *a*)*) BRU-

a) Ut vero praestantia huius operis, atque excellentia merita laudati Pontificis Maximi cum insignes, et ardui

BRUNI (*Philippus a S. Catharina*) natale solum solum habuit Romae Anno MDCCXV. stirpis

ardui conatus à Doctissimo Brunone Brunoni exantlati, penitius noscantur, placet mihi duosum magna erditione florentium hominum de his sententiam propriis verbis conceptam hic loci lectorum oculis subiicere. Nominamus honoris caussa scilicet Petrum Aloysium Galetti Episcopum Cyrenensem, et Stephanum Borgiani Sacrae Congregationis de Propaganda Fida a Secretis; quorum prior „ Magna semper in laude, inquit, positum „ fuit a sapientissimis viris, veneranda Ecclesiae „ monumenta, Sanctorum Patrum praecipue, quae „ supersunt, scripta sedulo inquirere, atque e „ tenebris, in quibus per plura saecula iacuerunt, „ educta in publicam lucem, et litteratorum ho„ minum notitiam proferre, sed in maiori procul „ dubio omnia sic conquisita in unum corpus col„ ligere, vera a falsis severiore Critices arte se„ cernere, singula iuxta annorum seriem chrono„ logiae ope, quoad eius fieri potest, digerere, „ atque opportunis animadversionibus Auctoris „ sensa expromere, atque illustrare. Nihil enim „ ad sacram Historiam exornandam aptius, nihil „ ad Ecclesiae traditionem tuendam utilius, nihil „ ad confirmandam catholicae doctrinae veritatem „ adcommodatius excogitari videtur posse. Haec, „ quum prudentissimus Dominus noster Pius VI. „ Pontifex Maximus, pro eo, quo pollet, ingenii „ acumine, eruditione sapientia, religionisque „ studio, probe intellexisset, ex quo praesertim „ ad supremam illam Beati Petri cathedram do-

„ ctri-

stirpis autem nobilissimae traxit originem a Comitibus le Brun (Brown) e Scotia. Etenim huius

„ ctrinae orthodoxae , et apostolicae traditionis „ immaculatam sedem divinitus evectus fuit, in „ quotidiana Ecclesiarum omnium sollicitudine il- „ lud summopere, ut Sancti Maximi Episcopi Tau- „ rinensis Homilae, et opuscula omnia magno „ sumtu ex omnibus fere Europae Bibliothecis eru- „ ta, praeclaris notis aut explicata aut confirma- „ ta splendidissimis typis in lucem prodirent. A „ primis enim adolescentiae animi in ipsorum le- „ ctione diligentissime, summaque animi sui vo- „ luptate versatus, optime noverat, tantam esse „ Sanctissimi Scriptoris doctrinam, eloquentiae „ gravitatem, svavitatamque, ut iure merito su- „ perioribus saeculis dubitatum fuerit a doctis „ Viris, *teste Bellarimmo de Scriptoribus Ec-* „ *clesiasticis*, Magnone Ambrosio Mediolanensi, „ an Sancto Maximo Taurinensi sermones plurimi „ essent adiudicandi. Hanc provinciam Clarissi- „ me Viro Brunoni Bruni e Scholarum Piarum „ Ordine demandavit, qui ingenti sane labore „ utrumque ita praestitit, ut, cum omnia adcura- „ te perlegerim, non solum nihil in iis offenderim „ a puris dogmatibus, rectaque morum institu- „ tione alienum, sed etiam incredibiliter laetatus „ sum, quod tanti Pontificis Ecclesiae Catholicae „ bono, ac decore infestissimis hisce temporibus „ Divina nobis clementia concessi, desiderio docte, „ diligenterque fuerit satisfactum. Ex Actibus S. „ Callisti die X. Maii Anns MDCCLXXXIV. — Pe- „ trus Aloysius Galletti Episcopus Cyrnensis. *)

*) Si-

cuius Avus Iacobi II. Scotiae, et Angliae Regis vestigia sequutus omnibus Catholicae Religionis causa

*) Similia proferens alter (Stephanus Borgia) ita orationem orditur: „Sanctorum Ecclesiae Patrum, et „eorum praesertim, qui priora adtigerunt Christianae Religionis saecula, ea est auctoritas, dignitas, et praestantia, ut eorundem opera iam „pridem scriptis consignata non anxie solum perquisita, studiose collecta, ac sedulo perpensa, „sed etiam religiose venerata perpetuo fuerint. „Nec sane id mirum cuipiam videri debet, cum „Sacri huiusmodi Scriptores ii sunt, ut loquar „Magni Augustini Antistitis verbis Libro II. contra Iulianum, qui, quod invenerunt in Ecclesia tenuerunt, quod didicerunt, docuerunt, quod „a Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. „Quoniam vero talibus post Apostolos, ut pergit „Augustinus ibidem, Sancta Ecclesia, plantatoribus, rigatoribus, aedificatoribus, pastoribus, „nutritoribus crevit, iam sua sponte fluit, in „ipsorum scriptis, et purioris fidei dogmata, et „sanctioris disciplinae instituta potissimum esse „conquirenda. Hinc iure meritoque a Sixto III. „Romano Pontifice ad Ioannem Episcopum Antiochenum scriptum accepimus: Nihil ultra liceat novitati, quia nihil adiici convenit vetustati. Dilucida, et perspicua maiorum credulitas, „nulla coeni permixtione turbetur. Patet ergo „huiusmodi studium, et lectionem assiduam esse „oportere, utpote, quae in libris peragatur, quos, „ut ait Hieronymus ad Laetam scribens, inoffenso decurrat pede quicunque ipsos versandos ag- „gre-

caussa relictis cum sua familia sub Clementis XI. P. M. patrocinio liberaliter alebatur. In Col-

„ grediatur. Huiusmodi enim est emolumentum, „ quod ex ipsis emanat, ut tamquam Regiam vi- „ am incedentes, ut loquitur septima Generalis „ Synodus, qui hac lectione delectantur, ad ve- „ ritatis agnitionem tuto perveniant. Quod ergo „ ab ipsis Ecclesiae Patribus ergo Maiores suos „ exhibitum obsequium aceepimus, quod a Roma- „ nis Pontificibus commendatum in eosdem stu- „ dium vidimus, quod denique ab ipsis Conciliis „ Generalibus in Spiritu sancto congregatis rite „ peractum recepimus, totum nunc integratum, „ quis dixerit, qui S. Maximi Episcopi Taurinen. „ opera, homilias, nempe sermones, atque tracta- „ tus undequaque comparatos auspice SS. D. N. „ Pio VI. Romanam Ecclesiam nunc feliciter mo- „ derante in publiaam lucem emitti videat. Quod „ igitur excitat tanti Pontificis providentia, quod „ eiusdem probat auctoritas, pietas fovet, libera- „ litas perficit, tanti ponderis est, ut nullus suf- „ fragio nec locus relinqui videatur. Ceterum vo- „ lens lubens commendabo Cl. Viri Brunonis Bru- „ ni Clerici Reg. Scholarum Piarum diligentiam, „ et eruditionem, quam in singulis, quae ad ipsum „ pertinent, nitescere, citra ullam fidei, ac mo- „ rum labem non dubito. Exeat ergo quam ci- „ tissime in manus hominum, et volitet per ora „ virum opus dignum hac litterarum luce, dignum „ Romana pietate, ac magnificentia, dignum et „ ipsis propagandae fidei typis, quibus excuden- „ dum

Collegio nostro Nazareno inter Alumnos eruditus nondum adolescentiam egressus admirabilis ingenii gloria florere coepit, et non obstantibus dilectae Matris lacrimis aliisque difficultatibus Ordini Scholarum Piarum A. MDCCXXVIII. Tusculi nomen dedit. Expleto ihidem probationis tempore, studiorumque curriculo maxima cum laude primum Neapoli, deinde Romae absoluto, luculente patefeeit, quantum ingenii acumine, atque eloquentiae praestantia valeret, quam primum Panormi Regio in Collegio, demum Urbini, ac postremo Romae in Collegio Nazareno summa elegantia, et svavitate carmen fundens aures, atque animos discentium demuleeret, sive ad frequentissimam Auditorum coronam maximo applausu, et pari utilitate Rhetoricae praecepta explanaret. Maiorum auctoritate in Siciliam eidem Collegio Panormitano praeficiendus plena rerum gerendarum potestate missus est, unde tamquam illius provinciae suffragator, quem nos *vocalem* vulgo adpellare solemus ad Comitia Generalia Anno Anno MDCCXLVIII. Romam accessit. Dum Neapoli consisteret, Comes le Brun (Brown) unicus e familia superstes ad eum Bruni

„ dum commissum est. Romae ex Aedibus S.
„ Congr. de prop. fide VII. Maii MDCCLXXXIV.
„ Stephanus Borgia S. Cong. de Propag. fide a
„ Secretis.

misit, ut promta navi, parataque ad iter necessaria pecunia Londinum accederet, atque integram eius haereditatem reciperet. At ille constanter renuens suum perfecit iter, ac Romam versus contendit. Redux e Comitiis Generalibus Collegii Nobilium Urbinatensis Rector constitutus, nobilitate, et numero convictorum per sexennium illius Collegii decus amplificavit, et novo praedio locupletavit. Ad hospitium apostolicum S. Michaelis in Urbe regendum vocatus, singulari prudentia, dexteritate, ac praecipue erga erga illos pauperes iuvenes caritate per duodecim fere annos ita se gessit, ut his egregiis dotibus Eminentissimorum Cardinalium Protectorum existimationem, et amorem sibi comparaverit. Interim studiis vacans, ac potissimum Canonicis, apud nonnullos Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinales, ac praesertim apud Eminentissimum Ioannem Franciscum Albani, cui fuit aczeptizsimus, Theologi munus sive consilio, sive scriptis optime elucubratis, vel in caussis defendendis, pro Sanctis super aras collocandis, vel in aliis cuiusccunque generis difficultatibus apud Sacras Congregationes explanandis semper sustinuit Roma universa plaudente, etiam cum per Regium diploma regnantis Poloniae Regis Theologus apud sacram Sedem pro suo Regno fuit designatus. A. MDCCLX.

Co-

Comitiis Generalibus Romae Provinciae suffragator (seu Vocalis) interfuit. Anno vero MDCCLXV. Nonis Augusti Liddae Episcopus electus, et Sabiniensis Vicarius in vasta illa Dioecesi eam diligenter visitando, atque in caeteris laboribus alacriter obeundis Episcopum Sabiniensem, opere, industria, fide, ac doctrina veluti antea fecerat, usque ad mortem adiuvit. Acceptissimus praecipue Sanctissimo Domino nostro Clementi XIV. P. M. cuius opera, et studio in arduis etiam rebus utebatur, animique sui erga ipsum significationem patefecit; aliquibus Eminentissimis Viris de eius obitu, quem Romaë in eodem Platio eiusdem Eminentissimi Episcopi Cardinalis evenisse nuntiatum est, magnum sui relinquens desiderium ipsi Cardinali summopere, suique Instituti hominibus nonminus, atque exteris omnibus moerentibus de tanti Viri iactura ex morbo torpedinis, Undecimo, Calendas Octobris anno MDCCLXXXI. aetatis annorum LVI. Mensium II. Dierum III. Episcopatus VI. Mensium II. Dierum XVI. Huius cadaver in Sacris Scholarum Piarum Aedibus ad S. Pantaleonem elatum more, atque adparatu Episcoporum parentantibus Instituti sui Alumnis, et Archi-Episcopo Apameae inferias agente, decoris vestibus indutus, funebrique pompa in com-

muni suorum Fratrum, ut ipse in votis habebat, Romae tumulatum esse.

BUKOWSKI (*Thadaeus*) Polonus primum vitali aura frui coepit in Palatinatu Sandomiriensi Anno MDCCXXXIX. Iuvenis liberalibus excultus artibus Piarum Scholarum Ordinem suscepit Anno MDCCLIX. Ingenium excellens, ac docile nactus disciplinarum severiorum cursum non mediocri laude, ac commendatione superavit. Deinde post doctas omnes Grammaticae Classes, ac Rhetoricas institutiones, humanarum Divinarumque rerum scientiam Instituti nostri Iunioribus ingenti cum fructu explanavit plurium annorum intervallo. Modo Vir praeclarissimus in lectione librorum assiduus Rectoris personam in Collegio Varsaviensi pro dignitate sustinet. Scripsit varia carmina tum Lyrica tum Elegiaca: quaedam ex iis typo expressa sunt veluti: a) Elegia Pio Pleisand Chirurgo Medico suo dicata Latino, et Polonico idiomate. b) Ode ad Alexandrum Comitem Potkanski Praefectum Radomiensem Anno MDCCLXXII. 4to. c) Ode ad Reverendissimum Patrem Demetrium Reszczynski Provinciae Praesidem A. MDCCLXXXV. 4to. d) Ode ad Rev. Patrem Valerianum Waskowski Provinciae Praefectum A. MDCCLXXX. VI. e) Ode ad Ioannem Albertrandi Officialem Archi-

Archi-Diaconatus Varsaviensis, Episcopum Zenopolitanum recens consecratum A. MDCCXCVI. f) Ode ad Franciscum II. Romano Germanicum Imperatorem, dum ei fides obedientiae a Gallicanis die XVII. Augusti Anno MDCCXCVI. Cracoviae praestaretur. Altera ode in eiusdem Natalem diem IV. Octobr. MDDCXCVI. g) Ode ad Fridericum Wilhelmum II. Prussiae Regem dum V. Iunii A. MDCCXDVIII. Regiomontii solenni adparatu coronam sumeret.

BULGARELLI (*Ioannes Prosper a S. Ubaldo.*) Huic Viro praestanti natale solum obtigit Carpium, in qua ditionis Mutinensis Urbe Anno MDCC. vitam accepit. Fundamenta Linquae Latinae, ac humaniorum litterarum cursum partim Florentiae, partim Romae apud CC. RR. Scholarum Piarum emensus Instituto eidem Anno MDCCXVIII. se totum devovit. In eo sive Philosophicis, sive Theologicis disciplinis operam navaret, luculentis ingenii, atque industriae speciminibus enicuit. Maiorum iussu Philosophiae docendae admotus, ipsam cum magno applausu, nec minore Auditorum fructu explanavit. Hinc nomen ipsius vel post fata ab oblivione vindicat praeclarum opus vernacula lingua scriptum: *Dell ignorante senza scusa* etc. Urbini editum Anno MDCCXXX. cuius Eruditi Lipsienses in

supplementis ad Nova Acta MDCCXXXV. T. I. pag. 280, et sequentibus insigniter meminere *a*). Ro-

---

a) Ita illi : *De ignorante sensa scusa* etc. hoc est : *De inexcusabili bonarum artium, atque litteratum ignorantia Libri III.* P. Ioannis Prosperi a S. Ubaldo Clerici Regularis Scholarum Piarum, Lectoris SS. Theologiae in Collegio Urbinatensi, et Academiae Adtonitorum (Assorditi) Socii. Urbini in Typographia Ven. Capellae S. Sacram per Antonium Fantuzzi Anno MDCCXXX. 4to. Alph. 1. pl. 7. Praefationis instar est caput primum, ubi de fine, idea, et methodo operis agitur. Cum uniuscuiuscunque hominis sit docere, quae sciat, alter nesciat, eaque res ad honorem Dei, communemque utilitatem pertineat, hunc sibi finem etiam proposuit Rev. Auctor, cepitque consilium ostenso, ignorantiam excusationis expertam esse, excitandi ignaros ad deponendam ruditatem, exteris autem subiiciendi stimulos ad persequendum alacriter litteratum laborem, proposuitque sibi, quem sequeretur *Paulum Segnerum* cuius *Incredulitas inexcusabilis* (ita malumus latine dicere, quam Incredulum, aut Ignorantem inexcusabilem) et exemplo sibi fuisse fateatur, et defensionem praestare contra reprehensores posse sperat, licet ad reliquam illius Viri in laudato ipso opere praestantiam adspirare se modeste neget. Opus suum ita dividit, ut primo Libro agat de natura, atque origine ignorantiae; de divisione illius invincibilem, quarum illa excusatione caret. Tum ad rem adgreditur, et illam excusationem, quam a se, suoque ingenio petunt quidam rudes omnium rerum,

Romae deinde Consultor Sacrarum Congationum de indulgentiis post traditas magna sui nominis com-

rum, cum dicant se, et naturali illo, qui alios impellit, stimulo, et ingenio carere, quo rem feliciter gerendam opus sit; hancque excusationem in Deum ipsum esse iniuriam contendit, neque minui eius absurditatem, si pro Deo, a quo neglectos quidam dicunt, naturae nomen substituatur. Haec libro primo, e quo illud hic observare liceat, reperti ab illo, non probari, quae vulgo de ingeniorum varietate a locis, ac temporibus natalibus derivanda feruntur. De locis, ut qui polo septemtrionali (quidni et australi?) viciniores sint, eo nascantur stupidiores, agrestioresque: intra tropicos editi nimium sint calidi, leves, et ad maius quoddam studium inepti; felices soli, qui interiectis inter extrema ista climatis exoriantur. De temporibus forte minus vulgaria, sed magis forte absurda, qui hiberno frigore nascantur, illos esse sterili ingenio, amoeno autem, quorum vagitus primos exceperit; vividos, et calidos, qui aestate in lucem prodeunt, qui autumno mediocres, tum qui die eduntur, eos sereno, et candido ingenio esse; obscuro, qui nocte. Ita montium altitudo ut ad loca redeamus, sublime conciliat ingenium; depressae valles humilitatis suae aliquid mentibus nascentibua affricant: capacia fiunt ingenia eorum, qui in planitie nati sunt, phlegmatici, et minimae emunctae naris homines, quos maris primum ventus afflavit. Sed non est is Auctor noster, qui talia probet, sed ad educandi potius rationem refert maiorem illius discriminis par-

commendatione Theologicas disciplinat constitutus, Praefecti quoque Convictorum, ac Vicarii

---

partem. Libro secundo ostendit Auctor non ita difficiles esse bonas artes, ut deterrere homines, aut excusationem illis praebere debeant idque per genera eundo totidem capitibus de Grammatica, Dialectica, Rhetorica, Poetica, Philosophia rationali, Metaphysica, Theologia, et reliquis declarat. Videamus de Theologia. Nemo sublimitate, et reverentia, quae debetur huic disciplinae deterreri debet, quo minus illam tractet. Non ego, inquit Auctor, sublimem esse. Lepidnm Dantis ingenium, sicut Lunae comparavit Grammaticam, Dialecticam Mercurio, Rhetoricam Veneri, Arithmeticam Soli, Marti Musicam, Iovi Geometriam, Astrologiam Saturno, Physicam Stellis, Galaxiae Metaphysicam, Chrystallino coelo Moralem doctrinam: ita acute Empyreo coelo Theologiam assimulavit, quae reliquas disciplinas omnes, nobilitate obiecti, et certa principii veritate superet. Inde tameu non efficitur, plane superari ah illa naturalis mentis nostrae vires, modo illa fidei luminibus roboretur, ad quam pervenire licet, quicunque obdurare nolit aures ad vocem S. Ecclesiae. Hinc infidelis nemo potest esse Theologus, ut ait Hilarius. *A Deo discendum, quod de Deo intelligendum sit.* Potest contra ea esse Theologus, quicunque vere est Catholicus, qui post fidem susceptam possit, et velit levem suscipere laborem quaerendi, et audiendi ea, quae de his, quae de fide percepta sunt, argumentantur Theologi, aut Polemici, aut Scholastici, aut Morales, quae

rii Rectoris in Gollegio Nazareno, atque ab anno MDCCXLII. usque ad supremum diem Rectoris

quae quidem non longe quaerenda sunt, summi Theologi, quos hoc ordine nominibus suis laudati Dionysii, Theodoreti, Clementis Alexandrini, Tertulliani, Arnobii, Athanasii, Lactantii, Eusebii, Pamphili (disiunxit enim Auctor amica nomina nec male) Basilii, Origenis, Chrysostomi, Damasceni, Nazianzeni, Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Gregorii Magni, et tum demum Cypriani etc. Sequuntur Scholastici quidam, et ex eorum numero, qui vivunt, vel nuper fuerunt numero Illustrissimi tres Cardinales Alvarus Confugeos, Angelus Maria Quirini, et Vincentius Gotti. Qui omnes docent, non esse ἀνέβικτον Theologiam, sed instar haberi altorum montium, qui procul intuentibus in acutum fastiguum videntur exire, propius accedentibus latum, et capacem habere verticem deprehenduntur. Si quis forte expectet Lector exponi hic difficultates, quas caussentur ignorantiae fratres, et patres, linguarum sanctarum rationes abstrusas, antiquitatis omnem cognitionem, encyclopaediam quamdam, quae undique arcessat sacrae doctrinae praesidia, ille fallitur, et aliorum mores ad nostros refert. Ne tamen plane ea de re tacere putemus, subiicietur disputiuncula quaedam de Scholastica Theologia. Non potest, inquit Auctor, eam factam esse labyrinthum verissimam, et inextricabilem. — Huius rei si quis a me finem quaerat, respondeam me nescire, sed pie tamen credere, factum esse ideo, ut suppeditaretur ingeniis occasio, in qua subinde

ris munus variis in Domibus egregie sustinuit. Bis suffragator, et semel Procurator universi Or-

de magis acuantur, quo facilius deinde in maiorem se rerum cognitionem penetrare possint. Abesse a me illam mentem Deus iubeat, ut unquam excedat mihi de recentioris aetatis Doctoribus, pleta ab illis, et stipata volumina sua acervis infinitis controversiarum innumerabilium pertinentium maiorem partem ad nominum significatus, idque factum sola contradicendi libidine, eaque re in stultum furorem arreptos partium suarum, et disciplinae studiosiores. Deus, inquam, illam a me mentem prohibeat, nunequam ego vel suspicari ausim regnasse, aut regnare adeo in animis sapientium, et religiosorum hominum, quin vel in umbra eorum malignum illum contradictionis spiritum, multo maius invidiae. Atque nuper adeo me excandescere memini cum ista ex aliis audirem. Heus! dicebam, quis vos docuit aadacter adeo murmurare contra Theologos! O Ciaini, Ischariotae, Scribae, Pharisaei linguae parricidales! Ista cum turbido vultu, dentibus infrendens, dixissem tergo obverso fugi. „Ignorantiae Theologicae specimen profert Plur. Rev. Auctor illud, ex quo totius generis rationem vult intelligi. In disputatione Theologica Is, qui adversarii (opponentis) personam sumserat, laudabat, elogiis quibusdam praemissis, quae nonnisi Catholicis Viris tribuuntur. Iacobum Piccininum nobilem huius aetatis haereticum, suae patronum sententiae. Hinc obmitescente Discipulo (quem nos Respondentem vocamus) Lector (nostris moribus Prae-

Ordinis Comitiis Generalibus interfuit. Postremo in hydropem incidens, huius molestiis invicta

---

Praeses) Veneror, inquit, Clarissimum Piccininum, eius tamen doctrinam, cum nostrae adversetur, minime amplector. Cui adversarius posita persona; Ego vero, inquit, minime vereor scelestissimum haereticum, nec assentior proscriptae, mentitaeque eiusdem doctrinae. Sed iam tertii Libri argumentum indicandum est. Hic adversus ignorantium voces ostendit Auctor, litteras utiles esse integris Rebuspublicis, Religioni pietati, et vitae adeo aeternae consequendae. Indicant tamen deinde studia, quaedam vere inutilia, etiam noxia: idque ipsum accidere posse docet litteris non tamen profanis, verum sacris etiam. Haec vero non prodesse ad legendam ignorantiam, deinde disputat, quasi nunquam haec noceat saepe eruditis, cum privata pariter, ac publica damna maxima ignorantiae debeantur. Sunt tamen hic plura, quae propinare Lectoribus possemus; sed vela contrahendi tempus est. Hoc modo adiiciamus, ignorantiae specimen. Quis non in hilarem risum solveretur, inquit Auctor, cum videret idiotam aliquem attente considerare historiam Philonis Hebraei typis Romanis antiquissimis eleganter impressum, audiretque deinde exclamantem. Vah! quantus typorum nitor, quam venuste imprimebant libros tempore magni huius Philosophi. Rideantur caetera. Sed cum Philonem dixisset Philosophum accuratius dixisse videretur; quam ille, qui Historiam Viro tribuit, cuius, quae vocantur ἱςορικα in operum eius Catalogo ad ἐξηγητικα potius, vel ἀναγωγικα pertinent.

victa patientia toleratis Divinae voluntati conformis viam aeternitatis ingressus est in Domo Rheatina XII. Octobris A. MDCCLXXIV. Aetatis quarto, et septuagesimo; Instituti suscepti sexto, et quinquagesimo, cui praeter multos alios PP. Ordinis Praedicatorum gratum animum testaturi solennes exéquias persolverunt.

BUONGIOCCHI (*Ioannes Aloysius a S. Francisco Xaverio*) Ferrariae natus est Anno MDCCXXVI. Admodum Adolescens aucto, facilique ingenio praeditus completo humaniorum litterarum cursu Scholis Piis nomen dedit Anno MDCCXLI. sublimioribus scientiis imbutus post fundamenta linguae Latinae, Poësim, ac Rhetoricam summo plausu docuit, ac demum Florentiae adscriptus Provinciae Hetruriae, Philosophorum placita magna diligentia explanavit. Cum vero in Comitiis Generalibus A. MDCCLIV. Romae convocatis, communi Patrum conscriptorum consensione, ac fere omnium suffragiis Eduardus Corsinus, qui publicam Philosophiae professionem Pisana in Universitate maxima nominis celebritate obtinuerat, supremus universi Ordinis Moderator eligeretur. Romam Buongiocchius accitus primum in Collegio Calasanctio, ac deinde in Nazareno Rhetoricae praecepta laudabili perspicuitate interpretatus, Auctorem veteris

teris Latii cognitione, ac Romae eloquentia, Graecaque lingua Iuventutem pluribus annis optime instituit, unde apud Academias, et Viros eruditos constanter, magna sui nominis gloria effloruit, simulque Clementem XIV. P. M. auctoritate in Academia Ferrariensi a se restituta, cathedram Eloquentiae Romanae lauto stipendio conductus plaudentibus civibus obtinuit. At quoniam biennio nondum evoluto Ferrariensis Caeli temperies, quae eidem, ut natale solum primis pueritiae annis favebat, modo provectae aetatis Viro infesta, ac propemodum exitialis esse videretur, coactum Medicorum consilium eidem Romam ad auram salubriorem reditum svadebat. Urbem igitur repetens post breve temporis intervallum morbo superato valentior factus Vicarium, ac Rectorem in Collegio. Nazareno egit, postremo Provinciae Romanae Praefecturam gessit, quo in munere non minus ipsius caritas, quam dexteritas enituit: Rude donatus, dum in Domo Probationis Deo, sibi, otioque litterario vacaret, apoplexia ictus vivere desiit Romae Anno MDCCLXXXV. Plura scripsit, atque edidit, nos solum, quorum certam notitiam habemus, referenda putamus. Nempe

1) In funere Revevendissimi Patris Paullini Chelucci a S. Iosepho Praepositi Generalis Clericorum Regularium Scholarum Piarum Oratio habita

bita in Ecclesia S. Pantaleonis a Ioanno Aloysio Euongiocchi in Collegio Calasanctio Eloquentiae Professore ad variorum Ordinum Praepositos Generales, ac Lectores Archi-Gymnasii Romae sapientiae togatos honoris caussa convenientes Romae Nono Calend. Febr. A. MDCCLIV. eodemque anno in Typographia Zempeliana publicis iuris facta. 4to.

2) Oratio in funere Reverendissimi Patris Antonii Bremondii Perpetui Generalis Praedicatorum Ordinis Magistri dicta in Basilica S. Mariae supra Minervam ad Eminentissimos S. R. E. Cardinales a Ioanne Aloysio Buongiocchio Cl. Reg. Scholarum Piarum in Collegio Calasanctio eiusdem Instituti Eloquentiae Professore Anno MDCCLV. Romae, ibidemque luce publica donata in typographeo Hieronimi 4to. Racusa fuit haec Oratio, et adiecta Politi Orationibus. Varsaviae. 8vo.

3) Oratio sermone Italico funebris in morte Reverendissimi, atque Illustriss. Iuliani Sabbatini e Scholis Piis Episcopi Mutinae a Ioanne Aloysio Buongiocchio eiusdem Instituti recitata, et Romae typis Zempelianis vulgata MDCCLIX. fol. Huius meminere cum laude ad eundem annum Ephemerides Litterariae Venetae p. 188. et pag. 405. In illis quoque laudetur tamquam *Eruditissimus Pater*, ob descriptam in

Vil-

Villafranca, et in reditu Mantua Veronam communicatam cum harum Auctore inscriptionem.

4) De Beati Iosephi Calasanctii a Matre Dei CC. RR. Scholarum Piarum Fundatoris virtutibus, ac rebus gestis Oratio, cum Idem a Clemente XIII. P. M. sanctorum fastis adscriberetur, dicta in Sacris Aedibus ad S. Pantaleonem coram Nobilissima Purpuratorum S. R. E. Cardinalium corona, spectatorum Auditorum frequentia Sexto Calendas Septembris A. MDCCLXVIII. a Ioanne Aloysio Buongiocchio a S. Francisco Xaverio eiusdem Instituti. Romae typis Zempelianis edita in 4to.

5) De Academia Ferrariensi a Clemente XIV. P. O. M. restituta. Accedit Oratio habita (subaudi a Ioanne Aloysio Buongiocchio C. R. Piar. Schol.) IV. Nonas Septembris A. MDCCLXXI. in solenni Studiorum instauratioue. Ferrariae ex Typ. R. C. Ap. 4to.

6) Oratio festa die Resurgentis Domini habita in Sacello Pontificio a Convictoribus Collegii Nazareni. Romae in Typographeo Zempeliano Anno MDCCLXXIV. 4to.

7) Compendio di precetti retorici ad uso delle Scuole Pie (suppresso nomine) Roma nella stamperia di Giovanni Zempl MDCCLXXXI. 8vo.

8) Com-

8) Componimento Dramatico da contarsi nell Collegio Nazareno l'anno del Giubileo M-DCCLXXV. in occasione della publica Academia per la felice esaltazione di Nostro Signore Papa Pio VI. apresso Giovanni Zempel. Roma nel sudetto anno. 4to.

9) De insignibus praerogativis Sancti Petri, Principis Apostolorum, Vicarii Iesu Christi universalis Tractatus. Egregium opus hoc hispanico idiomate quadraginta supra centum annos conscripsit Venerabilis Dei Servus Reverendiss. D. Ioannes Palafox; et Mendoza primum Episcopus Angelopolitanus (in nova Hispania Americae) dein Oxamensis (in Castella veteri) Vir doctrina, et sanctitate clarissimus; quod dudum Romam translatum ex Hispanico in Italicum summa fide, atque elegantia vertit Ioannes Aloysius Buongiocchi Cl. Reg. Scholarum Piarum ante quindecim circiter annos. Quae interpretatio post huius mortem sanctissimo Domino nostro Pio VI. PP. dedicata, et publici iuris facta fuit a Postulatore caussae de Venerabili Servo Dei Ioanne de Palafox, et Mendoza etc. Tomis III. in 4to. Romae in typographia Collagii de propaganda fide A. MDCCLXXXVIII.

10) Vita interiore del Servo di Dio Monsig. D. Giovanni di Palafox, e Mendoza Vescova d' Angelopoli, ed Osima colla sua difesa sotto il tit-

tittolo d'Innocenza vendicata Tomo I. et II. si vende presso Gregorio Settari, e Compagni al Corso, all' insegna d' Onero nell' Anno MDCC. LXXII. 8vo.

11) Alethini Philaretae Epistolarum de Venerabilis Ioann. Palafoxii Angelopolitani, ac dein Oxamensis Episcopi Orthodoxia Tom. I. MDCC. LXXII. 8vo. Accedunt Appendices ad Alethini re PhilataeEpistolarum Tomum primum de Ven. Viri Ioh. Palafoxii Angelopol. ac dein Oxon. Episcopi Orthodoxia.

12) Il specchio delle imposture degli Accusutori del Ven. Servo di Dio Don Giovanni di Palafox. Appendix ad illustre Antipalafoxianorum maıediaentiae, doli, fraudis, moralis practicae speculum.

13) Alethini Philaretae Epistolarum de Ven. Ioannis Palafoxii etc. Orthodoxia. Tomus II. MDCCLXXII. 8vo.

14) Alethini Philaretae Epistolarum deVen. Ioann. Palafoxii etc. Orthodoxia Tom. III- Anno MDCCLXXIII. 8vo. Haec et alia insignia opera in vernaculam conversa, et variis animadversionibus illustrata id effecerunt, ut Doctissimus horum Auctor a Clemente XIV. P. M. cum omne punctum tulisset, mille praemii loco centusses obtinuerit, et Ferrariensem Eloquentiae Cathedram, quam post breve tempus cum Sede Antistitis

tistitis commutasset, nisi laudatus Pontifex inopinate bonorum omnium votis, publicaeque incolumitati, atque Urbi, et Orbi ereptus fuisset.

BURGRAF (*Gilbertus a S. Leopoldo*) Bohemus Budenicensis editus est in lucem Anno MDCCXIX. Ordini Scholarum Piarum adscriptus MDCCXXXV, qui absoluto sublimiorum disciplinarum cursu Scholas inferiores, et humaniores litteras egregie docuit. Sed mox cum ingenii perspicacia, et subacto iudicio polleret, scientiis humanarum, et Divinarum rerum tradendis admotus, primus in provincia Philosophiam recentiorum excoluit, et cum Mathematicis doctrinis coniunxit. Pari cum laude in Theologia Professor per plures annos versatus, simul et Praefecti Scholarum, et Pro-Rectoris munia obivit. Rector constitutus creditam sibi Domum Litomisliensem e prudentia, et mansvetudine gubernavit, ut cum nostros, tum exteros viros, praesertim Ecclesiasticos sibi devinxerit, eo simul omnes curas referens, qua Consultor Provincialis, ut Iuniorum nostrorum studia in dies magis eadem in domo efflorescerent. Cumque funesto incendio Collegii, et Scholarum aedes coflagrassent, multa sollicitudine ruinas instaurare nitebatur. Interea temporis etiam universae Provinciae praefuit, eiusdemque commo-

de

da et Instituti decus non minus auctoritate, quam benevolentia provexit. Tandem vagae arthritidis malo, accedente gangraena inter adstantium preces iter Aeternitatis ingressus est Litomislii Anno MDCCLXXVIII. Reliquit hic doctissimus MSSta, quae etiamnum in laudato Collegio servaatur, luce dignissima, Mathematica, Philosophica, et Theologicos Tractatus de prolegomenis, et locis Theologicis, de Deo uno, trino, et Angelis, de Incarnatione, Gratia Christi, Merito, et Iustificatione, de Actibus humanis, Conscientia, Peccatis, Legibus, et Decalogo, qui iam ad typum parati, utinam ocius in eruditorum luce versarentur. Legi merentur huius Assertiones Theologico-Scholastico-Dogmaticae, ex quibus, tamquam ex unque Leonem cognosces, quae praelo subiectae sunt Litomislii MDCCLIX. 4to.

BYLINS (*Ioannes alias Carolus a Iesu Matre*) mundum ingressus est A. MDCXLVI. Scholas Pias professus MDCCLXVI. Moravus Strasnicensis vulgavit *Syncharisticon*, et mandato Caroli II. (Lichtenstein) Episcopi Olomucensis Missale Dioecesanum compilavit Anno M. DCCLXXIX. Vid. Moraviae Historiam Politicam, et Ecclesiasticam cum notis, et animadversionibus criticis probatorum Auctorum, quam

compendio retulerunt Adolphus Pilarcz, et Franciscus Moravetz CC. RR. PP. SS. Part. III. p. 580.

BYSTRICKI (*Basilius a S. Aloysio*) Polonus Pias Scholas professus, absoluto Philosophiae, et Theologiae cursu inferiores Classes, ac Rhethoricam magno cum laude docuit Varsaviae, atque in aliis Provinciae Gymnasiis; modo suscepta animarum cura in Dioecesi Chelmensi vegetus moratur. Edidit Geometriam sive faciles modos dimetiendae altitudinis, longitudinis, latitudinis, et profunditatis versam ex Gallico idiomate in linguam vernaculam typis Collegii S. P. Varsaviensibus Anno MDCCXXVIII. 4to.

C.

CALASANCTIUS (*Iosephus a Matre Dei*) ingens ornamentum ac Decus, Auctorque Scholarum Piarum vetere, ac illustri CalasanctiorumDomo trahens originem in celebri Aragoniae Castro *Petraltae* vitales primum auras delibavit. Maiores suos inde ab Anno MCXVIII. bellicis laudibus claros habuit: *Fortunionem Dathium*, cui in praemium egregiae suae virtutis Arcem Calazan-

ziam

ziam a Mauris receptam *Petrus Rex Aragoniae* dedit, quam donationem Alphonsus *Petri* Frater transtulit in Ximenium *Fortunionem* primogenitum *Dathii*, et ius haereditatis, nomen *Calasanctiorum* adtribuit. Haec Maiorum Ornamenta plurimum auxit *Beltrandus* Anno M. CCXXVIII. subsidio manipularium suis e fortunis praestito, cuius industria singulari *Iacobo I. Albesae* castrum probe munitum vindicavit. Plures non minori gloria illustres, ac Regiam Fortunionum originem memorat Vincentius Talenti Annalium nostrarum Scriptor *a)* omnium tamen avorum gloriam longe superavit Petrus Calasanctius Praetor nobilis Castri Petraltae, qui e Maria splendidissimo Castoniorum sanguine orta post filium Petrum, pluresque filias Iosephum hunc nostrum suscepit anno eo ipso, quo stella fulgidissima sub octo se dies sub avitorum mundo spectandam dedit, quove Sanctus Ignatius Soc. Iesu Institutor caducam hanc vitam cum immortali commutavit, anno scilicet supra millesimum quingentesimum sexto, et quinquagesimo natalem diem habuit XI. Septembris no-

a) Onuphrius Sansone a S. Iosepho Siculus e CC. RR. Schol. Piar. Divi Iosephi nostri Genealogicam arborem a prima origine repetitam, atque in plures ramos diffusam aeri eleganter incidendam curavit Panormi MDCCLX. in folio mai.

nomenque sortitus est Iosephi consilio plane divino, qui et Aegyptii veteris illius calamitates, atque odia fratrum quorundam, quibus virtus, et pietas displicebat, experiretur, et vitae sanctimoniam studio servandae castitatis exprimeret, atque ad alterius Iosephi, cui adolescentiae nostri Servatoris cura relicta est, in formandis Deo parvulis imitator esset constantissimus. Tum etiam ideo Iosephus dici merito potuit, quod nomen יוסף Hebraeis augmentum significat. Auxit enim Ecclesiam militantem novo Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Instituto, qua in re Concilii Tridentini notis abunde satis fecit, triumphantem vero illam stella splendidissima in se ipso decoravit. *a)* A primis vitae incunabulis

---

a) Vitam Scholarum Piarum Institutoris multi sane vivis Eloquentiae coloribus adumbrarunt: Vincentius Berro a Conceptione B. V. M. Scholis Piis adscriptus Anno MDCCXXIII. Ioannes Carolus Caputi a S. Barbara, Gabriel Bianchi ab Annunciatione B. V. Mariae, Petrus Mussesti ab Annunciatione B. M. V. Cosmus Chiara a Iesu Maria Praeses Ordinis totius quartus, Alexius Armini a Conceptione B. V. M. Praeses Ordinis septimus. Omnes Fundatori sempiternae memoriae Iosepho Calasanctio a Matre Dei synchroni Scriptores. Ex Alexii

bulis virtutis cuiusdam divinae, quae Iosephum totum complexa est igniculi sese prodiderunt ita

---

Alexii vita scripta plurimum profecit Augustinus Passanti Procurator Generalis, qui nostri Auctoris res gestas excerptas, et a se congestas Anno MDCCX. Clementi XI. PP. dedicavit in 4to atque iterum prelo subiectas Anno MDCCXII. Imperatrici Amaliae Vindobonae obtulit Ephisius de Soto Real, qui Fundatore nostro adhucdum intet vivos agente Romae, atque in aliis Piarum Scholarum Domibus morabatur, illis depressus, ac fere exstinctis negotiorum, et sortis melioris caussa Madritum commigravit; atque ibidem vitam optimi Patris Nostri versam Hispanicam in linguam publici iuris factam Regi Carolo II. A. MDCLXXV. inscripsit in 4to P. D. Franciscus Maria Maggi Theatinus Panormitanus Instituti huius Hominibus familiaris amicus impetrata approbatione MDCLXXVII. ibidem typis vulgavit hoc titulo: *De vitae gestis Ven. Dei Servi P. Iosephi a Matre Dei CC. RR. Scholarum Piarum Fundatoris* A. MDCCLXXX. 8vo. Haec eadem typis repetita fuit in Polonia Anno MDCCXXX. 8vo; atque in Hungaria studio Michaëlis Horváth Hungari Anno MDCCXLI. Tyrnaviae in 8vo. Dominicus Maria Marchesi Ord. S. Dominici, ac deinde Anno M. DCLXXXVIII. Episcopus Puteolanus defunctus Anno MDCXCII. Hic cognito nostro B. Patre, et familiari consvetûdine cum sociis, atque alumnis usus litteris consignavit huius vitam, quae in Archivo Instituti Romani conservatur: Innocentius Ci-

ita ad omnem cultum, Religionemque docilis apparuit, ut multo etiam ante quam expedite loqueretur, preces a Domino, et Angeli salutationem acceptas edisceret, et quotidie coronam Virginis supplex recitaret, quam pietatem a teneris haustam ad eam usque aetatem studiosissime retinuit, qua in Coelos evolavit. Mox grandiuscula aetate pueros munusculis ad se alliciens avocare a vitiis, ad pietatem impellere, ad amorem Dei cohortari solebat, ut proinde Sancti apud omnes nomen adeptus instituendo abs se Ordini proludere quodammodo videretur. Humaniorum Artium doctrina satis iam excultus ad praestantiores Iurisprudentiae, ac Theologiae Facultates animum appulit, atque in iis quidem nulli secundus, innocentia vero, castimonia, moramque integritate supra caeteros eminebat. Quod enim tempus plerique Adolescentium, ludis

Cinacchi a S. Iosepho chartae, typisque mandavit fuse, pius in Ven. Patrem, huius res gestas Romae A. MDCCXXXIV. 4to. Vincentius Talenti hoc ipsum praestitit Florentiae MDCCXXXIV. 4to ac iussu Vicarii Generalis compendium historico-chronologicum vitae. Idem Romae, dum ritu solenni inter Beatos celebraretur, publica luce donavit MDCCXLVIII. 8vo. Latina Civitate donavit Ignatius Norbertus Conradi eiusdem Instituti sacerdos Hungarus, typisque exprimendum curavit Posonii Anno MDCCXCIX. 8vo.

dis, atque otio, Religionis ille, ac pietatis officiis impertiebat. Peracto studiourum curriculo laurea donatus, tametsi nondum sacris maioribus initiatus ab Episcopo Jaecae socius laborum adscitus est non sine magna Dioecesis utilitate. Iam vero mortuo Fratre sine liberis, ac parente in spem familiae destinatus ad nuptias morbo interveniente periculoso ab iis occasione mirabili sese expedivit. Quum enim ad mortem decumberet, facile a Parente Iosephus obtinuit, ut si convalesceret, coelibem vitam agere liceret. Itaque praeter opinionem omnem recuperata valetudine Sacrorum Ordine susceptione totum se Deo mancipavit, neque vero diu sibi uni vacavit. Cognita enim illius pietas, sapientia, integritas fecit, ut a pluribus Episcopis in Pastoralis sollicitudinis partem advocaretur. Quibus ille quidem non mediocri fructu operam egregie navavit; aetatis vero anno supra tricesimum Romam, quo divinitus vocabatur, se contulit. — Vitam Iosephus absconditam meditabatur, sed maius profecto aliquid, quod non ad urbem modo, sed ad christianam Rempublicam pertineret, Deo auspice aggressus est. Quum enim vir aeternae salutis maxime studiosus videret pueros infimae praesertim sortis necessaria educatione carere, qua exire cum inscitia passim vitia inspicerent, primo quidem sumtu suo magistros

quae-

quaesivit, qui pueros praeeunte ipso, ac pauperrimos sibi deposcente primis doctrinae christianae, ac litterarum elementis imbuerent. Sed dum id ad tempus duntaxat profuturum intelligeret, novum quoddam Institutum molitus est, cuius opera indefessa, perennisque illa charitatis in adolescentibus exercitatio perseveraret. Quam multas, quamquam acerbas ob suum institutum a domesticis ipsis, nedum ab aliis incurias, caluminasque pertulerit Iosephus haud facile dictu est. Illud sit instar omnium, quod sempiternae memoriae Benedictus XIV. ut perhibent, aspera quaeque, atque indigna, quae servo Dei extremam aetatem subeundae fuerunt, animo reputans Iosephum Jobum alterum appellare non dubitavit. Illud utique dolendum maxime, atque acerbum accidit, quod vineam a se tanto labore, ac studio plantatam, quaeque palmites suos longe lateque protulerit, dissipatam iam, atque a singulari Fera, parte maxima depastam, ac pene exterminatam conspexerit. Attamen novis his rerum asperitatibus ne vestigium de gradu constantiae detectus ostenderet. Contumelia enim, et convitiis lacessitus impudentissimis ita se ut illis delectari videretur; obtrectatoribus suis, quos coërcere facile potuisset, non aliam rependit vicem quam quae a Christo praescripta est, ut bene scilicet praecaretur iis,

a

a quibus iniuriam acceperat. Iam suprema dies aderat, qua Iosephus, eiusdem praescius post tot, et tantos labores, post tot longas aerumnas sempiterna quiete, ac beatitate frueretur: Itaque correptus morbo, quem Medici levem, et ultimum ipse affirmabat, christianarum virtutum, earumque maxime, quas id tempus posceret, in occursum Domini parare se, quam maxime studebat. Sanctissimo deinde corporis Christi Viatico corroboratus, et sacra demum unctione munitus lacrimas inter, ac precationes suorum sublatis ad coelum oculis, et pendentis e Cruce servatoris effigiem osculatus sui compos, et sensibus valens pacatissimum conditori suo spiritum reddidit Octavo Calendas Septembr. Anno Domini MDCXLVIII. ex Bulla Canonizationis. Modo de Operibus I. Poeticorum Operum de SSS. Triade, Eucharistia, et aliis sacris argumentis ac eodem Servo Dei adhuc Iuniore concinnatorum, et ad annum usque MDCCXXX. a Benevartensi conservatorum nulla peculiaris, et distincta legitur notitia. De multis adversariis Theologicis, Legalibus, variisque tractatibus a se cum Iudiciis, et Vicarii Generalis partes in Hispania ageret, et Theologi, personam apud Eminentissimum Cardinalem Columnam ageret, nullum superest vestigium. II. In exordio Scholarum Piarum Libellum in usum parvulorum com-

po:

positum prelo subiecit Italica lingua: *Alcuni misteri della vita, e passione di Christo signor nostro*, quo praecipua capita doctrinae christianae complexus est, quibus adiecit de patiente Iesu quasdam meditationes inscriptas: *Orologio della passione* cum brevi methodo eas quotidie mente volvendi. III. At princeps atque aere perennius opus, ingeniique monumentum efficiunt. *constitutiones Congregationis Piarum Scholarum in tres partes, et triginta capita tributae, Apostolica Gregorii XV. P. M. confirmatae admirabiles ob sententiarum gravitatem, ac sublimium documentorum, ob regulas religiosam perfectionem spirantes atque ita comparatas*, ut austeris, et lividis censoribus admirationi fuerint, omnemque tulerint approbationem. Versatissimus enim noster Pater Iosephus in sacris Litteris, Sanctorumque Patrum lectione horum sententias, atque effata in harum explicationem divino quodam collustratus lumine usurpabat: hae conservantur manu propria in quarta forma, et XCIII. phyliris constantes, et in Collegio S. Pantaleonis Romano, in quibus vernacula lingua diversae lectiones constitutionum, et circa munia distincta variorum in ordine ministeriorum hic declarata, ac auctoritate Comitiorum Generalium stabilita sunt. Porro libelli adsunt alii propria manu B.

Patris.

Patris scripti comprehendentes memorias historicas Congregationis, Religionisque Scholarum Piarum huius alumnorum solennibus votis obstrictorum. Index Domorum, et his Praefectorum animadversiones circa Scholas, et Discipulos. Horum respectu duplex superest exemplar quarumdam precum propria manu scriptum, et cum aliis Gymnasiis lingna vernacula hoc titulo: Modus recitandi coronam duodecim stellarum in honorem B. V. M. in usum nostrarum Scholarum, hunc his verbis absolvit. Hanc devotionem circa divam Virginem desidero, ut quotidie a nostris discipulis observetur, simulque digui efficiantur, his precandi formulis eius auxilia in vita, et morte. Fatebatur noster beatae memoriae Pater Iosephus fusis cum Iuventute scholastica his ad Deum precibus, quidquid opportunum erat, negotio facili, et optato effectu a se impetratum fuisse. Modum hunc recitando coronam etc. perspicue docet Scriptor Annalium Ordinis Nostri Vincentius Talenti in vita B. Fundatoris Nostri Romae impressa MDCCLIII. 4to. Lib. VII. pag. 643. IV. — Maximam partem a se Scriptorum efficiunt Litterae, quae Romae in plura volumina tributae summa veneratione splendide compactae custodivntur, quae licet circa res domesticas, et disciplam regularem versentur, non tamen sine fructu, insignique utili-

litate leguntur. Memoriae dignae sunt porro V. Sacrae Sententiae B. Iosephi Calasantii Fundatoris Schol. Piar. sic dictae facile LX. praecipuae, quas a Senctis Patribus, ac religiosae vitae magistris usu frequente suas fecit, hasque impense animo revolvendas suis alumnis commendavit.

CALVI (*Iosephus a S. Eleonora*) Messanae in Sicilia vitam accepit Anno MDCCXLII. Adolescens humanioribus litteris eruditus ad Scholas Pias adspirans Instituti huius veste amictus est MDCCLVII. Panormi religiosae vitae tirocinium emensus, continuo Romae absoluto Severiorum disciplinarum cursu in Regali Nobilium Collegio Messanensi eloquentiam, et Poësim maximo applausu, parique industria, et Discipulorum progressione admirabili, per plures annos docuit atque illius praecepta perspicuitate mira explanavit. Et quoniam ad bene et adposite dicendum non tam factus quam natus esse videretur, summam nominis celebritatem quamplurimis oratione soluta, et ligata elucubrationibus in lucem hominum emissis merito sibi comparavit. Dolendum, quod huiusmodi eximia ingenii specimina raro ad nos perveniant, quae, si vetus latium redolent, typis repetitis rediviva sistuntur. Consultoris ac Rectoris in Regali Messanensi Collegio munia dextera-

rita-

ritate tanta sustinuit, ut, qui ad Comitia Ordinis Romam suffragator Anno MDCCLXXXIV. Suffragator accederet, ab universa Provincia sua dignissimus iudicaretur. Inde redux Provinciae Praefectura, semel atque iterum ornatus, retenta iussu Regio Panormitani Calasanctini Collegii Gubernatione omnium exspectationi cumulatissime satisfecit. At morbo ex hepate, ac sputo sanguinis laborans Messanam reversus, malo ingravescente, voluntati Divinae conformis mysteriorum Sacrorum usu mirifice recreatus inter Fratrum tanti Viri iacturam acerbe dolentium preces ac lacrumas mortem laetus aspexit in Urbe Anno MDCCXCVII.

CANOVAI (*Stanislaus*) e CC. RR. Scholarum Piarum Hetruscus Vir doctrina praestans anterioribusque litteris excultus, et variarum Academiarum Socius innotuit mihi ex opera huius inscriptionis vernacula lingua concinato, Saggi di Dissertazioni Academich publicamente lette nella nobile Accademia Etrusca dell' antichissima Citta di Cortona Tomo VIII. in Firenze M. DCCLXXXII. nella stamperia di Pistro Allegrini 4. Num. XLIV. pag. 349-50-51. Fissa il Padre Stanislao Canovai Stolopio nella undecima Dissertazione l' anno magno degl' Etruschi, e valendost dell' autorità di Suida stabische non

solo

solo anno magno Etrsco, che comincia, e finsce col mondo, ed il cui periodo sono 12500. anni ramantati da questo Scrittore, ed impuna quinoi l' altre quatre.

CAPUTI (*Ioannes Càrolus a S. Barbara*) natus Jusculi A. MDCXVII. Romae ritu solenni votis obstrictus post absolutum studiorum cursum insigni Iuventutis progressione Scholas per plures annos docuit. Domos aliquot verbo, exemplo, et caritate, mira nexit. Ecclesiae S. Pantaleonis diligens Sacrrii Custos praefuit. Vivere desiit Neapoli A. MDCLXXXI. Multa sane litteris consignavit, quae Instituti nostri originem, incrementum, et maxime vitam, ac res gestas Divi Fundatoris nostri perspicue conplectuntur. Scripta huius *in sex pissa volumina* tributa, et nomine *notitiarum historicarum* insignita una cum *fragmentis historicis minoribus* Romae ad Archivum generale relata veluti fide dignissima conservantur.

CARCANI (*Nicolaus Maria a Iesu*) Vir ab insignibus animi, et doctrinae ornamentis maxime conspicuus, cuius praeclaris conatibus mors infesta si non intercessisset, summum profecto Instituto suo, ac Reipublicae decus adtulisset. Primam aspexit lucem in Gifforio Regni Nea-

Neapolitani pago MDCCXVI. Adolescens magna ingenii praestantes laude humaniorum litterarum cursum emensus Ordini Scholarum Piarum Anno MDCCXXXI. nomen dedit, in quo, cum pari laude disciplinis sublimioribus excultis floreret, Neapolim ad Collegium Regale accersitus, elegantiorem litteraturam Rhetoricam, et Philosophiam summa cum gloria per plures annos explanavit. Praefectas deinde ac Rector eiusdem constitutus, liberales artes, et studium praesertim Matheseos egregio conatu provexit. Speculam insigni adparatu Astronomico instructam erexit, atque Auctoritate Regia editis in publicam hominum lucem observationibus Physicis ac caelestibus, praecipue de horologiis solaribus, ac monumentis in Veteri Herculano repertis adeo partam sui nominis celebritatem geminavit, ut honoris gratia Membris Regiae Academiae Parisiensis adscriberetur. Suffragator Romam ad Comitia Ordinis Anno MDCCLX. et iterum MDCCLXIII. accessit, ac redux Neapolim, plena rerum gerendarum potestate provinciam obtinuit, quam communi omnium adprobatione prodignitate, ac viribus excellenter sustinuit. Donec epidemica lue Neapoli grassante caritatis victima factus religiosissime in eodem Collegio cum magno rei litterariae detrimento diem supremam vixisset A. MDCCLXIV.

CAR-

CARLEVARI (*Bernardinus a S. Iosepho Calasanctio*) natus est Anno MDCCXLIII. Italus Pedemontanus, Patria, et Dioeceseo Fossatensis, qui cum laude studia emensus in variis Provinciae Domibus non absque nominis sui gloria, auditorumque utilitate Mathesim, et Philosophiam docuit. Romae in Collegio Nazareno easdem sublimes disciplinas, eruditorum caussa, et diligentia non interrupta iam pluribus annis traditas, speciminibus editis confirmabat, pluraque typo committere volebat, sed maligna febri correptus, Poenitentiae, atque Eucharistiae Sacramento munitus inopinate de vita Sexto Calendas Augusti decessit Anno M. DCCLXXXII. Romae magno sui desiderio relicto.

CAROLI (*Theophilus a S. Constantino*) Polonus editus est in lucem Varsaviae Anno M. DCCXXXIX. Adolescens Institutionibus Rhetoricis imbutus Instituto Scholarum Piarum se totum devovit Podolini Anno MDCCLIII. Vir humanis ac Divinis litteris ornatus plurium annorum spatio inferiores classes Poëticam, et Oratoriam, Philosophiamque docuit, Theologiam, et Iurisprudentiam Ecclesiasticam nostris Clericis adcuratione maxima praelegit, ac postremo quinque ac decem annis Collegiis tribus Recto-

ris

ris munus insigni prudentia, et caritate implevit. Modo a Curis alienus otio svavissimo Deo et sibi vacans fruitur.

1) Publici Iuris fecit selectas Bembi, Sadoletti, et Ciceronis Epistolas ad usum Scholasticae Iuventutis typis Varsaviensibus in Collegio Scholarum Piarum A. MDCCLXXIX. in 8vo.

2) Selectas Ciceronis de Officiis, et amicitia sententias in patrium sermonem versas ad usum Adolescentium litteris operam navantium iisdem typis vulgavit A. MDCCLXXXI. 8vo.

3) Dissertationes vernacula lingua de non minuendo Festorum numero ibidem prelo subiecit Anno MDCCXCVIII. 8vo.

CASANI (*Petrus a Nativitate B. V. Mariae*) Huic Viro sanctitate ac doctrina conspicuo, natale solum obtigit Lucca Urbs Hetruriae florentissima Anno MDLXX. Adolescens nuper fundatae Lucensi sub Matris Dei nomine congregationi adscribi petiit, in qua pluribus annis eiusdem Alumnos Philosophia, et Theologia magna nominis sui existimatione imbuit. At postquam eadem Congregatio cum recenter natis Piis Scholis A. MDCXIV. coniuncta, post triennium, iterum dissolveretur, Petrus approbante SS. Pontifice in Scholarum instituto perseverans a Papa Gregorio XV. et Urbano VIII.

Primus inter eos, quos Assistentes Ordinis Generales appellant edito diplomate relatus est. Mox Anno MDCCXXXVIII. plena rerum gerendarum potestate in Moraviam Nicolsburgum tetendit, ubi Principe Maximiliano Dietrichstein, Strasnicii a Comite Francisco Magni, et tandem ab Imperatore Ferdinando III. qui cum suo fratre Leopoldo Wilhclmo Antistite Olomucensi Nicolsburgum venerat, summa humanitate, ac benevolentia exceptus, et a postremo effussa liberalitate, amplissimisquc donis ornatus fuit. Redux Romam Comitiis Generalibus interfuit A. MDCXLI. Postremo eadem in Urbe meritorum gloria illustris A. MDCXLVII. de vita decessit. Insigne huius exstat opus huius inscriptionis: *Meditationes de passione, et morte Domini Nostri Iesu Christi*, quod A. MDCLXX. iam quinquies typorum beneficio lucem subivit. De nostro Petro Casani copiose scripsit Alexius Armini a Cancept. B. V. M. et Vincentius Talenti a S. Philippo Nerio *in Vita del Beato Giuseppe Calasanzio della Madre di Dio Fondatore de' CC. RR. della Madre di Dio delle Schole Pie in Roma MDCCLIII.* 4to, Lib. VII. Cap. VIII. pag. 635-36-37-38-39. Iosephus Jericho a Concept. B. V. M. in Libro: *Varones insignes en santidad de Vida del Instituto, y Religion de Clerigos Regulares Patres della Madre de*

Dios

Dios de las Escuelas Pias. etc. *En Valentia* A. MDCCLI. 4to. Libr. IV. p. 183. etc. Jaroslaus Schaller a S. Iosepho in kurze Lebensbeschreibungen jener verstorbenen Gelehrten Männer aus den frommen Schulen. Prag. MDCCXCIX. in St. Galli-Kloster p. 28 - 29.

CASPAR (*Justus a Desponsatione B. V. M.*) Bohemus primam aspexit lucem Pragae A. MDCCXVII. Ordinique Scholarum Piarum adscriptus est in Scepusio Podolini MDCCXXXVII. Hic absoluto studiorum cursu, et doctis aliquot annorum intervallo inferioribus Scholis cum indole sua totus ad Musicam factus esse videretur, tantas in ea fecit progressiones, ut artis illius peritissimus haberetur. Fama huius longe lateque propagata est adeo, ut ab Augusto Poloniarum Rege largo stipendio conductus, Musico Aulici templi Choro Warsaviae Rector praeficeretur. In qua statione conceptam de se hominum opinionem longe superavit. Occasionem nactus opportunam, excellentes ac svavissimas ad Musicos modos compositiones suas in frequentissima Nobilissimorum Virorum corona maximo applausu producendi, has ipsas demum Varsaviae publici iuris fecit in folio, quae nostris etiam temporibus ab artis intelligentibus summo in pretio habentur, adeo enim mulcent

 aures,

aures, animumque delectant. Plura ingenii Musici monumenta, cum prelo subiicere parat, Varsaviae letali morbo inopinate oppressus vivere desiit Anno MDCCLX.

CAVADA (*Aloysius a S. Andrea*) ex Sardinia oriundus Adolescens ingenio excellens post expletum vitae religiosae tirocinium solenni ritu Scholarum Piarum professionem fecit. In his cum multorum annorum spatio egregiam operam pueris pietate ac litteris excolendis impendisset, Philosophiam, et Theologiam summo applausu explanavit, nec minus Verbi Divini praeconem agere iussus miro modo Auditorum animos ad religionem, studiumque virtutis ab improba consvetudine revocans inflammavit. Regimini Domorum admotus legum nostrarum auctoritatem cum saluberrimis monitis, tum magis exemplo vitae illibatam conservavit. Consultor Sacri tribunalis, ac Provinciae Sardiniae Praefectus in Hispaniam cum aliis ab Instituti universi Praeside missus est, ut eorum desiderio, precibusque satisfieret, qui Ordinis nostri ad eruditionem iuventutis in vasto illo Catholico Regno stabilitatem cum perennibus reditibus vehementer postulabant. Madritum igitur ad Aulam profectus, cum de gravissimo eo negotio tractaret, plurium magnorum Principum favorem, ac potissimum Ioan-

Ioannis Austriaci benevolentiam insignem sibi conciliavit. Et profecto noster Aloysius uberrimam conatuum ac laborum suorum segetem consequutus fuisset, nisi laudatum Ioannem Austriae Principem, cui commemorabili pietate panegyrim obtulerat, mors inopinata e vivorum numero, et cum eo spes undique laetissimas abstulisset. Re minus prosperae gesta in Sardiniam redux a molestis curis respirans omnes ingenii vires eo retulit, ut Sacros Sermones Hispanico idiomate concinnatos censorio iudicio recognosceret, ac limaret, sicque in publicam lucem prolatis, de sacris oratoribus, probis Civibus bene mereretur. Id primum praestitit Calari adito typis praeclaro ingenii monumento hac cum inscriptione: *Ideas Sacras Panegyricas* Anno MDCXCII. Tom. II. in folio. Novis iterum Curis Romae MDCCI. et MDCCIV. Eadem forma.

CAXON (*Antonius a Christo*) Vir excellente ingenio, doctrina, dicendique copia per universam Hispaniam celeberrimus vitales auras primum delibare coepit Barbastri vetusta Regni Arragoniae Urbe Anno MDCCXIII. Adolescens humaniores litteras emensus, Instituto Scholarum Piarum suscepto, eidem ritu solenni ad religionis, bonarum artium, pietatisque incrementum

tum

tum devovit Anno MDCCXXIII. Severioribus disciplinis excultus in Scholis nostris Podiceratensibus ea aetate totius Arragoniae florentissimis primum studia humanitatis, ac Rhetoricam, deinde praecipuas Philosophiae partes cum ingenti parta domi forisque gloria, et maxima Instituti sui commendatione, auditorumque fructu explanavit. Praesidum Auctoritate Madritum profectus luculentis egregiae mentis, reconditae eruditionis, et rarae eloquentiae speciminibus emicuit sive cum ad frequentissimam concionem animos in quamcumque partem flectendo diceret, sive cum dubias, et controversas in Theologia quaestiones dirimeret atque illustraret: Domus Xetafensis, cuius stabiliendae gratia labores plurimos exantlavit, primus Moderator, ac Praeses renuntiatus, inde Valentiae Rector tum ibi, tum Madriti Provinciae generalis Superior fuit nominatus, per plures annos munere suo egregie functus est, qua occasione non minus Magnatibus, et Archi-Episcopo Aurelianensi Christianissimi Regis apud Catholicam Oratori, quam Nuntio Apostolico Henrico Henriquez carissimus illustrem famam, et praeclaram opinionem sibi comparavit. Horum postremus Romae purpura, et mox legatione Ravennatensi ornatus Antonium fidum itinerum suorum Comitem esse voluit, qui usque ad supre-

pre-

premos vitae dies, utpote Theologus, et Conscientiae arbiter detantus, idem purpurato Sacrae Romanae Ecclesiae Principi animam agenti hortator, et adiutor summo studio ac promtitudine caritatis ac pietatis officia impendit. Interea Comitiis Generalibus Anno MDCCLV. Romae celebratis Provinciae suffragator interfuit. Post mortem memorati Eminentissimi Cardinalis patriam repetens totus fuit in spargendo verbi divini Semente, quo munere quotannis per totum solenne quadraginta dierum ieiunium in praecipuis Arragoniae, Valentiae, et Navarrae sacratis Deo aedibus cum magna sui et Ordinis commendatione, nec minore audientium utilitate strenue defunctus est. Postremo Examinatoris Synodalis titulo decoratus commune omnibus fatum sibi iam imminere animadvertens facta omnium erratorum confessione, divino epulo refectus vitam hanc caducam cum immortali commutavit in Domo Caesaraugustana Consultor Provincialis Anno MDCCLXXV. Librum edidit vernacula lingua huius inscriptionis: *Compendio Historico-Chronologico della Vida Virtudes, y Mioragnos del B. P. Ioseph de Calasanz y Patriarcha de las Escuelas Pias dedicasse al Re il Nuestro Sennor D. Ferdinando Elsexlo. (que Dios guarde) En Madrid en la officina de Manuel Fermandez Anno MDCC. XLVIII in 4to grande.*

CET-

CETTO (*Benedictus a SS. Sacramento*). De hoc Viro in nostra *Memoria* priori et *nova Hungarorum*, *et Provincialium* egimus pag. 389-397. ac posterius pag. 637-640. Nos inde omnia huc transferenda, et quae ad vitam huius illustrandam deesse videntur adiicienda putamus (Benedictus a SS. Sacramento) Vir, quondam ingenii, et iudicii acerrimi atque in elegantiori litteratura, Philologia, humanarum, Divinarumque rerum scientia versatissimus primam aspexit lucem Budae, patre Senatorii Ordinis Jacobo, qui multis annis in eadem Metropolitana Hungariae Urbe Praetoriam, et Consularem dignitatem magna dexteritate, aequitate, cum laudubili mansvetudine coniunctam gessit; Matre Francisca Kepler Matrona lectissima A. MDCCXXXI. Emenso liberalium artium cursu Ordini Scholarum Piarum adscriptus, Eloquentiam, Antiquitates Romanas Weszprimii et Nitriae, Philosophiam, et Mathesim Pestini, Theologiam vero dogmaticam Debreczini magno Auditorum fructu, praeclara ingenii excellentis opinione ubique relicta explanavit. Ad legionem inclytam Cataphractorum Bretlachianam dein Caramellianam, ut aliquantum a studiis respiraret, ultro invitatus atque expetitus, per duo, et quod excurrit, lustra summa omnium adprobatione rei sacrae Praefectum egit. Redux in

Tran-

Transilvania Bisztricii Superior, et Parochus, Veszprimii Rector ac Consultor Provincialis constitutus, postea florentissimo nobilium Collegio in oppido Provinciae Aradiensis a S. Anna dicto, plena moderandarum rerum potestate Praeses creditam suae fidei iuventutem, suique Instituti homines insigni prudentia, et Ordinis commendatione gubernavit. Hoc cum ceteris Hungariae Collegiis dissipato Rector Ketskemethini renuntiatus vices optimi Patris implevit. Honorem Instituti vindicaturus plura opuscula Historico-Chritica typis mandavit. Cum vero valetudine minus commoda frueretur, dimisso Rectoris munere Tatam commigravit, ubi cum operi novo edendo insudaret, apoplexia ictus omnibus ad aeternitatem praesidiis munitus inter adstantium comprecationes in eodem oppido vivere desiit Anno MDCCLXXXIX. Occasionem scribendi Historico-Critica opuscula proebuit concertatio litteraria orta inter celeberrimum de Initiis, et Maioribus Hungarorum Scriptorem Iosephum Innocentium Desericium Ordinis mei dignissimum Membrum, et Dissertissimum Annalium Hungaricorum Conditorem Georgium Pray S. I. Presbyterum deinde Varadiensem Canonicum nuper e vivorum numero ereptum; et dum suam quisque sententiam apologiis vulgatis tueretur, ex lite, quod in rebus

ob-

obscuris contingere solet, lis nova enata est, quac altius provecta fuisset, nisi mors infesta praeclaris conatibus Desericium nostrum annis octo et triginta prius inopinate subduxisset. Prayus igitur apologiam aculeis refertam tanto libentius in lucem emittebat, quanto confidentius mortuo Desericio,. nihil suis difficultatibus a quoquam responsum iri sperabat. Summa Controversiae Capita referentur uberius, ubi de Scriptore nostro Desericio data opera, et Ordine suo agetur. Itaque Disputationem, quae a morte Desericii plane conticuit, eam rursus Benedictus Cetto sistit: (verbis ipsius utar, ut huius pulcra non minus scridendi ratio, quam singularis erga Desericianos cineres pietas manifestetur) „Pulcerrimum utique, *inquit ille*, in eo argumento posituri operam, ex quo inclutae gentis initia, vel innotescant tandem, vel aperte constet, nihil, quod de tanta vetustate adferri possit, certum exploratumque esse, quorum alterutrum ex istiusmodi ingeniorum contentione sperandum est, quam, ut ea quae optima omnium visa est, ratione persequeremur, non placuit argumenta cuiusque in compendium cogere, sed eorumdem ipsorum verbis ita plenam, atque integram adferre sententiam, ut argumentis argumenta exciperentur eo consilio, ne quis utriusque dissertationes consulendo, et pleniora inde

inde arcessendo argumenta molestiam sibi facessat, tum ne quis fidem (quod in disputando summum est) nostram desidcret. Quia vero repetita utrinque disputatio ita provecta est, ut creverit, ideoque factum sit, ut res non semper suo loco ageretur, eamdem ipsam ita partiri visum est, ut naturali se ordine subsequerentur; et quemadmodum cuiusque disputationis seriem singula capita, ita paragraphi singula fere argumenta complecterentur. Id reliquum egimus, ut notas plane serviles, quas mortuo iam Desericio inustas tamen adversarius voluit, a piissimis Viri de patria optime meriti manibus, quam modestissime removeremus. Belium hac in re Virum multo doctissimum plane sequuti, qui Scommata (ut ille inquit) rurestria sibi a Péterfio S. I. impacta ita amolitus est graviter, atque sapienter, ut nequaquam his, sed argumentis contenderet, nec nisi ubi locus ferebat, quam ab adversarii liberalitate accepit, eamdem illi aut persimilem redderet sententiam. Deniqne paraeneses utriusque praemisimus. e quibus disputationis inter utrumque institutae caussae innotescant. Haec sunt (pergit porro ille) quae praefari oportuit, dicere quippe de altero sententiam, et in ipsa operis fronte, tamquam re gesta gloriari, res insuper tenues, et incertas criminari, id vero non tantum praefandi, sed omnem

omnem etiam iudicii, decorique legem excedit. Iam aequus Lector id ipsum tanto definiet solidius, quanto longius ab utriusque partis studio discesserit. „ Haec Cetto more suo eloquenter. Modo ad huius Historico-Criticum opus progrediamur, cuius sex partes lucem publicam viderunt hac inscriptione, distinctis temporibus ac locis

1) *Iosephi Innocentii Desericii Hungari Nitriensis Clerici Regularis e Scholis Piis, et Georgii Pray Societatis Iesu Sacerdotis Dissertationes ita collectae, ut argumenta argumentis excipiantur. Pars Prima. De Origine Hungarorum.* Colocae Anno MDCCLXVIII. in folio.

2) *Iosephi Innocentii Desericii Hungari Nitriensis Clerici Regulatis e Scholis Piis, et Georgii Pray Societatis Iesu Sacerdotis Dissertationes ita collectae, ut argumenta argumentis expipiantur. Pars Secunda, qua epistola Prayana ad partem primam responsoria in examen vocatur.*

3) *D. Deguinesii Censoris Regii Linguarum Orientalium Interpretis Academiae Scientiarum, et bonarum Artium Parisinae Regiaeque Societatis Londinensis Membri de Sinensium Origine ab Aegyptiorum Coloniis repetenda Dissertatio latine reddita, quae sit Dissertationum collectarum de Origine Hungarorum.*

rum. Pars tertia. Pestini typis Eitzenbergerianis Anno MDCCLXXI. in folio.

Pars prima sex Capitibus absolvitur. Capite primo status quaestionis a Prayo detortus, et instauratus a Desericio, uberius a Cettone ex-explicatur, responsioque Prayi ex vulgi opinione desumta, e sacris litteris inito calculo refutatur, et argumentum Desericii stabilitur. Caput secundum agit de loco Berosi primo, qui est de illius Chronologia, Prayumque ad Divinitatem sacrarum litterarum falso provocare, et auctoritate Usserivi aperte abuti ostendit. Caput tertium exhibet locum Berosi alterum de filiis Noach, quem Desericius cum Moyse conciliare studet, Prayus vero pro sua sententia negligit. Caput quartum sistit locum Berosi tertium de primis in Armenia Scytharum sedibus, et a Prayo auctoritatem veterum, et Desericii ratiocinium turpiter detorqueri patefecit. Caput quintum complectitur locum Berosi ultimum de Scytha Prisco, qui de genere Magog fuisse ostenditur, et firmius demonstratur, ac una Prayi errores deteguntur. Caput denique sextum, argumentum Prayi ostendit, quo Sinensium Annalium fides examinatur, et ex iisdem robur Prayani argumenti, convellitur. Pars altera, ea, quae prima Parte graviter adfirmata sunt, novis fulcit momentis, et responsoriae Prayanae epistolae

fun-

fundamenta evertit. Nam cum Systema Prayanum totum auctoritate Deguinesii nixum fuerit; hic vero errorem palam deprecatus, Viri cumprimis Sapientis partes impleverit, dum certiora doctus id egit, ne imponeret *a*) illud sponte corruit, et ad fabulas de industria confictas refertur. Pars denique tertia, excerpta, et adversaria continet Clariss. Degvinesii supra laudati, quibus sententia, quam avide arripuit, et mordicus tuitus est Prayus mirum in modum labefactatur. Legitur principio operis elegans Benedicti Cettonis ad Virum Clariss. Ioannem Carolum Dänaert Professorem Regium, et Bibliothecarium Grypesvaldensem, et huius iterum plena officiorum et humanitatis responsoria epistola.

4)

a) In nota ad finem suorum operum. „Adtulit, inquit, inipso operis mei principio de Sinensium origine coniectûram; putabam illo rena e eampo Sectaar esse profectos, sed instituto diligentius examine aliter visum est, quod et ad mutandam meam opiuionem, et ad Lectorem deprecandum cogeret, ut opinione illius nihil prorsus tribuat. Sinenses nequaquam tam antiqui sunt, sed Aegyptiorum Colonia, eaque non admodum vetus. Demonstravi id singulari dissertatione, quam in Academia recitavi. Characteres Sinenses monogrammi sunt cum Aegyptiis, et ex horum litteris effecti; primique Sinensium Imperatores iidem sunt, qui Prisci Thebarum Reges, id quod singulari dissertatione demonstrabo.

4) Benedicti Cetto Clerici Regularis e Scholis Piis de argumentis e Sinensium Annalibus pro Hungarorum origine demonstranda desumtis Dissertatio Pars quarta collectarum Dissertationum novis observationibus Cl. Turbervilli Necdhami e Societate Regia Londinensi illustrata, et confirmata. Viennae typis Schulzianis Anno MDCCLXXVI. 8vo. Absolvitur haec octo Capitibus. Caput primum agit de Sententia Degvinesii, qua Sinensium antiquitatem inficiatur.

Caput II. De Hunnorum Maioribus, quos Prayus tredecim annis ante Diluvium ad Sinas constituit.

Caput III. De altera Prayi Sententia, qua Hunnorum Maiores anno Sexto, et trigesimo post dispersionem ad Sinas collocat.

Caput IV. De observationibus Astronomicis, Sinensium libris exterorum opera ingestis.

Caput V. De libris Sinensium, eorumque fide, et Auctoribus.

Caput VI. De Aegyptiorum in Sinas adventu.

Caput VII. De observationibus Turbervilli Necdhami, quibus Degvinensii systea adversus antiquitatem Sinensium confirmatur.

Caput VIII. De prima Scytharum Hunnorum Aboriginum sede.

Parti

Parti quartae, ut potenti atque erudito adversario satisfaceret mox Pars V. sucessit hac inscriptione. 5) *Benedicti Cetto Clerici Regularis e Scholis Piis de Sinensium imposturis Pars V. Viennae typis Iosephi Gerold Caes. Imp. Aul. Typ. et Univ. Bibliop. Anno M. DCCLXXXI. 8. Coll.* Haec Dissertatio sex Capita continet. Capite primo agitur de Caussis imposturae delectis. Cap. II. De Astronomia Sinensium. Cag. III. De cultu, et litteraria re Sinensium. Cap. IV. De Confucio Sinensium Philosopho. Cap. V. De rebus Sinensium antiquis. Caput VI. De Consectariis, quibus omnibus luculentam praemisit cum epistola Cl. Ioannis a Georgii Krüniz praefationem. Sed lecto hoc libro Georgius Prayus tantum abest, veritatis amore conquiesceret, ut potius vindictae studio immodico ei opus amplius *duabus centuriis imposturarum* opponeret, et difficultates Benedicto Cettoni virulento libro. Hic non convitiis pugnare solitus, ut non minus praeclaram eruditionem, quam ingenii acumen patefaceret, diu quidem deliberans amicorum precibus victus edito iterum libro huius inscriptionis respondit.

6) Benedicti Cetto Clerici Regularis e Scholis Piis Sinensium Imposturae assertae Pestini typis Mathiae Trattner A. MDCCLXXXVII. 8.

Opus

Opus hoc undecim Capita constituunt, quorum seriem indicare iuvabit. . Caput I. agit de novis Imposturae artibus.—Caput II. detegit imposturas Clarissimo Leibnitzio, aliisque obtrusas. Capite III- Viri Clarissimi a Prayanis Calumniis vindicantur.— Caput IV. disserit de Sinensium imposturis Astronomicis.—Caput V. De Sinensium Astronomiae fautoribus. Caput VI. De Sinensium libris Canonicis. Caput VII. De Confucio Sancto Sinico, eiusque solenniaducrificio, quod ad calcem operis scite in aere Sambrata tabula oculis lectorum subiicitur.— Caput VIII. Explicat Sinensium politicam.— Caput IX. Rem militarem. Caput X. De Sinensium Architectura.—Caput XI. Denique de anecdotis epistolis ratiocinatur, operique finem imponit. Plures huius Viri conatus mors, ut supra memoravimus, intercepit.

CHELUCCI (*Paullinus a S. Iosepho*) Magni nominis Orator vitales auras primum delibare coepit Lucae pervetusta, ac libera Hetruriae Urbe Anno Salutis MDCLXXXII. Septimo Calendas Maii. Adolescens Instutitum Clericorum Regularium Scholarum Piarum Anno M. DCXCIX amplexus est, in quo sex, et viginti annos aetatis suae agens tantam sibi eloquentiae laudem comparavit, ut fama eius perlata ad Cle-

mentem XI. Pontificem Maximum, ab eodem, Principi Alexandro Fratris filio, deinde Cardinali amplissimo, optimae spei, ac Summae Iuveni Moderator praeficeretur. Hoc munere defunctus egregie, cum optimam Pontificis de se opinionem undique confirmaret, eiusdem auctoritate in Archi-Gymnasio Romanae Sapientiae limpidos Eloquentiae fontes aperuit, eosque magna nominis sui fama, et Ordinis nostri commendatione, in Auditorum suorum eximiam utilitatem, annos duos de quadraginta docendo mirifice derivavit. Inclarescentem magis in dies Collegio Nazareno praeesse iussit Reverendissimus Pater Andreas Boschi a S. Sebastiano, quondam in Universitate Florentina SS. Theologiae Professor, ac postremo undecimus Instituti universi Moderator laudatus etiam singulariter ab eruditissimo Magliabecchio: Eximie quoque a Magnae Hetruriae Ducibus adprobatus. In eodem Lyceo Mathematicas disciplinas instauravit, et tradidit per annos viginti. Inter suos Auditores habuit Petrum Locatellium Mediolanensem variis dissertationibus in lucem editis clarissimum, cui Geometriam; et Ioannem M. Turrium e Congregatione Somascha, operibus, quae iuris publici fecit, Mathematico-Physicis celeberrimum, cui Analyticas Institutiones, licet pluribus distractus curis, studiose tradidit ac peramanter.

manter. Magno in pretio esse orationes, quorum primum volumen Anno MDCCXXVII. Romae, alterum ibidem Anno MDCCXLVIII. in 8. in lucem hominum emissum est, *a*) apud Viros doctos nemo dubitavit cum de iis ornate Ioannes Georgius Walchius in sua Historia linguae latinae Critica; splendide Budeus in Supplemento ad Isagogen Theologicam; praeclare

a) Tomus primus continet Orationes huius Argumenti I. De neglectu litterarum humaniorum, et earum corruptela. II. De patrocinio bonarum artium. III. De laudibus Leonis X. in anniversariis eius parentalibus. IV. De infelicitate illitteratorum. V. De forensi latinitate expurganda. VI. De usu, et necessitate eloquentiae in foro, et hodiernis iudiciis. VII. In optimis studiis lente festinandum. VIII. De expedita discendi ratione. IX. De laudibus Leonis X. in anniversariis eius parentalibus. X De ingeniorum delectu ad studia litterarum habendo. XI. De laudibus Leonis X in anniversariis eius parentalibus. — Tomus secundus. I. De litteris, et eloquentia cum ceteris disciplinis coniungendis. II. De M. Tullio Cicerone imitando. III. De studio Poëtarum ad litteras, et eloquentiam necessario. IV. De praematura ingenii sui opinione. V. In Sciolos I. VI. In Sciolos II. VII. De laudibus Leonis X. in anniversariis eius parentalibus. VIII. De optimis artibus nobili Iuventuti necessariis. IX. De probitate viro litterato necessaria. X. De vi, et poteste litterarum. XI. De laudibus Leonis X. in anniversariis eius parentalibus. XII. De felicitate Viri litterati. His accedit index rerum memorabilium.

Lipsienses in Actis Eruditorum; Egregie Ioannes Caraffa Clericus Regularis: Honorifice Marius Guarnaccius in vitis Pontificum, ac Cardinalium; atque omnium copiosissime Ioan. Erhardus Kappius celeberrimus in Lipsiensi Academia Eloquentiae Romanae Professor, qui has in usum suorum Auditorum Lipsiae Anno M. DCCXXVIII, et iterum alias A. MDCCLIII. typis mandandas curavit sua libertate usus, atque ita, ut, quae bene prorsus ac egregie, quaeque minus pure, ac emendate ab oratore Romano dicta esse animadvertisset, pariter moneret, ut, quod ipsi etiam Auctori haudquaquam displicuisse satis constat; praesertim cum *eas naturali pulcritudine exsurgere, castas, perspicuas, numerosas, ab omni tumore, et frigido; quam maxime alienas, neque rerum, quibus opus est, ubertate destitui adfirmasset*; et quibusdam interiectis haec adiecisset. „ *Neque* (errores quosdam perstringens) *tamen hi naevi, si sint tales, quales apparent, impedire videntur, quo minus hae orationes, inter elegantissima Orationum corpora, quae nostro aevo Italia effinxit, merito atque optimo iure referantur.* Haec de Lipsiensi editione. Haec repetita fuit Budae in Metropoli Hungariae Anno MDCCXLVI. et MDCCLIII. Serius etiam Ulmae in Svevia cum luculenta praefatione. *De*

in-

ingenio oratorio Ioannis Petri Milleri Gymnasii Ulmensis Rectoris Anno Salutis MDCCLVI. 8vo. et rursus nuper ibidem Anno MDCCLXXXV. 8vo. Tomi II. Hanc sequuta est Veneta et Neapolitana. Eodem Auctore prelo subiectae fuere Institutiones Analyticae, earumque usus in Geometria, cum appendice de constructione problematum solidorum *a*) Romae Anno MDCCXXXVI. 4to. Optandum fuisset, ut, nisi mors

---

a) De his ita Lipsienses *Institutiones Analyticae, earumque usus in Geometria cum appendice De Constructione Problematum Solidorum Auctore Paulino* (*Chelucci*) *a S. Iosepho Lucensi Regularis Scholarum Piarum in Archi-Gymnasio Romano Eloquentiae Professore. Editio altera Romae* Anno MDCCXLV. 4to. Alph. 2. Tabulae Aeneae quatuor. — Quamvis Insiitutionum Algebraicarum copia iam fere laboremus, ipsique Auctori non incognitum fuerit Vietam, Cartesium Willisium, Wolfium, aliosque complures recentiores fundamenta egregiae huius Artis solide ac perspicue tradidisse, tamen Cl. Auctor, cum illorum, quos diximus, egregie scripta, partim ob exemplarium paucitatem, et iusto maius pretium, partim ob multam ea percipiendi difficultatem paucorum in manibus versari eaque maximam partem Viris potius in calculi scientia versatis, quam tironibus faciliora, et pauciora petentibus conscripta esse animadverteret, hic saltem librum non inutilem fore arbitratus, eum non olim tantum publici

mors eum praevenisset, hisce Institutionibus, et addidisset, quem fere ad exitum perduxerat, calculum Infinitorum vulgo Differentialem, et tractatum de locis Geometricis praestantissimum, ac mirae prorsus utilitatis. Altera ibidem harum editio Anno MDCCXLV, cum Tabulis aeneis

blici iuris fecit, verum etiam vendita priore editione, svasu typographi, alteram hanc politius limatam, et correctam in lucem edidit conatu eo magis laudando, quo uberiores fructus ex institutione tironum in hac incomparabili scientia in rempublicam litterariam redundare certum est, et quo minus negari potest, haud deesse compilatores huiusmodi compendiorum, qui obscuritatem quamdam affectare, tironibusque haecce praecepta per se satis ardua difficiliora reddere solent; illa vero, quae perspicuitate se commendant, in omnium manibus versari non posse, praesertim, cum sermone peregrino, tironibus Italis, vel plane non, vel non satis cognito conscripta, ideoque iis instituendis minus adcommodata sit. Ceterum hae institutiones doctrinas fundamentales Algebrae naturali Ordine dispositas comprehendunt, et magnam ubique perspicuitatem, praeseferunt, regulaeque exemplis iucundis pariter ac utilibus illustrantur. Et quamvis praeter parabolam, ceteras quoqae sectiones conicas explicare, calculique differentialis, et integralis rudimenta addere Aucori non placuerit, tamen has institutiones etiam in Gymnasiis commode adhiberi posse non dubitamus imprimis cum sermone etiam tam casto scripta sint, ut vel hoc

neis IV. 4. In eadem forma cum totidem tabellis prodiverunt etiam Venetiis simili modo Institutiones Arithmeticae cum appendice praxeon Chronologicarum Romae A. MDCCXLIII. 4. Iterum prelo commissae Budae Anno M. DCCXLVI. 4. De Institutionibus Analyticis, et Arithmeticis hoc tantum memorabo, quod eas publice interpretatae sint, celeberrimae Academiae, et Religiosi, clarissimique doctrina Ordines in Scholis suis, ideo in lucem tradi oportuit. Romae Venetiis, Neapoli, Budae curis, et secundis, et tertiis. Exstant, et eius carmina quaedam nomine *Trinuri Naviani* Pastoris Arcadis, nempe Ecloga Cardinali Alexandro Albano post gravem diuturnamque oculorum aegritudinem in Castro Gandulphi prope Albam confirmandae valetudinis caussa commoranti, et altera in nuptiis Caroli Alfiani, et Theresiae Boromeae. Leguntur quoque nonnulla carmina Italico sermone concinnata in Collectionibus Arcadum. Anno MDCCXLII. in Comitiis Instituti sui generalibus adlectus est inter illos, qui una cum

---

hoc nomine commendari omnibus, elegantiae etiam in rebus sublimibus studiosis debeant. Bene etiam agnoscimus hic Paulinum illum, cuius politissimae orationes, duobus voluminibus Romae primum dein in Vrbe nostra editae, magni Oratoris dudum ei nomen pepererunt.

cum superiore Moderatore universum Ordinem administrant, quos *Assistentes Generales* nuncupant; eodemque munere fungi illum, aliis sex annis Comitia Anni MDCCXLVIII. decreverunt. Anno deinde MDCCLI. ad Episcopatum Algueriensem in Sardinia promoto P. Iosepho Augustino Dulbequio a S. Nicolao Praeposito Generali Ordinis sui ipse, utpote antiquior Assistens successit Vicarius Generalis. Sed Benedictus XIV. Pontifex Maximus ad dignitatem hominis augendam eum Instituti universi Scholarum Piarum Praesidem Generalem edito (Brevi) Decreto Apostolico nominari voluit. At paucis mensibus honori superstes vivere desiit annum aetatis suae ingressus tertium, et septuagesimum A. MDCCLIV. Desiderium sui reliquit quam plurimis non solum S. R. E. Cardinalibus, et Romanis Proceribus, sed etiam supra laudato Pontifici Summo, quem saepius, et amicum nominavit, et aegrotantem doluit, ac morti huius illacrimavit. Eius laudes Oratione latina, eaque luculenta prosequutus est Franciscus M. Bonada in Collegio Nobilium Nazareno, et Aloysius Buongiocchi a S. Francisco Xaverio eiusdem uterque Instituti; ad quam audiendam non solum summa frequentia convenerunt, sed insuper funeris pompam in sacris aedibus S. Pantaleonis praeter aliorum Ordinum Superiores Genera-

nera-

nerales, Professores Archi-Gymnasii Romanae Sapientiae togati praesentia, moestitiaque condecorarunt.

CHIARA (*Cosmus a Iesu Maria*) Siculus in lucem editus Anno MDCXX. Iuvenis ad Scholas adspirans Pias conceptis e sacri Sodalitii formula verbis Deo Sacramentum dixit A. MDCXL. Panormi. Consveto studiorum cursu absoluto teneram Iuventutem litteras ac timorem Domini caritate mira edocuit, quo munere pluribus annis egregie defunctus Poëticas, et Oratoricas Institutiones tanta perspicuitate interpretatus est, ut ex ipsius Scholis plures clari artium liberalium Professores evaserint. Demum maiorum auctoritate ad Philosophiam, et praesertim Theologiam tradendam admotus in severioribus disciplinis illis ita se versatum ostendit, ut litterariae ipsius contentiones omnium studiis celebrarentur. Praeco ad sacram concionem verbi Divini spargens circumstantium animos maximo in Deum amore inflammavit. Rector variarum domorum non tam verbis, quam exemplo emicuit. Provinciae Praefectus occasione Comitiorum A. MDCLXV. celebratorum summus Ordinis Moderator tertius a Fundatore salutatus fuit. Postremo meritis plenus de vita decessit Panormi Anno MDCLXXXVIII. Vitam Divi Fundatoris nostri

nostri fuse descriptam Archivum Generale Romae conservat.

CHOYNACKI (*Antonius a S. Ioanne Nepomuceno*) nobili genere vitam accepit in Polonia Anno MDCCVIII. Probe imbutus litteris humanioribus inter Clericos Regulares Píarum Scholarum relatus est Podolini A. MDCCXXXI. Post absolutum tirocinii religiosi, scientiarumque cursum Grammaticas classes ac Rhetoricam pluribus annis egregie docuit; eodem modo Theologiam in Collegio Radomiensi praeclara industria explanavit. Porro in multis Provinciae Domibus ad sacram Concionem, admirabili fructu orationes verborum ac sententiarum luminibus distinctas habuit. Postremo Domui Varezensi praefectus eam magna prudentia, et mansvetudine gubernavit, in qua supremum diem vixit Anno MDCCLXXIV. Vir iste praecipuis Regni Proceribus acceptus, et apud doctos summa in aestimatione habitus publica luce vulgavit.

1) Conciones habitas Radomiae, sub tempus Tribunalis *Thesauri Regni* typis Collegii Scholarum Piarum Varsaviensibus A. MDCCXLVII. folio.

2) Conciones tempore Iubilei dictas Cracoviae: typis Gracoviensibus A. MDCCLI. 4to.

3) Conciones in solenni quadraginta dierum ieiunio recitatae, Cracoviae typis Mich. Iosephi Antonii Dyaszewski Anno MDCCLII. in 4. Principi, et Antistiti Zaluscio dedicatas.

4) E suggestu verba fecit ad magnam populi frequentiam Chelmae occasione Coronae Beatae Virgini Mariae Thaumaturgae impositae in Ecclesia Ordinis S. Basilii Magni Leopoli Anno MDCCLXV. 4to.

CHOYNACKI (*Dominicus a S. Iosepho*) generosa stirpe in Polonia natus A. MDCCXX. Adolescens humaniores litteras emensus Instituto Scholarum Piarum nomen dedit Anno M. DCCXXXVIII. Praestantissimo praeditus ingenio, laudabili contentione tam solida in liberalibus artibus, Philologia, et sublimibus scientiis iecit fundamenta, ut post doctas inferiores classes, Eloquentiae, Philosophiae, Geographiae, Politices, Historiae, Linguae Gallicae pluribus in domibus Professor nulli secundus, ipsiusque Comitis Zamoyscii Moderator singularis fuerit: Clericosque nostros ultro sapientiae studio erudiverit. Cracoviensi Domui regendae admotus eius commoda magna sedulitate provexit. Comitiis Provincialibus Anno MDCCLXXXVI. Gorae celebratis Praeses communibus votis interfuit, personamque suam pro dignitate summa cum laude sustinuit. Demum Cracoviae mor-

bo-

borum agmine victus occubuit Vir magnus Anno MDCCXCIV. Edidit

1) Panegyrim Principi Iosepho Lubomirski *sub Dapifero* Magni Ducatus Lithvaniae, Equiti Aquilae Albae, et Magdalenae Lubomirsciae, Ensiferi Regni, et Equitis Aquilae Albae, Fundatoris Collegii nostri Mederecensis Filiae occasione solennium nuptiarum, et Poëma Epithalamicum Carmine patrio Varsaviae typis Collegii Scholarum Piarum Anno MDCCLV. in folio.

2) Librum moralem huius inscriptionis: *Catechesis Magna* per quaestiones ac responsa sententiis e Sacra Scriptura petitis passim collustrata, olim e germanico idiomate Tirnaviae latina Civitate donata: modo ad vota, et preces Illustrissimi Domini Petri Comitis Malachowski Palatini Cracoviensis sermone vernaculo reddita. Opus Parochis utilissimum. Typis Cracoviensibus Anno MDCCXCIII. in 8vo.

3) Plura minora opuscula, dum specimen e litteris elegantioribus Iuventuti studiosae in corona nobilissimorum Auditorum ederet, prelo diversis annis Varsaviae ac Cracoviae subiecit.

CHOYNOWSKI (*Thomas a S. Stanislao*) Polonus Instituto Scholarum Piarum suscepto post inferiores Classes Rhetoricam ac Poësim docuit, Philosophiam demum ac Theologiam cum

eum Historia Ecclesiastica magna sui nominis commendatione, discipulorumque non mediocri progressu explanavit. Plurium asceticorum vernacula lingua scriptorum operum Auctor e Gallico in Polonicum idioma versum, et in ephemeridibus litterariis Lipsiensibus ad annum M. DCCLIV. p. 131. laudatum publici iuris fecit Compendium Vitae inter Beatas relatae Ioannae Franciscae Fremiot de Chantal, a qua Ordo Monialium Visitationis B. Mariae Virginis profectus est, Cracoviae A. MDCCLV. in 8vo.

CHRUSCIKOWSKI (*Samuel a S. Alexandro*) Vir omni virtute ac doctrina ornatissimus, natus est Chelmae in Polonia A. MDCCXXX. Hic absoluto in Patria studiorum Cursu, ad excolendas maiori contentione sublimiores disciplinas Romam missus egregie Superiorum de se conceptae opinioni respondit. Redux ab Urbe primo humaniores litteras magna omnium adprobatione tradidit, deinde Iuniores nostros Mathematicis disciplinis praeclara industria erudivit. In florentissimo Notitiam Collegio Varsaviensi Mathesim, et Philosophiam magna ingenii laude publice docendo professus est. At magis eluxit non minus illius virtus, ac doctrina, cum eidem plena rerum gerendarum potestate Moderator praeficeretur. Postremo hydrope cor-

correptus inter adstantium preces animo ad moriendum rite comparato vitam clausit Anno M. DCCXCIX.

1) Physicam experientia Magistra nixam, et confirmatam patria lingua primus in Polonia publici iuris fecit, quam Principi Barbarae de Comitibus Dunin Sanguszko Supremi Magni Ducatus Lithvaniae Marechalli superstiti Celsissimae Viduae uno volumine in octava forma comprehensam dedicavit adiectis figuris a Rocho Márkowski eiusdem Instituti Professore scite adumbratis. E Typographeo Collegii Schol. Piar. Varsaviensi Anno MDCCLX.

2) Opus hac inscriptione: *Philosophia Christiana* patrio idiomate. Ibidem A. MDCCLXV. in 8vo.

3) Aliud sub tittulo: Officiorum ratio cuiusque hominis patria lingua explicita typis Collegii Scholarum Piarum Varsaviensibus Anno M. DCCLXIX. 8.

4) Librum vernacula lingua huius inscriptionis: *Monita Christiana singulorum hominum Conditioni perquam utilia, et adcommodata* typis eiusdem Collegii Varsaviensibus Anno M. DCCLXXII. in 8vo.

5) *Colloquia Phocionis, per Dominum de Mably edita ex Gallico in Polonum sermonem a se translata* prelo subiecit in Officina typogra-

graphica Collegii Schol. Piarum Varsaviensi A. MDCCLXXIII. 8vo.

CINNACHI (*Innocentius a S. Iosepho*) Cler. Regul. Scholarum Piarum, et quondam Romae Collegii Ecclesiastici Rector singulari ductus pietate in Sanctum Patrem nostrum Iosephum Calasanctium a Matre Dei, etsi plurimis ac gravissimis occupationibus premeretur, de huius vita, rebusque gestis insignem tractatum summa diligentia congessit, ac typis mandavit Romae Anno MDCCXXXIV. 4. Eo usus est in rem suam Vincensius Talenti eiusdem Instituti Scriptor.

CLASSENS (*Augustinus a S. Spiritu*) Hungarus natus est in Nitriensi Proinciae oppido Galgoczii Anno MDCCXI. Iuvenis ad Scholas Pias convolans MDCCXXX. exacto laudabiliter tirocinio consvetum studiorum curriculum non sine praeclara ingenii atque industriae laude absolvit Grammaticae docendae admotus, ei cum magna discipulorum progressione praefuit. Rhetoricam per octo annos in variis Gymnasiis pari solertia, atque commendatione facundus Professor explanavit. Prividiam ad tirocinium religiosum missus munere Pro-Magistri egregie fungebatur ; Vacium transferendus repente maligna febri correptus Prividiae inter

suo-

suorum preces animam suo reddidit Creatori Anno MDCCXLIX. In Poësim Augustinus noster singulari ferebatur propensione, cuius luculenta dedit typis editis pro re nata carminibus argumenta. Quaedam MSS. Prividiae in manus meas inciderunt.

CÖRVER (*Alexius a S. Maria Magdalena*) Patre Libero Barone Nicolao, Matre a vetusta Comitum familia Petthő orta genitus est Tornae Anno MDCCXIV. Pueritiae annos laudabiliter in ludo litterario exegit. Adolescentiam vero, et virilem aetatem, Scholas Pias amplexus, in Hungaria, et Italia praesertim Romae, ita excoluit, ut non minus dissertissimus Orator, quam acutissimus Philosophus haberetur. Quod vero huius Viri magni ceteras vincit laudes, est, quod primus reiectis Peripateticorum spinis Philosophiam, quam iam Neapoli *a*) in

a) Placuisset Neapoli moras ultro nectere Alexio nostro, nisi post inopinatum Caroli III. Regis Hungariae vel VI. Romanorum Imperatoris obitum exgliescentibus belli scintillis flammae continuo erumpentes Austriacas terras longe, lateque corripuissent, fatalique incendio universam fere Italiam involvissent. Exordium autem longe iniquissimum obtigit immortalis memoriae Principi, ac Haeredi Mariae Theresiae Hungarorum Reginae, pro-

in Collegio Regali communi applausu experientiae ac Mathematicis demonstrationibus innixam ex-

pterea, quod illi ipsi, qui pro pactorum ac foederum sanctitate armis aequitatem Caussae tueri debuissent, repente in perniciem coniurantes non dignitate solum, aut Regnis, verum etiam avito patrimonio, fortunisque nudare voluerunt. Itaque noster Alexius reditum in patriam meditatus, citatis passibus in Hungariam contendens, quum duos inter exercitus, Gallo-Hispanicum nempe, atque Austriaco-Hungaricum, infestis sibi mutuo signis oppositos iter tentandum foret, deflectente a via certa Rhedario a Gallis velitibus captus coram Supremo Belliduce Broglio, constitit, qui caussa profectionis intellecta. Fratrisque sui Comitis Gabrielis Keglevich in Legione Koháryána Pro-Tribuni opera interposita cum libero ad Castra Austriaco-Hungarico dimisit, unde post aliquot dierum spatium coepto itineri strenue insistens circa dimidium Martii Anno MDCCXLIII. Nitriae Provinciae Praesidem, Virum integerrimum Alexium Zzlopnyai a Resurrectione Domini convenit, a quo summa humanitate, ac paterna benevolentia exceptus facile consensum impetravit, ut Philosophia nova (quae *Mechanica* vulgo appellata fuit) in Regnum Hungariae induceretur; at quomodo nova haec philosophandi ratio insinuanda esset, a Patribus diu agitatum, tandem conclusum est: *eam in brevem synopsim redigendam, quae in debitis Tribunalibus exhiberi possit.* Confecta deinde Synopsis aequissimorum Iudicum ac Censorum Conspectui subiecta obnitentibus frustra

 malis

explanavit, eamdem Pestini Anno MDCCXLIV. invexerit in Hungariam. Hoc eo feliciore successu obtinuit, quo maior ad copiam doctrinae accessit comitas, adfabilitas, candor morum, humanitas, et bene de aliis merendi studium, quibus animi dotibus id effecit, ut in schola sua, veluti altero Athenaeo, complurium Regni Procerum filios et lectissimum nobilitatis florem numeraret. Quamvis autem Aemuli novam hanc docendi methodum acerbis perstringerent verbis, ac tetris apud viros magnae auctoritatis, livore armati, notarent coloribus, et tamquam religioni periculosam traducerent, nihilominus tantum abest, ut a bene coeptis abiret, ut potius hominum summorum patrocinio adiutus, indulgente potissimum immortalis memoriae Augusta Domina Hungarorum Maria Theresia placita sua, et Ecclecticam philosophandi rationem edito specimine Anno MDCCXLIII.

1) *De recta philosophandi ratione* per omnes Regni provincias diffuso indicaret, ac confirmaret. Ut vero Iuventus fidei suae concredita maiores in philosophando faceret progressiones. 2)

---

malis artibus omnem tulit adprobationem, iuxta quam Cörverus noster primum Philosophiae cursum orsus est Pestini maxima Comitum, Baronum, Nobiliumque frequentia, plaudentibus e sacra, et profana Republica doctissimis Viris A. MDCCXLIV.

2) *Breves, sed luculentas vulgavit Geometricae Practicae Institutiones* cum figuris aeri mandatis in octava forma Budae A. MDCCXLIV. Has plurimi avide sibi compararunt. Librum hunc Reverendissimo, et Illustrissimo Comiti Francisco Barkoczy de Szala, et Palocz tum Praeposito Scepusiensi, Septemviro, atque Episcopo Tininiensi dedicavit.

3) Paullini Cheluccii a S. Iosepho e CC.RR. Scholarum Piarum Institutiones Arithmeticas, quibus quasdam animadversiones ad patriae usum adcommodatas adiecit in quarta, ut aiunt forma.

4) Eiusdem Orationes undecim Romae in Archi-Gymnasio Romanae Sapientiae habitas in 8va forma.

5) Alexandri Politi a S. Sigismundo eiusdem Instituti Pisana in Academia Eloquentiae Romanae ac Graecae linguae Professoris Orationes octo Budae typis Veronicae Nottenstein ad lucem revocandas curavit in eadem forma A. MDCCXLVI.

6) Francisci Alberti Pelzhofferi S. R. I. Liberi Baronis de Schönau Leopoldo Romanorum Imperatori ab arcanis quondam Consiliis Lacon Politicus: strictim *Doctrinam* administrandae Reipublicae, quam aiunt, *Politicam* complectens, ac evolvens novis a se curis ornatus, notationibus illustratus, et pro maiori legentium

 faci-

facilitate in paragraphos divisus, lucem vidit Posonii Anno MDCCXLVI. 4to. Plura Conantem magnum hunc Virum, nobis et patriae mors inopinata, et immatura eripuit. Absoluto enim Philosophiae curriculo, cum Nitriam translatus Theologiae docendae admoveretur, simulque Maiorum auctoritate, integra rerum gerendarum potestate Convictui Nobilium praeficeretur, atque hic eo moderante in dies laetissimis efflo-resceret incrementis, complurium optimatum animos ob praeclaram modestiam gravitate coniunctam, et doctrinae praestantiam iudiciique vim acerrimam in sui pertraxit amorem atque admirationem. Hac de causa per Ladislaum Szörényi pietate litterisque insignem Sirmiensium Antistitem pro Socio, et Adiutore in vinea Domini cum successione ab Apostolica Regina Maria Theresia impetrandus destinabatur. Sed (o spes fallaces!) aliter visum est Divinae providentiae, Vir enim optimus ac religiosissimus febri malignae succumbens omnium bonorum dolore regendi munus, et vitam interrupit in eodem nobilium Collegio Nitriae Anno M. DCCXLVII.

CÖRVER (*Ioannes Nepomucenus a Matre Dei*) Frater germanus laudati Alexii, Vir cum genere tum eximiis virtutibus conspicuus idem

natale

natale solum habuit A. MDCCXV. Scholarum Piarum Ordini nomen dedit Anno MDCCXXXI. Emensus vitae religiosae tirocinium, Philosophiae ac Scholis inferioribus docendis cum laude sui nominis, atque instituti commendatione solertem operam impendit. Maiorum auctoritate Romam petens non solum in Theologia, et Iurisprudentia Ecclesiastica, verum etiam in recentiori Philosophia, et Mathesi, cultiorumque linguarum utpote Gallicae, Italicae cognitione adeo profecit, ut dignissimus, qui Philosophiae Doctorem ad S. Pantaleonem ageret, communi Patrum sententia iudicaretur. Muneri suo egregie functus, Galliam, Belgium, Saxoniam, et Borussiam assumto peregrini Abbatis nomine oculo curioso perlustravit. Redux in Hungariam post aliquot honorum titulos ad Provincialem, plena rerum agendarum potestate, dignitatem eluctatus, litteras, et Instituti disciplinam ad amussim promovere studuit. Demum Collegio Pestano praefectus illius partem a fundamentis ad condecentem molem eduxit Bibliothecam multorum praestantium librorum accessione locupletavit. At sexennio vix exacto, cum crebro virium imbecillitate laborans, graviorem morbum pertimesceret, praestantissimorum Medicorum Consilio, superiorumque indulgentia munere se penitus abdicans Viennam concessit,

ut

ut a laboribus respirando diligentius valetudinem suam curaret. In hac Urbe, ut vel absens nobilissimae prodesset Iuventuti Gallico idiomate librum elegantem ad effingendos huius mores publici iuris fecit hac inscriptione : *Politique Chretienne aisée et abregée methodiquement à l'usage des Jeunes Princes, et de la Noblesse propre à les rendre habiles à procurer le bien publique, des etats et leur propre en particulier, par Jean Neponucene Cörver D. E. P. à Vienné chez* l' Heritier de Schulz Imprimeur de l' Université MDCCLXX. 8. Hoc libro praecipua Ethicae capita insigni perspicuitate continentur. Plura, cum ad communem Iuventututis utilitatem moliretur, homiplexia semel atque iterum correptus, maloque ingravescente sacris mysteriis confirmatus vitae occasum in Urbano Collegio adtigit Viennae Anno MDCCLXXIII.

COCCAPANI (*Sigismundus ab Assumptione B. V. Mariae*) Florentinus Vir svavissima indole animique dotibus ornatissimus, et insimul in humanis, et sacris disciplinis versatissimus parumque abfuit, quin ad episcopi partes agendas semel, atque iterum invitaretur, ac fere cogeretur, at supplici libello Alexandro VIII. Pontifici Maximo porrecto id effecit. Ordo noster ne hoc viro eximio privaretur propterea, quod idem

idem factiosorum hominum malevolentia labefactatus, ac propemodum axstinctus, a clade nuper accepta hiantia superessent adhuc vulnera, quae opportunum tempus, et moram necessariam, ut in cicatrices abeant, postularunt. Docuit praeclarus vir pluribus annis humaniores litteras, et praesertim in sacra eloquentia excellebat, cum autem iudicandi acrimonia, et consilii maturitate praestaret sub quatuor Universi Ordinis Moderatoribus inter illos relatus est, qui Assistentes generales nuncupantur, et negotia Instituti strenue administrans munere suo per quindecim annos maxima cum laude functus est. Ex huius ingenii monumentis sola mihi duo innotuerunt.

1) Sigismundi Coccapani ab Assumtione B. V. Mariae C. R. Scholarum Piarum Prolusiones Poeticae Florantiae A. MDCLXXXII. 8vo.

2) Orazioni panegiriche del Padre Sigismundo dell' Assunta V. M. delle Scuole Pie Venezia MDCLXXXII. 8vo.

CONRADI (*Ignatius Norbertus a Passione Domini*) Hungarus vitae lumen inire coepit Pestini Anno MDCCXVIII. Pueritiae annos mira ingenii felicitate, scientiasque tanta nominis sui gloria excoluit, ut vix discipulus, iam Magistri munus obire potuerit, Iuvenis Scholas

Pias

Pias A. MDCCXXXIII. professus Vir pluribus Europae linguis, ac Latine, Graece. Hebraice insigniter doctus, et virtutum studio, atque omnigena eruditione longe clarissimus evasit. Completo enim Tirocinii religiosi, et studiorum cursu Scholis docendis addictus, magna diligentia, et progressu tenerae iuvensuti elementa linguae latinae, ac praesertim vitae Christianae officia instillavit: humaniores vero litteras tanto applausu, Institutique sui commandatione tradidit, ut non solum a domesticis, sed ab exteris quoque tamquam svavis Poëta, et disertus Orator habitus celebraretur. Quam opinionem egregie confirmavit, cum Florentiae primum, ac deinde Romae aliquamdiu commoratus iussu atque auctoritate Benedicti XIV. Pont. Max. in Transalpinas Daciae partes Iosepho Innocentio Desericio a Divo Thoma Aquinate Ordinis eiusdem AssistentiGenerali A. MDCCXLVI. Socius legationis ad Valachiae Principem Maurocordatum susceptae adiungeretur. Qua provincia egregie defunctus Philosophiam, et Mathesim tum Viennae Austriae, tum Pestini pari existimatione tradidit; mox Nitriae, Vacii, Veszprimii ac Debreczinii sacra lingua, et Iurisprudentia Ecclesiastica, et postremo Theologia nostros, et iuniorem Clerum pluribus annis erudivit, ob quod apud complures Hungariae Antisti-

tisti-

tistites eadem famae celebritate ac gratia efflo-ruit. Ob egregia merita Consultoris, et *Assistentis Provincialis* praerogativa ornatus, ac postea Veszprimiensi, Nitriensi, ac postremo Pestiensi Domui praefectus tanta industria desudavit, ut non minus rem domesticam, et familiarem, quam religiosam disciplinam, et litterarum progressionem curaret. Mox Anno Domini MDCCLXXXII. Vicarius Provincialis, atque iterum communibus votis pro sex annorum intervallo provinciae Praeses constitus, ita praeclare de se bonorum exspectationi respondit, ut multa non tam verbis, quam exemplo, et patientia corrigeret, et a pluribus tamquam optimus Pater diligeretur plurimum atque amaretur. Cum vero plura maioraque ad Instituti nostri ornamentum moliretur, febri maligna, et asthmate correptus, quo pluribus annis laborabat, ingravescente, omnem Medicorum operam elusit. Quare promto animo ad iter aeternitatis comparatus, et sacris instructus praesidiis, ac suscepta Euchartstia inter tenerrimas pietatis, religionisque significationes, nostrorumque-que preces, gemitus ac lacrumas in Domo Pestana XX. Augusti Anno MDCCLXXXV. Supremum vixit diem, postquam inter vivos septem ac sexaginta; atque ex his in Ordine duos, et quinquaginta annos, immortali virtutum merito-

rum

rum doctrinae memoria in posteris relicta exegisset. Occasione publicarum disputationum philosophicarum sub suo praesidio habitarum novam.

1) Adornavit Jani Pannonii Episcopi Quinque-Ecclesiensis editionem, favoreque Illustris Viri, ut Augustae Dominae Hungarorum a Consiliis Domini Adami Francisci Kollárii, quaedam, quae Sambucum fugiebant, epigrammata non inconcinna, ex Augusta Bibliotheca secum communicata, ad calcem adiecit, ac Budae typis Landerianis A. MDCCLIV. 8. excudenda curavit. Elegantem sane praefixit noster Conradius memoratae huic editioni. *De vita Jani Pannonii Quinque-Ecclesiarum Episcopi vita*, *et scriptis praefationem*, ex qua multa se didicisse vitam eius collustrantia, ut Virum ingenuum, liberalisque ingenii decet, Clariss. Paulus Walaszky *a*) professus est. Porto animadverto editorem malam fortassis hoc conatu apud lectores cupediarum quarumdam amantes inivisse gratiam, quod libellum mutilaverit, et complura eppigrammata, quae ille Iuveniles lusus inscripsit, suppresserit, uti huius rei veritatem oollatio editionis Paraeanae, et huius mani-

a) Minister Augustanae Confessionis in erudito, quod hanc inscriptionem praefert, opusculo: *Tentamen historiae litterarum sub Rege gloriosissimo Mathia Corvino de Hunyad in Hungaria.* Lypsiae. A. MDCCLXXIX. 4to.

nifeste ostendit. At forte, quae offensiculo esse possent iure optimo removenda putabat. Editionis cum laude meminit in Catalogo Bibliothecae Vindobonensis a se multis animadversionibus, aliisque typicis ornamentis locupletato laudatus Kollarius.

2) Edvardi Corsini a S. Silvestro Viri e Scholis Piis longe doctissimi *Dissertationes Agonisticas* post Florentinos typis Lipsiensibus ad lucem revocandas curavit Anno MDCCLIV. in 8. form. maiore.

3) Paullini Chelucci a S. Iosepho e Scholis Piis Orationum in Romanae Sapientiae Archi-Gymnasio recitatarum Volumen secundum. Praefatus est doctissime cum elogio Auctoris Budae anno eodem. 8vo.

4) Elegantem ac memorabilem orationem latinam, qua Ignatii Koller de Nagy Mánya Weszprimiensium Antistitis manibus parentatum est ad Ordines, et Status Regni frequentes habitam in sua Cathedrali Basilica. Budae publici iuris fecit A. MDCCLXII. in folio.

5) Subsecivis a publico negotio horis vitam et rerum gestarum compendium Iosephi Calasanctii a Matre Dei CC. RR. Scholarum Piarum Fundatoris albo Sanctorum inserti, a Vincentio Talenti a S. Philippo Nerio eiusdem Instituti Sacerdote lingua Hetrusca litteris consignatam la-

tina

tina Civitate donavit, atque hac occasione luculentum quodpiam priscae Romanae eloquentiae specimen publica luce Posonii vulgavit apud Ioannem Michaëlem Landerer de Füskut A. M. DCCLXIX. in 8vo.

6) Odas, Poëmatia, Epigrammata maximam partem inedita in iustum volumen colligenda typorum beneficio ad novum splendorem evehere nitebatur Ludovicus Zimányi eiusdem Instituti AA. LL. Philosophiae Doctor, et SS. Theologiae Professor emeritus; quo facto de Apolline, atque amoenioribus Musis bene mereri, voluit adeo nempe Sententiarum luminibus, ingeniique acumine I. Norberti Conradii emicant versus: ex quibus paucos in gratiam eorum, qui dulci atque utili Poësi delectantur, intuli in novam memoriam Hungarorum, et Provincialium e typographeo Trattneriano Pestini prodeunte A. MDCCXCII.

CONTI (*Alexander a S. Matheo*) Vir pietate ac doctrina insignis primam lucem aspexit Romae A. MDCLXXXIII. Adolescens litteris humanioribus imbutus Scholis Piis totum se addixit A. MDCCXVI. in quibus post emensum Philosophiae ac Theologiae cursum magna caritate inferiorum Classium iuventutem inopem fundamentis linguae Latinae, timore Dei ac Do-

Doctrina Christiana erudivit. Et quoniam scientia numerorum excelleret, illam non solum maxima celebritate, multisque annis docuit, sed etiam editis praeclaris commentationibus illustravit. Acceptissimus Hieronymo Crispi Patriarchae Alexandrino, et Archi-Episcopo Ferrariensi, a quo superiore anno expetitus velut conscientiae arbiter huius latus assidue stipabat, donec repente apoplexia ictus cognitionis, et linguae usu amisso paullo ante obitum sibi restitutus post suscepta Summa religione Sacramenta inter vivos agere desineret Ferrariae A. MDCCXLIV. Corpus apud Aedem Metropolitanam in sepulcro singulari, iussuque Illustrissimi Archi-Episcopi Elogio vitae apposito conditum est. Hoc ordine verborum insculptum marmori monumentum a me fideliter transcriptum lubens cum Lectoribus ad commendandam Viri praestantis memoriam communlco:

OSSA
P. ALEXANDRI A S. MATHEO ROMANI
DUDUM DE COMITIBUS NUNCUPATI C. R.
PAUPERUM MATRIS DEI SCHOLARUM PIARUM
VIRI
QUI PIETATE, AC DOCTRINA LAUDATISSIMUS
HIERONYMI ALEXANDRIAE PATRIARCHAE
ET
HUIUS S. METROPOLITANAE ARCHI-EPISCOPI
A SACRIS CONFESSIONIBUS
AC IN ARDUIS ECCLESIAE NEGOTIIS MINISTER ASSIDUUS

IN

IN DOMINO DIEM CLAUSIT ULTIMUM KALENDt IAN.
MDCCXLIV
AETATIS SUAE LXI. LECTOR FIDELIS DIC EI PARCE DEUS

ut votis amicorum satisfaceret, simulque post fata iuventuti patriae prodesset, vernacula lingua haec edidit.

1) Documenti Arimmetici per facilitare lo soglimento divarie dimande coll' aggiunta di alcuni quesiti Roma nell' A. MDCCXXIV. dall' Ottavio Puccinelli a S. Michele a Ripa 8.

2) Trattato de Cambi Riunagli, e Comissioni Roma nell' anno MDCCXXVII. 8. nella medesim Stamperia.

3) Elementa Arimmetici coll' aggiunta di alcuni precetti di Agrimensura. Roma nell' A. MDCCXXX. e ristampata nell' A. MDCCXLI. per Giolamo Mainardi nella Stamper. di S. Michele. 8.

CORREA (*Franciscus-Andreas a S. Iacobo*) Piarum Scholarum Ordinem amplexus, totoque sublimiorum Scientiarum Cursu emenso Rhetoricam, Philosophiam, ac Theologiam ingenti cum gloria docendo est professus. Hac de causa non vulgaris doctrinae, sacrarumque disciplinarum cognitione praeditum hominem Benedictus XIII. Summus Ecclesiae Catholicae Antistes Episcopum Rippatransonemsem in

Mar-

Marchia constituendum esse putavit, quam dignitatem tam insigni prudentia, Consilii maturitate, modestia, et animi demissione, atque effusa pro viribus in egenos liberalitate, annis quindecim ornavit, atque in virtutum suarum memoria semper victurus apud posteros, ex caducarum rerum tenebris ad immortalem lucem, susceptis magna religione Sacramentis, religiosissimus Praesul rei bene gestae conscia mente A. MDCCXXXVIII. evolavit. Plures homilias sacrosque sermones variis occasionibus publici iuris fecit.

CORSINUS (*Eduardus a S. Sylvestro*) e CC. RR. Scholarum Piarum Vir Scientiarum, virtutum, ac meritorum insignium gloria spectatissimus. In disciolinis fere omnibus, et praesertim Philosophicis, Mathematicis, Philologicis, in latinis denique ac graecis litteris adeo excellens, ut non solum has omnes Florentiae primum, deinde Pisana in Academia docendo pluribus annis professus fuerit, sed doctissimis etiam magno sane numero ingenii monumentis, colustraret, dum de iis praestantia volumina summo in pretio, ac honore apud eruditum orbem habita, typorum beneficio publica iure donavit. Interim ea semper fuerat vitae integritate, ac innocentia: morum svavitate, atque singularis potissimum pietatis, prudentiae,

con-

consilii, aequitatisque laude conspicuus, ut etiam tam primo Instituti obiret munia, singuli cum summa benevolentia, et amore prosequerentur. Interea dum Anno MDCCLIV. Comitia Ordinis generalia indicerentur, et ipse Suffragator a provincia Hetruriae delectus Romam accederet, ob praeclaram, penitusque insitam scientiarum, et virtutum opinionem, continuo Patrum variis, ac dissitis regionibus convenientium ora oculosque in se convertit. Atque ideo non diu deliberandum fuit, ad quem suprema rerum in Ordine generandarum potestas deferretur, eo magis, quod in Corsinum vix nominatum, et propositum omnium prope congregatorum suffragia inclinarent, ac proinde post moram temporis brevem intériectum fausta eligentium acclamatione a singulis Praeses ac Moderator Instituti universi salutaretur. Munere hoc gravissimo, maxima ordinis gloria, nominisque hic celebritate sexennio functus, alacer, et promptus ad sua intermissa studia reversus est. At dum in haec Pisis ac Florentiae acrius incumbens plures libros publici iuris faceret, ac partum apud summis Europae Sapientes, coronata capita, atque ipsos Summos Pontifices a multiplici doctrina decus geminaret, inopinate morbo, quem ἀποπληξίαν vocant, correptus inter adstantium comprecationes, et lacrimas vitae

cur-

curcum abrupit Vir longiore incolumitate dignus Pisis Anno MDCCLXV. Vitam et opera tanti Viri, ac de Republica litteraria meritissisimi suus Amicus Angelus Fabronius summa e- elegantia, nitore duce veritate luculentoque animi candore ad Italorum elarorum Decadem tertiam retulit, quod epistola data laudatus Auctor ad Aloysium Buongiochium eiusdem Instituti manifestavit.

Ioanni Aloysio Buongiochio Fabronius S. D.

„ Tantumne ab re tua, ut cum Terentio „ illo loquar, est otii tibi, ut scripta mea le- „ gas? Mihi quidem gratum, et erit gratius, si „ me admonitum voles in quibus peccavi. Ex „ variis enim, et diversis studiis, et artibus, et „ collegisti, quibus, et ceteris consuleres, et „ tibi non facile interituram gloriam comparare „ queas. Cogitanti mihi fere quotidie de ratio „ nibus tuis, placet, quod te removeris a Scho- „ la, sequutus liberius, et tranquillius vitae genus. „ Nam sic studiosius urgere ea poteris, quae „ instituisti, et quae destinasti antiquitatis ama- „ toribus. Est profecto dulcissimum mentis „ pabulum occulta, et quasi involuta oblivionis „ tenebris aperire, atque in eo studio operam „ collocare, quo rerum antiquarum historia fieri „ possit, et illustrior, et copiosior. Ex quo

„ factum est, ut qui semel haec studia exer-
„ cuerint, nunquam dimiserint. Satiari non pot-
„ erat Corsinus noster huiusmodi exercitationi-
„ bus, et in iis hacc senectutis, suarumque ae-
„ gritudinum requiem, et oblectamentum unice
„ reperire videbatur. Quare non dubito, quin
„ eius exemplum, eiusque voces, ut multos, sic
„ te quoque ad huiusmodi iter tentandum ex-
„ citaverint. Vere tamen hoc mihi videor esse
„ dicturus ex plurimis, qui in antiquitate illu-
„ stranda versantur, perpaucos excellere. Ma-
„ ius enim est hoc quiddam, quam homines
„ opinantur. et pluribus ex artibus studiisque,
„ quod idem de eloquentia dixerat Cicero, colle-
„ ctum. Siquidem tentanda est omnis histo-
„ ria, legum scientia comprehendenda, veterum
„ Theoria, et Philosophia penitus pernoseenda.
„ Accedant eodem oportet non mediocris intel-
„ ligentia artium pingendi, scalpendi, et archi-
„ tectandi, diurna nocturnaque evolutio Scri-
„ ptorum Graecorum, Latinorumque, nec non
„ perfecta cognitio. Geographiae, et Chronolo-
„ giae. Quid vero dicam de thesauro rerum
„ omnium memoria, et de divinandi, veraque
„ a falsis diiudicandi arte, quae nisi humanae
„ sint in antiquitatis investigatore, nae ille
„ quod expetit, consequi posse diffidat neces-
„ se est; atque haec non eo dico, ut te, a quo

„ edo-

„ edocendus sum edoceam. Tantum volui prae„ dicare, tui, tuique similem industriam, cuius „ rei opportunam occasionem dedit, quam ad „ te mitto, hominis utriusque nostrum amicis„ simi, vita, quae tota referta est narratione „ earum, quae pertinent ad antiquitatem, in qua „ illustranda ita excelluit, ut neminem superio„ rem, per paucos pares habuerit. Vale Pisis Cal. „ Maii MDCCLXX. Hanc ita orditur Cl. Fa„ bronius." — EDUARDUS CORSINUS. Fanani, quod est oppidum provinciae Frinianae, in ditione Ducum Atestinorum III. Non. Octobris Anno M. DCCII. procreatus est Eduardus Corsinus optimis quidem parentibus honestissimaque familia, quippe quae iamdiu Civitate Mutinensi donata erat. Is ubi primum adolevit, sodalitatem hominum Scholarum Piarum, quos praeceptores puer in Patria habuerat, ingressus est. Multa diligentia, multoque labore in humaniorum litterarum Philosophiae ac Theologiae studiis Florentiae se exercuit apud suos: et cum omnes condiscipulos gloria anteiret ab omnibus tamen in deliciis habebatur. Erat enim bonitate svavitateque morum singulari prope: et cum plurimum faceret non solum in excolendis studiis, sed etiam in officiis omnibus religiosi hominis obeundis minimum tamen ipse de se loquebatur. Vix ferre poterat Eduardus Peripateticos

quosdam horridos, durosque oratione, et moribus quibuscum versari cogebatur; intellexeratque iam falsos huiusmodi sapientiae magistros de veritate iugulanda potius, quam defendenda assidue certantes, Philosophiam artem fecisse subtiliter, et laboriose insaniendi. Relictis igitur disputandi spinis, ad Academicam se convertit, cuius ratio inquirendi verum libero solutoque iudicio, et sine ulla contentione, et pertinacia non poterat non magnopere probari homini natura lenissimo. Nec solum in Philosophorum libris eorum dogmata, quae disputationibus huc et illuc trahuntur,' ut ipse per se perpenderet, investigavit Eduardus, sed etiam Philosophiae adminicula, et ansas, qualem Xenocrates Geometriam appellabat, in Euclide, Apollonio, et Archimede quaesivit, quo in itinere felicem adeo habuit exitum, ut fervore quodam aetatis impulsus, brevi condere potuerit libellum de circulo quadrando, quem dein ad Gvidum Grandium misit. Novit in eo Grandius eximium, et admirabile adolescentiae ingenium, eundemque hortatus est, ut pergeret porro in eo studio, quod ceteris, et studiis, et artibus antecederet, et n quo ipse futurus esset excellens. At Eduardus praesertim trahebatur ad humaniores litteras, quibus a puero mirifice deditus erat, quasque vel in sublimiorum disci-

sci-

sciplinarum occupationibus, ne obsolescerent, legendo renovaverat. Itaque moleste talis demandatam sibi fuisse Anno MDCCXXIII. provinciam tradendi publice Philosophiam in Florentino Ordinis sui Gymnasio, quasi ad ea detruderetur, quae hic non essent ingenii, Principio sequi coactus est Goudinium, cui brevi substituit Hamelium. Atque hos Auctores sic interpretatus est, ut facile inintelligerent non esse, ex illorum Doctorum numero, apud quos tantum opinio praeiudicata potest, ut etiam sine ratione valeat auctoritas eorum, quos sequi se perfitentur. Postremo ad Scholae suae utilitatem, et ornamentum maxime pertinere existimavit, si e multis, quae sunt in Philosophia, et gravia, et utilia a recentioribus praesertim Philosophis tractata, quantum, quoquo modo videretur, deligeret, in quo adolescentes exerceret. Sapienter etiam faciebat, quod ipsos non solum quibus luminibus ab illa omnium laudandarum artium procreatrice Philosophia peritis mentem illustrare, sed etiam quibus virtutibus omnem vitam tueri deberent, sedulo erudiebat. Quare minime est mirandum, si in tantam claritudinem brevi pervenerit, ut suis et Florentinis vehementer carus, quibusdam vero hominibus nudari subsellia sua, et cornicum oculos configi dolentibus esset invidiosissimus.

mus. Fuerunt, et nonnulli (tantum invidia, aut inscitia potuit) qui apud eos, quorum munus est providere, ne quid erroris in religionem moresque irrepat, Çorsinum accusarunt, multa tradere in exponendis praetertim Gassendi, et Cartesii sententiis a recta religione abhorrentia. Stomachus est homo religiosissimus, castissimusque obtrectatorum temeritatem. Hos vero ut falsae, et inique insimulationis publice convinceret, utque ab omni metu discipulos suos liberaret, statuit in lvcem proferre, quae in Scholà, et domi iisdem exposuerat. Quod cum praestitisset, id evenit, ut alteros reprehendisse poeniteret, alteri didicisse gauderent. Inscripsit opus : *Institutiones philosophicae ad usum Scholarum Piarum*, *et illud in quinque volumina distribuit.* Primum continet historiam Philosophiae, et Logicam ; secundum versatur in indagandis Principiis, et tanquam seminibus unde corpora sunt orta, et concreta, horumque proprietatibus, et qualitatibus; agit tertium de corporibus inanimatis, quae caelo , aëre, mari, et terra continentur; examinat quartum animata corpora , multiplicesque eorum species, et elementa Metaphysicae tradit; quintum denique morum doctrinam complectitur. Nec solum in conficiendis his libris res novas , investigavit Çorsinius, sed etiam eas, quae sunt ab antiquis tra-

traditae, quarum cognitionem eo utiliorum putavit, quod saepe Philosophos nova proferre iudicamus, cum pervetera proferant. Praeterquam, quod in ea erat opinione Corsinius, illi cui propositum est veritatem invenire, singulas noscendas esse disciplinas, ut ex omnibus, quod probabile videri possit, eliciat, praesertim cum doceamur a sapientissimis viris, nullam sectam fuisse tam deviam, neque Philosophorum quemquam tam delirantem, qui non viderit aliquid ex vero. Nec modo quid sibi probaretur, sed aliorum etiam sententias, et quid in quamque sententiam dici posset, persequutus est, quod ea modestia praestitit, ut non vincere maluisse, quam vinci ostenderit. Hanc opinionum varietatem ex suis fontibus sincere deductam, ut potentius in discipulorum animos influeret non tam ordine disposuit, quam claritate et nitore Latini sermonis illustravit. Praeclare enim Cicero: *Mandare quemquam litteris cogitationes suas. qui eas nec disponere possit, nec illustrare, nec delectatione aliqua lectorem allicere, hominis est intemperanter abutentis otio, et litteris.* Sunt nonnulli, qui in hisce institutionibus dum plenissimo ore laudant immensam eruditionis copiam politioremque elegantiam, quibus ornantur, desiderare videntur plus abditam, reconditioremque tractationem

nem earum rerum, quae primum in Physica tenent locum, quales ex. gr. sunt motus, Newtoniana adtractio, horumque leges, non tam ut ceteros, quam se ipsum, qui nunquam adduci potuit, ut Newtoni scntentiae assentiretur, convinceret. Sed ii meminisse debent, quibus scripsit Corsinius, quibusque temporibus scripsit. Quoniam vero plurima sunt in Physica, quae sine Geometriae ope tractari non possunt, hoc quoque adiumentum a se afferri oportere discipulis suis putavit. *Itaque Philosophicis Mathematicas Institutiones* adiecit, in quibus si ordinem excipias (initium enim facit a proportionibus, quas nemo ignorat difficiliorem esse Geometriae partem) cetera satis belle procedunt. Neque multo post retexuit hoc ipsum opus in quo eo laboravit adtentius, quod sperabat aditum sibi facturum ad munus tradendi mathematicas Disciplinas in Lyceo Florentino: acceptum illud cum plausu fuit propter dilucidam brevitatem, atque elegantiam, licet in eo acutiores peritioresque Geometrae pauca quaedam merito reprehenderint. Praestantiam quam consequutus fuerat Corsinius in rebus Geometricis voluit ad Hydrostaticam transferre; cumque sedulo evolvisset, quae in ea facultate scriptis mandaverunt post Galileum Toricellius, Michelinius Guglielminius Grandius, aliique pauci in sce-

scenam prodire non dubitavit sustinens personam nonmodo Consiliarii, et arbitri de dirigendis, avertendisque aquis, sed etiam scriptoris. Etenim illius est liber, qui inscriptus est: *Ragionamenti intorno allo stato del fiume Arno e dell' acque della Valdinivole*, editusque sumtibus Marchionis Ferronii cuius causam praesertim defendebat. Spe deiectus Edvardus perveniendi in Lycei Florentini doctorum numerum, qui praeter modum iis temporibus creverat, animum ad Academiam Pisanam convertit, petiitque dari sibi vacuum eo tempore Logicae interpretis locum. Celeriter, quod optabat, impetravit propter ea, quod Ioannes Gasto Magnus Hetruriae Dux eximiam illius scientiam in omni re philosophica cognoverat, Vir non tam docrina praestans, quam docendo prudens (etenim quaedam etiam ars est docendi) magno erat emolumento studiosis adolescentibus, qui non usitata frequentia Scholam suam celebrabant. Cum vero de Schola in otium solitudinemque se conferret, tempus potissimum consumebat in augendis perficiendisque his *Philosophicis Institutionibus*, absolvendoque quod instituerat, opere de *Practica Geometria*. Inter haec magna fuit annis Arni inundatio, ut, si inundationes excipias, quae annis MCCCXXXIII. et MDLVII. acciderunt,

nul-

nullam unquam maiorem fuisse constaret. Pervaserat opinio per auimos Florentinorum huic luctuosae calamitati caussam praesertim dedisse Clanis aquas in Arnum deductas, et quae ad easdem moderandas aquas facta fuerunt opera. Hunc errorem, ut eriperet Eduardus atque persvaderet opera eadem fuisse utilissima, ac saluberrima libro exposuit qualis fuisset, et quis esset status Claniae vallis, quidque consultum, et actum ab anno MDXXV. ad sua usque tempora, ut pestilentissima regio convalescere aliquando, et sanari posset; utque controversiae inter finitimos Principes de dirigendis aquis eiusdem regionis tollerentur. Pisis erat Corsinio contubernium cum Alexandro Polito, qui humaniores litteras profitebatur, et de cuius vita scriptisque quoque nobis disserendum existimanus. Hominis Graecis, et Latinis litteris eruditissimi exemplum, et voces selectissimorumque librorum copia, qua iis abundabat, Corsinium per se iam flagrantem vehementissime incenderunt ad eas artes, quihus ab ineunte aetate deditus fuerat celebrandas, sciebat Graecae, cuius sermonis elementa iuvenis Florentiae acceperat a sodali suo Francisco Balestrio, sed non luculenter. Itaque multo sudore ac labore in arte grammatica primum se exercuit, postea Graeca multa convertit in Latinum, Graecorum

que

que libros aucupans studiosissime eos legebat. Sed cum iis praesertim se oblectabat, qui res gestas, et orationes scripserunt. Cum esset autem acerrimo ingenio undique eruditionem affluenter hauriebat. Qua abundantia locuples eamdem ad antiquitatis studiosorum utilitatem, laudemque Acedemiae Pisanae conferre decrevit. Ig tur *Fastos Atticos* illustrandos suscep t, magnum sane opus, et praeclarum, quod omnem fere Athenienium Historiam complecti debebat, cum quo Philosophiae, omniumque laudatarum artium historia arctissime est coniuncta. Divisit illud ipsum opus in partes duas, quarum priorem veluti apparatum Fastorum esse voluit, quod in illa fuse lateque ea exponerentur, quae comode in ipsis Fastis ad quos tamen pertinebant, exponi haud posse videbantur. Agit itaque de Archontum institutione, numero, varietate, muneribus, et serie de Archontico anno, atque ordine mensium Atheniensium. Cum vero Archonticus annus non in menses solum, sed in Prytanias etiam diuisus esset ac tribuum Atheniensium singulae aequali temporis, annique parte Prytaniae munere fungerentur de ipsarum tribuum, ac Prytaniarum numero, ordine, ac serie deque Atticae populis, ex quibus illae constabant, erudititissime disserit. Neque ab his separandam putavit tractationem de Athenien-

sium

sium senatu, et Ecclesiis, deque Proedrorum, ac Epistatum numero distinctione, et Officiis. Transit inde ad contexendam Archontum seriem distiquens Eponymos ac Psendoponymis. Quam distinctionem licet nonnulli agnoverint, nemo tamen exstitit, qui Pseudoponymorum Archontum seriem illustrandae Atticae historiae maxime necessariam recensere maxime tentaverit. Agit demum de Civilibus Graecarum gentium annis, ipsarumque mensibus, Cyclis, azque periodo, cum antea declarasset tempus, verumque diem, quo varia Atheniensium festa peragi, et redire consveverant. Id facere necesse fuit propterea, quod eadem festa veluti perspicuae certaeque temporit notae rerum gestarum memoriae saepissime a Scriptoribus adiiciuntur. Haec quidem in priori operis parte. In secunda vero Fasti exponuntur a prima Olympiade, qua Coroebus palmam retulit usque ad Olympiadem CCCXVI. Causa fuit iusta Corsinio praetereundi antiqua tempora, quod ista laterent crassis occultata tenebris, et circumfusa fabulis. Ne tamen primam Atheniensis imperii formam despicere videretur (nam Athenis initio Reges, inde perpetui Archontes mox decennales, tandemque annui imperarunt) qui Reges, et Archontes perpetui, et qua aetate fuerint in prolegomenis persequutus est. Ceterum Fastos sic an-

texuit

texuit Corsinius, ut nullum ad nos pervenerit nomen Archontum, Olympianicarum, et Pythianicarum nulla lex neque paeneque bellum, neque casus, neque res illustris populi Atheniensis, quae in iis suo tempore non sit notata. Interdum etiam adtigit Spurtanorum, Phocensium, Thebanorum aliorumque Graecorum gesta, Consilia, pugnas discrimina, quod ea maxime sint Atticae historiae coniuncta. Graecos vero Philosophos, Poëtas, oratores, ceteros tum pacis, tum militiae artibus claros viros, ita commemoravit, ut quibus Olympicis annis, et quo loco in lucem sint editi, vitamque fiuierint, intelligi possit. Atque haec omnia capitulatim sunt dicta. Et enim minus longus essem, si praecipua, et neva vellem describere, quae in his Fastis continentur. Nihil posuit in iis Corsinius sine locuplete auctoritate, et teste, aut saltem sine probabili coniectura, quodque difficillimum fuit, scriptorum Graecorum loca aut vitiata, aut minime intellecta, aut mutilata sic restituit, illustravit, suplevitque, ut dubitari posse videatur, plus ne iis reddiderit luminis, an acceperit. Neque minori perspicientia Atheniensium numos vidit ex quibus non pauca quidem in rem suam hausit; sed multo plura e marmoreis monumentis sumsit, tali modo dirinnens controversiam, quae exsuscitata fuerat à summis viris

Span-

Spanhemio, et Gorrio numisne an inscriptionibus Princeps locus gandus esset in exsplicandis ritibus, festis numinibus, ludis magistratibus rebusque gestis Atheniensium. Interea nobiliores inscriptiones, quas refert Corsinius, et miro prorsus acumine, atque eruditione exsplicat, et interdum, etiam supplet, est Florentina quaedam apud Riccardios illustrandis Atheniensium Tribubus maxime idonea, sed haec mirifice corrupta erat, augebatque corruptelam collocatio. Etenim cum ex tribus fragmentis constaret, imperitus artifex, sic illa inpariete disposuerat, ut media pars primae, sinistra mediae dextera ocio omnium postremae paıtis locum occuparet. Vidit haec mala Corsinius, qui acutissime indagabat omnia, iisque remedia adhibuit. At puduit Ioannem Lamium se non adeo lynceum fuisse cum usus esset eadem inscriptione in suis ad Mersaum Scholis, et ex pudore orta est invidia. Ex quo intelligi potest, quare is debitas nunquam tribuerit laudes operi, quod omnium iudicio longe multumque superat, quidquid in hoc rerum Atticarum genere scripserunt Sigonius, Scaliger, Petavius, Peritus, Sponius, et vel ipsi Meursius, et Bodvellus, quorum errores, dum saepe corrigit Corsinius, et dum minime ab his animadversa profert, satis declarat iisdem detrahere voluisse.

Hae-

Haerentem capiti multo eum laude coronam Rumor erat ea parare Lamium, quibus sperabat hominibus se probaturum Corsinium in emendanda illustrandaque Riccardiana inscriptione surripuisse sibi segetem, et materiem gloriae suae. Porro Lamius post editas Corsinii emendationes supposuerat in locum impressae iam paginae in primo Mensii operum volumine, quae praeferebat inscriptionem corruptam, aliam paginam, in qua emendatior inscriptio legebatur, hancque mutationem omnibus occultari posse putabat, quod Meursii liber nondum esset in vulgus editus. Non latuit certe Corsinium in cuius manus pervenit etiam primum impressa pagina, qua omnem a se propulsare poterat incuriam. Id ut audixit Lamius tacendum putavit, occupatamque a Corsinio laudis possessionem suo silentio abunde confirmavit. Quamvis autem in *Fastis Atticis* elaborare Corsinio maxime gloriosum fuerit, non minorem tamen laudem reportavit ex suis *Agonisticis Dissertationibus*, de quibus Ludovicus Muratorius, intelligens sane iudex dicere solebat, posse eas per se solus aeternum nomen Auctori comparare. His Dissertationibus ostendere voluit Eduardus, quo tempore Graeci celebrare consveverunt ludos Olympicos, Pythicos, Nemeacos, et Isthmiacos, quod tempus eatenus fuerat vel in-

incompertum vel saltem obscurum. In hoc autem non mediocrem utilitatem Chronologiae, et historiae se allaturum putavit, quod iis ludis scriptores uterentur adnotanda, designandaque rerum gestarum tempora. Ab Olympicis exordiens, qui ceteros omnes splendore, et frequentia superabant, breviter de iis percurrit, quos ab Hercule primum institutos Troiano bello desiisse, moxque ab Iphito restitutos iterum intermissos fuisse scriptores narrant. Etenim illud caput esse videbatur, ut de Olympiade illa quaereret, qua Coroebus palmam accepit, et quae prima dicitur, quod ab illa ceterarum olympiadum numeratio incipiat. Hanc celebratam fuisse putat anno Periodi Iulianae MMM. DCCCCXXXVIII. circiter solsitium aestivum plenilunii tempore, qui mos semper mansit non solum antiquioribus, quibus civiles Graecorum annilunares erant, sed recentioribus etiam quibus solares anni a Romanis ad Graecos transierunt. Primus is erat anni mensis, in quem incidissent Olympici ludi. Quinque diebus eorum certamina, absolvabantur, inter quae cursus, quo uno certatum est ad Olympiadem usque XVIII. primas tenebat. Neque in Aelide solum, sed et in aliis Graeciae urbibus summa cum populi frequentia, ac sacrorum ceeremonia Olympici celebrabantur, donec quinto in-

eunte

eunte reparatae salutis saeculo, iisdem cum Pythicis sublati fuerunt. Pythicos primum instituit Apollo, eosque iamdiu intermissos, confecto Crisensi bello Olympiade XLVIII. Amphyctiones revocarunt. Iidem Olympicorum instar pentaeterici erant, neque secundis annis, aut quartis, ut Petavius, et Doduellus existimarunt; sed tertiis, hisque exeuntibus Elaphebalionis mensis finem tum Delphis, tum in aliis Graeciae Urbibus peragi consveverunt. Proxime post Pythia Olympiade scilicet LIII. instaurata fuerunt Nemea, quorum originem repetit Corsinius a septem Argivis Ducibus, qui ad leniendum desiderium pueruli Archemori a serpente occisi funebres hosce agones CCCCLXXV. annis ante Olympiadem primam prope Nemeacum nemus instituerunt. At Nemeadem illam, ex qua veluti cardine ceterae insequentes numerari coeperunt in annum IV. Olympiadis LXXII. post Marathoniam pugnam incidisse satis probabiliter Eduardus ostendit. Nemeades aestivae aliae, aliae hibernae omnes vero trietericae fuerunt; eaeque alternis annis ita peragebantur, ut hibernae quidem in medios secundos, aestivae vero in quartos ineuntes olympiadum annos incurrerent. Cum Nemeis ludis quaedam erat Isthmicis a Theseo, ut fertur, constitutis similitudo, Funebres erant ambo trieterici, et qui in

 ann.

ambobus vicissent apio coronabantur. Isthmici quoque alii erant aestivi, non tamen alii hiberni, ut quidem Dodvellus putabat, sed verni. Celebrabantur illi primis Olympiadum annis Hecatombeone mense hi Thargelione, exeunte fere tertio Olympico anno. Sic definivit Corsinius tempora quatuor illustrium Graeciae ludorum, patefaciens obscura, et ignota, vel ipsis Chronologiae luminibus Scaligero, Petavio, et Dodvello, quorum auctoritate abreptus ipse in primo Fastorum Atticorum libro Pythiades secundis Olympicis annis concesserat. Agonisticis hisce dissertationibus veluti fastigium operis, idem adiecit seriem Hieronicarum alphabetico, ut dicitur ordine dispositam, et Dodvelliana longe uberiorem accuratioremque. Nam septuaginta supra centum victores recensuit, qui Dodvellum prorsus fugerant; fontesque indicavit (in quo Dodvelli diligentia saepissime desiderabatur) unde uniuscuiusque victoris nomen, aut patria, aut aetas, aut certaminis genus, quo vicisset hauriebatur. Hoc opus vehementer adeo Auctori suo probatum erat, vt vir modestissimus in eo quodammodo gloriari videretur. Etenim ut Attico scripsit Cicero; *sua cuique sponsa, suus cuique amor.* Quoniam autem tum in his agonisticis Dissertationihus tum in Fastis scribendis saepe usus est Corsinius subsidio marmoreorum

rum

rum monumentorum, in quibus multae occurrunt notae, quarum neque facilis, neque prompta fuit exsplicatio separatum opus a se exspectare putavit Graecarum antiquitatum Studiosos, cui propositum esset colligere non solum ex marmoreis, sed etiam ex aureis Graecorum tabulis varias eorum notas, hasque exsplicare, et illustrare. Quae dum animo versaret, operique iam manum admovisset, ecce in lucem prodit scipionis Maffei liber *de Graecorum Siglis Lapidariis*, in quo trecenta fere vocum compendia ingeniose feliciterque enodantur. Cum Eduardus ab amico librum accepisset, ei epistolam scripsit (relata haec fuit in quartum volumen diarii Litteratorum Florentiae editi) in qua summas tribuit Maffejo laudes, quod primus ex omnibus materiem hanc seorsim tractandam susceperit, magnam in illam conferens eruditionis copiam, et acre prudensque iudicium. Non propter ea tamen Spartam, quam sibi snmserat, ille deseruit, quia ut ait Ausonius, *is erat campus in quo alius alia plura invenire potest, nemo omnia.* Et plura certe Corsinius invenit cum mille fere notas, aut numerorum vocumque compendia uno volumine colligere potuerit, et explicare illo suo acutissimo ingenio, cui inquirenti, et contemplanti omnia occurrere, se seque ostendere vide-

debantur. Ut vero delectatione aliqua, alliceret adolescentes, quibus insvavis fortasse, et asperior videri poterat siglarum investigatio, postquam multa eruditissime praefatus esset de notarum origine, vi, utilitateque, opportune sparsit in toto libro non pauca ad Historiam, Geographiam, Chronologiam, ac Mythologiam spectantia. Ex quibus aliisque disciplinis uberiora etiam hausit, ut ornaret Dissertationes sex, quas absoluta universa notarum serie, confecit, ut essent operis corollarium. Explicant illae insignes quasdam Christianae, et profanae antiquitatis inscriptiones sicque explicant, ut facile existimari queat, eum, qui non comprehenderit rerum plurimarum scientiam, quique iudicio certo, et subtili non sit praeditus, in his antiquitatis studiis, satis callide versari, et perite non posse. Inscripsit Corsinius hoc suum opus. *Notae Graecorum, sive vocum, et numerorum compendia, quae in aereis, atque marmoreis Graecorum tabulis observantur*, dedicavitque Cardinali Quirinio a quo pecuniam ad illud ipsum evulgandum dono accepit. Etenim his temporibus haud illi magna res erat, quae vix satis esse videbatur ad vitam sustentandam necessariosque libros emendos. Praepositus anno MDCCXXXV. Dialecticea Scholae nihil aliud annui stipendii obtinuit, nisi octingen-

gen-

gentos Denarios. Hoc esse fatum videtur nobilissimae quidem disciplinae, utpote quae per omnes disciplinas manat ac funditur, ut, qui illam profitentur mediocribus afficiantur praemiis. Vel ipsi Graeci, quamvis essent aequi liberalium artium aestimatores, minimam esse voluerunt mercedem Dialecticorum. Commodiori in statu res Corsinii esse coeperunt cum traductus fuit (id accidit an. MDCCXXXXVI.) ad Metaphysicam atque Ethicam docendam. Tunc enim ipsius stipendium erat bis millenorum, et amplius denariorum posteaque illud ad quatuor mille ducentos quinquaginta usque pervenit, cum prosperae res multae consequutae fuissent. Satis superque id erat, homini temperato ad vitam beatissimam; videbaturque sibi superare crassum divitiis. Quantum vero sorte sua contentus, quantis amoris vinculis Academiae Pisanae obstrictus esset, ex eo coniici potest, quod mortuo Ludovico Muratorio Mutinensis Ducis a bibliotheca in illius locum succedere recusavit, quamvis liberalissime ipsius Ducis verbis invitaretnr. Quo cognito ab Emanuele Comite Richecourtio, qui Francisci I. Caesario nomine res Hetruriae administrabat, singulariter verbis ei gratias agendas censuit, eidemque prolixe de sua non modo, sed et Caesaris voluntate pollicitus cst. Id non potuit Corsinio uon

summe

summe esse, iucundum, utque viro de se et de sodalitate sua bene semper merito gratum se ostenderet, dicavit illi Plutarchi opus *de placitis Philosophorum* a se latine factum vitaque Scriptoris, Scholiis et Dissertationibus ornatum. Caussam suscipiendae novae interpretationis; susceptam vero ita perfecit, ut verbum pro verbo reddiderit, multaque etiam adtulerit de suo, quae sunt diverso Charactere notata, ne adtenuata nimis diligentia perspicuitati officeret, et ne res ipsa omni latinae orationis dignitate cultuque destituta sordesceret. In limine operis Plutarchi vitam ex illius aliorumque veterum scriptis a se diligentissime collectam, et seriem Philosophorum, quorum placita a Plutarcho proferuntur aetatemque in qua vixerunt, exposuit. Singulis vero operis capitibus brevia adiecit commentaria, quae aut mutilos, et hiulcos Plutarchi locos supplent, aut depravatos emendant, aut obscuros atque perplexos, opportune allatis aliorum Philosophorum sententiis illustrant. Si quando autem longioris esse orationis putavit Corsinius lucem aliquam afferre rebus obscurissimis, cum non Heraclitus solum, sed et ceteri fere omnes coarctavit, et peranguste refersit Plutarchus, Σκοτεινοῦ cognomen mereantur, huiusmodi illustrationes ad finem libri reiecit. Quo in loco voluit etiam recensere illustriores sen-

sententias, quae propriae dícuntur recentiorum Philosophorum, cum earum tamen manifesta appareant vestigia in Plutarchi libro, quod profecto ad veterum gloriam amplificandam plurimum valet. Tales sunt adtractionis leges, viresque ut dicuntur, centripeta, et centrifuga Cartesiani vortices, lunae phases, maculae, quodque haec sit terra multarum Urbium, et Urbium certa quadam celeritate, ac periodo circa axes suos, natura constans motus, reversioque cometarum, telluris motus, quodque ex eo causa maris aestus repetenda sit meteororum exsplicatio, aliaque huiusmodi multa tum ad corporum tum ad animi naturam pertinentia. Profecto nihil dulcius erat Corsinio, quam per abdita remotioris antiquitatis permeare, et inde nova, et inexspectata deferre, quae hominibus contemplanda bono in lumine exhiberet. Nam ut Aristoteles inqit, suo quisque artifex studio atque opera impensius delectatur. Cum igitur accepisset ab Antonio Francisco Gorio amicissimo suo graphidem eximii cuiusdam anaglyphi, quod Romae visitur in aedibus Farnesianis, non magnopere hortandus fuit, ut in illo exponendo elaboraret. Exhibet hoc superiori in parte Herculem cum Europa, Hebe, Satirisque quieti voluntatique post axantlatos labores indulgentem, in inferiori vero tri-

podem

podem Apollini Sacrum, Argivae Iunonis Sacerdotem, atque alatam virginem, et Herculem demum ipsum se se expiantem, ut purus ad Deorum concilium ascenderet. Hinc et illinc anaglyphum ornant binae columnae cum Graeca inscriptione, quae multis versuum decadibus Herculis gesta commemorat: in supremo tandem anaglyphi loco octodecim hexametra carmina exsculpta sunt, quibus Herculis labores, et certamina declarantur. Praeclarissimi huius monumenti exsplicationem Eduardus libello, quem ad Scipionem Maffeium instituit complexus est; ex eo iudicari potest vehemens assiduumque studium ipsi copiam eruditionis dedisse, naturam vero tribuisse ingenium ad coniiciendum divinandumque factum. Et sane divinationis cuiusdam videtur, illum potuisse laceras, ac depravatas multorum versuum lacrimas felicissime corrigere, atque supplere. Hoc ipso ferme tempore Corsinius eiusdem Gorii postulationibus Dissertationes quatuor concessit, quae impressae sunt ab illo in VI. volumine *Symbolarum litterarium*. Extricat prima epigraphen sculptam in labro interiori cuiusdam crateris ahenei Mithridatis Eupatoris *a*) qui crater in museo Capito-

a) Sic interpretatur Corsinius mire involutam inscriptionem: *Regis Mitridatis Eupatoris Regni anno*

tolino asservatur. Secunda patefacit obscuros, ignoratosque dies natalem, et supremum Platonis, qua occasione aliorum etiam virorum illustrium Architae, Philolai, Isocratis, Lysiae, Dionis, et Socratis aetates, et tempora persequitur. Exsplicat tertia adversam partem numismatis Antonini Caesaris, in qua Prometheus humanum corpus ex luto fingens, et Pallas capiti mentem, papilionis imagine expressam inserens conspiciuntur. Curiosa sunt, quae excogitavit Corsinius, ut persvaderet hominibus morem repraesentandi humanam mentem sub papilionis imagine non ex miris huius volucris affectionibus et natura, non ex ipsa animi immortalitate; circuitu, aut transmigratione non ex ChaldaicaeGraecaeque sapientiae fontibus non ex arcanis amoris mysteriis, sed ex sola artificum imperitia profluxisse. Eum enim unum idemque nomen *psyches* papilionem, et animum designet, rudis artifex, qui primus animum exprimendum suscepit, non putavit huius ideam posse melius excitari, quam ob-

---

no 54. *Eupatoristis Gymnasii* (hoc est Civibus Eupatoriae, qui in Gymnasio certarunt *senectutem conservat*, quod erat ad laudem vini, quo plenus crater victori concedebatur. Sed etiam videri potest singulare ingenii acumen in supplendis vetustate vitiatis inscriptionibus, quas mira felicitate cum in *notis Graecorum* tum in variis Dissertationibs luculente ostendit.

obiecta imagine illius rei, qua eum in commune nomen habet. Quarta Dissertatio demum in eo versatur, ut ostendat mentitam, et falsam esse Latinam quamdam inscriptionem, quae Pisis videtur, in Scortianis aedibus. Summi labores, quos Corsinius impendit in conficiendis, quos retulimus, libris, magna compensati fuerunt gloria, ut unus e multis qui illustandae Graecae praesertim antiquitati se se dederunt excellere iudicaretur. Cuius de praestanti in hoc rerum genere doctrina tanta etiam iudicia fecit Scipio Maffeius, quanta de nullo, cuius testimonii auctoritas maxima reputari debet, non solum, quod ab homine prudentissimo proficiscitur, sed etiam, quid figulus invidens figulo, faber fabro, ut est Hesiodi dictum, alterius laudi, et gloriae minime favere soleat. Ex mutua opinione doctrinae similitudine studiorum orta est inter eos iucundissima amicitia, cuius tanta vis fuit, ut Corsinius aestate anno MDCCLI. quamvis non bene valens, Veronam venerat aliquot menses commoraturus apud amicum. Quo tempore inter eos fuit familiarissima societas, et communicatio studiorum Dono accepit Corsinius a Maffeio tercentum fere Graecas inscriptiones (has Edmundus Chishullius collegerat, et secundae *Asiaticarum antiquitatum* parti rsservaverat) ea conditione, ut

eas

eas Latine redderet, atque illustraret. Satisfecit ille aliqua ex parte promisso suo, cum anno insequenti edidisset eas inscriptiones, quae ad Athenas spectabant, easdemque iterum cum commentariis edidit quadriennio post, ut essent ornamento quarto Fastorum volumini. Nono mense postquam in Hetruriam rediit Eduardus moritur Alexander Politus, quocum ille ita vixit, ut quem pauci ferre poterant propter difficillimam naturam huius sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam. Mortuo autem Polito neque inquirendum, neque consultandum fuit, quis illi successor in Academia Pisana daretur, cum omnium oculi statim in Corsinum coniecti fuissent. Ita hic exeunte anno MDCCLII. postquam octodecim fere annos Philosophiam tradidisset, munus docendi humaniores litteras libentissimo animo suscepit. Initio proposuit sibi (nam muneris ratio, et adolescentium utilitas ab eo postulabant, ut cum Graecis latina coniungeret) explanare Plutarchi parallelas Graecorum, Romanorumque vitas, ut inde occasionem sumeret utriusque populi leges inter se conferendi. Memoriter dicebat e superiore loco, quod ad Praeceptoris, et Scho-

lae dignitatem plurimum, ut reor, confert, et quae tradebat, insignita erant luminibus ingenii, et conspersa eruditionis sententiarumque flore. Genus dicendi erat quietum, et lene, purum, et elegans, ut maxime teneret eos, qui audiebant, et non solum delectaret, sed etiam sine satietate delectaret. Nulli discipulorum aditum, sermonem, congressumque suum negabat, quin imo eos bis in hebdomada domum suam invitabat, ut in studiis exerceret Graecarum, Romanarumque aatiquitatum. Domi etiam tradebat Metaphysicam, quo onere non placuit Academiae Moderatoribus illum liberare, nisi A. MDCCLIV. quo quidem tempore Venetiis evulgavit suas *Institutiones Metaphysicas.* In his adornandis illud unum sibi propositum fuit, ut in animis adolescentium rectas de animae immortalitate, arbitrii libertate, Dei exsistentia, ceterisque naturalis Theologiae Dogmatibus notiones insereret, quibus in gravioribus aliis disciplinis veluti praesidiis, uti possent, quibus caverent a peste quadam hominum non tam religioni, quam Reip. infesta, quae rationem pervertendo ubique venenatas opiniones disseminare non veretur. Subaccusent aliqui si lubet, Corsinium, quod nimis parcus fuerit in pertractandis quibusdam rebus, quae in ea, in qua nunc sumus luce, ignorari minime posse videntur,

tur, omnes profecto uno ore fateri debent, tales esse hasce Institutiones, ut cupidi Metaphysicae nullibi possint refrigerari salubrius, atque iucundius. Postremum hoc operum fuit, quae Corsinius Philosophiae consecravit, nisi dicere velimus, etiam cum minime videretur, tum maxime illum philosophari consvevisse. Quod declarant, et eius latinae Orationes ad Academicos Pisanos refertae Philosophorum sententiis, saluberrima praecepta, quibus adolescentes ad omne officii genus instruebat, Doctissimorum Philosophorum familiaritates, quibus semper floruit, et ars illa distinquendi vera a falsis, colligendi sparsa, eaque inter se conferendi, diligenter examinandi omnium rerum, verborumque pondera, nihilque asserendi sine evidenti ratione, aut saltem probabili coniectura: in qua arte quantum inter omnes unus excelleret, praesertim ostendebat, cum vetustatis monumenta inquireret. Huius inquisitionis uber sane fructus fuit Dissertatio illa *de Minnisari, aliorumque Armeniae Regum numis, et Arsacidarum epocha* quam idem in lucem etulit anno MDCCLIV. Difficultatis maximae fuit ostendere Minnisari numum, quem praecipue illustrandum Corsinius susceperat, ad illum spectare Manisarum Armeniae, et Mesopotamiae Regem, de quo Dio Cassius in libro Romanae

Histo-

Historiae LXVIII. mentionem fecit, et Arsacidarum epocham non in Parthiae solum, sed etiam in Armeniae Regum nuncis inscriptam fuisse, eamque ab anno Urbis conditae DXXV. initium duxisse. Antea quidem Doctissimorum Virorum Usserii, Petavii, Norisii, Spanhemii, Vailantii, et Froclichii sententia fuerat, serius Arsacidarum imperium incepisse, adversus quam sententiam Eduardus ita pugnavit, ut veritas non minus, quam industria eluxerit. Quoniam vero in antiquitatis studio multae res inter se ita nexae, et iugatae sunt, ut iuventa una, aliae, quae prius latebant, sese contemplandas offerant, ita Corsinius in Minnisari Regis numo explicando varia scriptorum loca corrigere, et supplere, verum Darii genus exponere, Tridatem alterum, Arsamem, aliosque Armeniae Reges Vailantio prorsus incognitos proferre potuit. Res in hac Dissertatione contentae, oppugnatae quidem, sed non eversae fuerunt a Iesuitis Froclichio, et Zacharia, responditque ad ea, quae obiecta fuerunt, sine iracundia Corsinius. Etenim veritatis unice amans alios a se dissentire haud iniquo ferebat animo, semperque detestatus est eos, qui suis sententiis quasi addicti, et consecrati, etiam ea, quae plane probare non possent, constantiae, non veritatis caussa defenderent. Propugnationem quoque Corsinii libello

bello

bello *a*) suscepit eius convictor, et sodalis Carolus Antoniolus, qui quidem non mediocri adiumenta illi praebuit, cum plurimum valeret in omni genere studiorum, quae ipse excolebat. Magni quoque Academiae fuit Antonioli opera in Graecis litteris tradendis toto illo sexennio, quo Corsinius coactus capessere summum Ordinis sui Magistratum bona cum Principis venia, et sine ulla stipendiorum iactura Pisis abfuit. Hic Romam venit mense Aprili anno MDCCLIV. ardens desiderio, iudicia veteris memoriae, quibus mirabiliter urbs illa abundabat (quacunque enim quis ingreditur in historiam, vestigium ponit) cognoscendi. Sed raro ei potestas dabatur huic suo desiderio satisfaciendi, cum podagrae doloribus saepissime vexaretur, et munus suum diligentissime exsequi vellet. Quanta vero prudentia, et dexteritate fuerit in tractandis negotiis, quanta aequitate in constituendis, temperandisque, si reposcebat, constitutis iam legibus, quanta humanitate erga omnes, quantaque vigilantia, ac providentia in consulendo rebus praesentibus, prae-

a) Huic titulus est: Lettere Critiche di un Pastore Arcade ad un Academico Etrusco nelle quali si Sciolgono le difficolta fatte contro un' opera del Reverendissimo Padre Odoardo Corsini nel Tom IX. della Storia letteraria d' Italia etc. in Pisa MDCCLVII. 8.

praecavendoque futuras, satis praedicari non potest. Cum autem nihil sine aliorum Consilio agere ei mos esset, et facilitate summa uteretur in suos adiutores, procuratoresque, inde nonnulli materiam sumserunt falsae criminationis, quod ad aliorum magis, quam ad suum arbitrium res Ordinis administraret. Omnino se totum tradidit Eduardus sodalitati, totamque sic rexit, ut oblitus commodorum suorum omnibus prospexerit. Non est credibile, quanto animi dolore angeretur, si aliquis suorum in crimen vocabatur. Horrebat enim homo innocentissimus vel ipsam peccati suspicionem. Sed non praeterea sontibus irascebatur, hosque clementia magis, ac mansvetudine, quam animadversione, et castigatione ad frugem revocare studebat. Cum vero severitatem, sine qua Respubl. administrari non potest, adhibere cogebatur, similis, ut praeclare admonet Cicero, legibus erat, quae ad puniendum non iracundia, sed aequitate ducuntur. In his occupationibus muneris sui, ne plane cessare a scribendo videretur, exstare voluit explicationem duarum Graecarum inscriptionum. quae Museum ornant Bernardi Nanii Veneti Senatoris. Quam feliciter id praestiterit, perscrutata prius litterarum priscarum, quibus illae conscriptae sunt, forma, atque vi, facile iudicabunt illi, qui sunt harum

de-

deliciarum amatores. Tentaverat eandem rem Franciscus Zanettius, sed longissime aberravit a vero eius interpretatio. Iste Eduardus cum Anconae esset ineunte Anno MDCCLVI. eoque praesente cum multis aliis dntecta fuissent, atque agnita corpora Sanctorum Cyriaci, Marcellini, et Liberii, quos singulari obsequio civitas eadem veneratur, incitatus fuit, ut aliquid laboris impertiret illorum Sanctorum illustrundae Historiae, definiendoque praesertim tempori, quo translata corundem corpora fuerunt in eum, ubi nunc iacent, locum, et quo Anconae coli coeperunt. Haec Corsinius edito Commentariolo, accidisse ostendit exeunte seculo XI. et ex ipsis antiquitatis monumentis, quibus sententiam suam confirmavit, quatuor Anconitarum Episcoporum nomina in lucem protulit, quae usque ad id tempus fuerant incognita. Perpauca in hoc Commentariolo attigit de S. Liberio, quod eius historiam involutam tenebris, et fabulis existimabat. Mox cum ei aliquid luminis affulsisset, et monumentorum ope, et mirabili illa sua coniiciendi arte patefacere potuit Liberium fuisse unum ex Sociis S. Gaudentii Absarensis Episcopi, qui circiter Anno MXXXX. Aneonam venit, solitariam vitam acturus in suburbano Monasterio Portus Novi. Harum rerum inventio multis laudibus celebrata fuit a Scriptoribus

Annalium Camaldulensium *a*) et pergrata quoque fuit Benedicto XIV. pro suo singulari studio in Anconitanam Ecclesiam. Hic cum saepe ad congressum, colloquiumque suum Eduardum invitaret, quod eius summum ingenium, svavissimos mores, et eximiam probitatem, et nosset, et diligeret saepequoque ipsum hortabatur, ut pergeret mandare litteris, quae abdita christianae antiquitatis patefacerent. Sed fuerunt iustae caussae, quare Corsinius amantissimis Summi Pontificio Consiliis minime obtemperaverit, et quidquid subcisivorum temporum incurrebat, quae perire non patiebatur, libentissime concedebat suis pristinis studiis. Rusticabatur cum eo in Tusculano Angelus Fabronius amicissimus, quando epistolam scripsit ad Paullum Mariam Paciandium, in qua plura de Gotarzis eximio numo eiusque, Bardanis, et Artabani Parthiae Regum Historia prosequutus est, et pro iure suae amicitiae ab ipso postulabat, ut in otio, quod raro dabatur, et peroptato illi dabatur, cessaret a libris, et a stilo. Verum cum is esset, ut sine his studiis vitam insuavem duceret, dicere solebat, cui grave adeo erat, quod multi appetunt, ceteros regere, ut onus Aetna maius sibi sustinere videretur. Poterat qui-

a) Vide Tomum III.

quidem illi esse levamento recordatio multorum benefactorum, inter quae maximum illud reputari debet, quod eo sexennio, quo ad sodalitatis gubernaculum sedit, viginti domus, sive Collegia constituta sint. Interim advenit tempus, quo Magistratu se abdicare, et extremos auctoritatis suae fructus capere debebat in provehendo digno Viro, qui sibi succederet. Verum minime illi contigit, ut sunt ancipites, variique casus comitiorum, quem optabat exitus. Peractis comitiis, sine mora rediit ad Academiam, et ad illlam suam quietam in rerum contemplatione, et cognitione maxime positam degendae vitae rationem, qua qui frueretur, negabat ei aliquid deesse ad bene vivendum. Liber de *Praefectis Urbis* ei erat in manibus; Graecas inscriptiones in Asia repertas, quas, ut supra retulimus, a Scipione Maffeio dono acceperat, quasque iam pridem Latinas fecerat copiosis Commentariis explicabat, aderat discipulis suis, veniebat frequens in Academiam, afferebat res multum, et diu cogitatas faciebat sibi audientiam erudita, comta, et mitis oratio. Idem efflagitatu, et coactu amicorum instituta hoc tempore opera abrupit, ut explicationem lucubraret cuiusdam numi recens inventi in Austria, in quo erat nomen, et imago Sulpiciae Dryantillae Augustae. Coniecit ille feminam hanc Liber-

bertam fuisse, libertatemque accepisse a Sulpicio quodam ab eoque in Sulpiciam gentem receptam; nupsisse demum Carino scelestissimo Imperatori. Haec porro incerta. Illud unum sine ulla dubitatione colligi posse videtur ex numi fabrica, characterum forma, feminaeque ornatu, illum ipsum numum cusum fuisse inter Elagabali, et Diocletiani Imperium propterea que Dryatillam ad aliquem Imperatorem, qui illo intervallo regnarunt, pertinere. Neque his contentus Eduardus voluit etiam excutere historiam, et rei numariae Interpretum mire inter se dissidentes opiniones de Aureliani, et Vaballathi imperio, atque aetate, ac postremo suam sententiam proferre. Fuit haec Aurelianum exeunte Iulio, vel ineunte Augusto Anno CCLXX. Imperium suscepisse, eaque multis, et gravibus confirmare argumentis. Ad ea vero diluenda, quae contradici poterant ex illorum sententia, qui praesertim niti videbantur lege quadam data a Claudio VII. Kal. Nov. Antiochiano, et Orfito Consulibus, ut serius Aurelianum inchoasse Imperium persvaderent, distinguit Consules ordinarios a suffectis. Hac autem constabilita distinctione, quae maxime apta erat non solum ad id, quod requirebat, sed etiam ad expediendos alios, quos vel ipse Scaliger indissolubiles in Chronologia existimaverat nodos, concludit eam-

dem

dem legem editam fuisse Anno CCLXIX. vel CCLXIIX. quando Antiochianus, et Orfitus suffecti Consules erant, minime vero anno CCLXX. iisdem Consulibus ordinariis. Nec minor difficultas fuit ostendere, qui fieri potuerit, ut Aurelianus ad VII. Imperii annum pervenisse dicatur, et explicare locum Eusebii, qui tradit in eiusdem tempora incidisse III. Antiochenam Synodum, exloratum enim est hanc Synodum A. CCLXIX. incoeptam, et absolutam fuisse. Feliciter haec praestitit Corsinius, cum probasset Aurelianum anno, et ultra antequam a legionibus post mortem Claudii Imperator fieret, ab ipso Claudio destinatum sibi fuisse Successorem, adeoque ampla potestate donatum, ut ab hoc tempore nonnulli eius Imperii initium sumere potuerint. Quae vero de Vaballatho disseruit Corsinius, haec ferme sunt: Illum Zenobia procreavit ex Athena priori viro, eiusdemque nomine ab anno CCLXVI. usquedum Claudius in Gothicum bellum unice intentus vixit, Orientis Imperium tenuit. Ex quo factum est, ut quae hoc tempore cusa sunt, Vaballathi numismata, Imperatorem Caesarem Augustum illum nominent. Postquam vero ille descivisset a Matre, ut Aureliano adhaereret, huic quidem coniunctus in numis repraesentari voluit, minime vero paludamento, radiata corona, splendidoque Au-

gusti

gusti nomine decoratus, solo Imperatoris contentus. Praeterea alia multa scitu dignissima in hac Dissertatione contenta, ne cum nimis longus in recensendis scriptis operibus fuerim, videar oblitus consvetudinis, et instituti mei. Huius libelli cura liberatus Corsinius totus in in eo fuit, ut absolveret seriem Praefectorum Urbis ab condita ad annum usque M. CCCLIII. sive a Christo nato DC. Etenim posteriora tempora minime inquirenda putavit, quibus penitus fere exstincto Urbanae Praefecturae splendore, ac dignitate, nonnisi tenue nomen, ac levissima pristinae maiestatis umbra superfuit: ex quo fiebat, ut nihil inde lucis sacra, et profana sperare posset Historia, cum contra uberrimam, splendidissimamque utraque acciperet ex veterum Praefectorum serie, horumque aetate rite constituta. Ut vero non utilitate solum, sed etiam iucunditate lectores invitaret Corsinius, operi varia opportune admiscuit, quae marmora, et Scriptores, quorum testimoniis ubique fere utitur, corrigunt, et illustrant. Interpretumque falsas opiniones, atque errores emendant. Quis enim ignorat multos antecessisse Corsinum in huiusmodi pertractando argumento, ex quibus omnibus, ac praesertim Iacobo Gothoffredo, Tillemontio plurima in rem suam transtulit. Sed ii exiguis finibus o-

peram

peram suam continuaverunt, si unum excipias felicem Contelorium, qui contextam a Panvinio Praefectorum seriem ad annum usque MDCXXXI traduxit. Tale tamen non fuit Cantelorii opus, quin eadem de re aliquid politius, copiosius, perfectiusque proferri a Corsinio potuerit. Et protulisse certo oportuit, cum aeterna suorum laborum praeconia ab intelligentibus Viris reportaverit. Dum ille sine intermissione obsequebatur studiis suis, et Adolescentium utilitati, oblitus videbatur se iam senem factum (quando enim typis mandavit librum de Praefectis Urbanis, sexagesimum primum aetatis annum agebat) et infirma, aegraque valetudine esse. Sed accidit miserabilis casus, qui repente ipsi omnem spem non solum litteris, sed etiam naturae vivendi praecidit. Est haec consvetudo Academiae Pisanae, ut qui humaniores litteras profitentur, Calendis Novembris, quo tempore studia instaurari solent latinam orationem habeant ad vehementius inflammandam cupidam doctrinarum iuventutem. Dicebat eo ipso die Eduardus (vertebat tunc annus supra sexagesimum huius saeculi) de Viris, qui et scriptis editis, inventisque rebus in Academia mexime floruerunt, eaque erat oratio, ut nunquam is dixisse melius iudicaretur. Cum eo pervenisset, ut exsultaret in inmenso Galilaei laudum campo, repente

pente ipsum apoplexia perculit, ac semivivum reliquit. Dolore huius casus ostensum est, quantum ille Academiae esset acceptus. Aegre domum deductus, ubi quadriduo cum morte conflictatus est. Quinto die adhibitis multis remediis levari coepit, ac praeter spem paulatim convaluit. Ut ardentes desideraret pristinas recuperare vires, efficiebat ille suus singularis amor in Academiam, cui maius se non posse munus offerre videbat, quam si institutum iussu Principis biennio fere ante opus de eiusdem Academiae ortu, progressu, ac vicibus ad umbilicum perduceret. Plurima collegerat, atque vulgaverat ad hanc Historiam pertinentia Vir diligentissimus Stephanus Maria Fabruccius iuris civilis in eadem Academia Doctor, quae quidem ampla, et bella materies esse poterant, ad novum aedificandum opus. Hoc igitur subsidio instructus Eduardus alacer sese ad rem accinxit. Et primum quidem illustrium Italicorum Gymnasiorum originem subtexuit, disserensque quatuor prioribus capitibus de prima Gymnasii Pisani institutione neque ab XIV. Christi saeculo, ut multi scripserunt, sed ab ineunte XIII. vel exeunte XII. illam repetendam esse existimavit. Ex hoc tempore ad annum usque MDCCC-XXXIX. quo anno Fabruccius contendit coepisse Academiam Pisanam, hanc, si nullam di-

cere volumus, minimam certe fuisse oportet. Consequutae deinceps vires multae, ut ipsa modo languescere, modo ad interitum properare, ac saepe etiam veluti extorris sedem mutare visa fuerit. Quae omnia octo consequentibus capitibus prosequutus est Eduardus. Cum vero Academiae res imperante Cosmo I. ceteris non solum Mediceis, sed etiam Lotharingis Principibus felicissime processissent, quibus ab his beneficiis, splendore, atque gloria aucta, quibusque gubernata legibus. Consvetudinibusque, variis interdum pro temporum varietate, exposuit in quatuor decim capititibus, quorum nonnulla adumbrata magis, quam descripta videntur. Huc omnia primam operis partem conficere debebant, cum reservasset alteram, quam quam tamen minime attigit Doctorum vitis. Dum haec scripta legebam, videbatur mihi posse ab Auctore desiderari maior rerum copia, magisque apta, ac pressa oratio. Inest quidem in omnibus Corsinii scriptis luxuries quaedam, quae, ut in hortis Rustici solent, depascenda erat: quod si est vitium in omni oratione, maximum tamen est in Historia, in qua pura, et illustris brevitas petitur. Eodem tempore, quo Eduardus in Academiae Historiam incumbebat, ne plane superioris aetatis studia deseruisse videretur, epistolam scripsit ad amicum, et Col-

legam

legam suum Franciscum de Albizzis, in qua de Ausonii Burdigalensi Consulatu egit. Desperaverant vel ipsi chronologiae Patres Pagius, et Panvinius computationem quamdam annorum ab Ausonio factam in epigrammate ad Proculum, in quo ab Urbe condita in Consulatum suum MCXVIII. annos enumeravit conciliari posse cum Varoniana epocha, ideoque novam excogitarunt epocham XIII. annis Varoniana posteriorem, qua non solum Ausonium, sed etiam Arnobium usos fuisse scripserunt. Horum aliorumque Ausonii interpretum errorem, ut corrigeret. Eduardus probare debuit Ausonium non Romanum modo, sed et Burdigalensem gessisse consulatum, et Romanorum, ut Burdigalensium Consulum Fastos conscripsisse. Qua distinctione stabilita, facile fuit ostendere eundem Ausonium in epigrammate, quod ad Hesperium filium misit cum Romanis festis de Romano a se gesto Consulatu in epigrammate autem illo, quod est ad Proculnm, de patrio, municipali, quinquennali (etenim in municipiis omnibus maiores Magistratus quinquennales esse solebant) de Burdigalensi nimirum consalatu loquutum fuisse. Hanc epistolam sequuta est altera ad Ioannem Chrysostomum Trombellium Canonicum Regularem, in qua de numo quodam ab Atheniensibus Liviae Augustae dicato, illiusque aetate disserens,

rens, feminam illam non supremis tabulis, sed matrimonii iure a marito nomen Augustae accepisse pluribus monumentis conprobat. Quae quidem, aliaeque ex abditissima antiquitate depromta, qeae sparsis Corsinius in hac Epistola, ut iucunda lectoribus, ita iisdem plena moeroris fore arbitror, quae in extrema pagina eusdem epistolae Trombellius adnotavit. Inquit enim ille: *Dum extremae huius epistolae partem edimus monemur eodem fere tempore, quo Brixiae egregius Mazzuchellius, inclytum Corsinium nostrum Pisis apoplexi repente ereptum. Eheu litterae afflictae! o amicos incomparabiles! o unum vere ealamitosum, et pessimum.* Dies, quo illum apoplexis iterum invasit fuit V. ante Calend. Decemb. anno M. DCCLXV. post quem casum tribus ferme diebus vixit sine sensu. Sepultus est in Aede S. Euphrasiae totius Academiae, luctu, quae hanc calamitatem acerbissime doluit, doletque adhuc reminiscens se orbatam homine, in quo plurimae erant litterae, eaeque interiores, divinum ingenium, ac industria summa, et illustri adeo fama, ut hac sola muneris sui splendorem tueri potuisset. Atque haec, vitae decorabat probitas, et integritas. Quanta gravitas mixta Comitati in vultu, et moribus! quantum pondus in verbis! quam nil inconsideratum exibat ex ore! quam

quam diligenter inquirebat in se se, atque ipse sese ebservabat! omnino tantus erat in ipso ordo, constantia, et moderatio dictorum omnium, atque factorum, ut probitatem, et religionem prae se ferret, et ad omne virtutis decus natus videretur. *Quidquid come loquens*, *et omnia dulcia dicens* mirabiliter ad se diligendum omnium animos alliciebat; neque unquam accidit, ut quis uno verbo cum eo concertaverit, quod non tam naturae, quam virtutis erat. Etenim iracundiae aculeos aliquando sentiebat, sed hos perpetuus cupiditatum domitor frangebat, planeque occultabat. Secum ipse vivens animi tristitiam frequenter patiebatur, praesertim si contemplaretur misera, in quae incidimus tempora, quibus corrumpi saeculum vocatur. Quod vero nonnulli perverse adeo abuterentur Philosophia, ac praesertim Metaphisica, ut ea animos a religione avocarent, tanto illum perfundebat horrore, ut vehementer poenitere eum nonnunquam videretur industriae suae, quam in erudienda Iuventute ad recentiorum Philosophorum dogmata insumserat. Quae quidem poenitentia incuriosa mihi videtur omnium artium Parenti Philosophiae, quasi eius culpa, quae deflebat mala Eduardus, accidissent. Etenim sint unicuique scientiae certi fines, ac termini ab omnium rerum Moderatore Deo constituti, quos, qui transilit, nae ille de vi-

vivis in praecipitem locum ruat, necesse est. Sed ad Corsinium revertor de cuius laudibus non est tacendum, summae illum bonitati, ingènuitatique summam dexteritatem, quod raro evenit, coniunxisse. Liberalis, minimeque cupidus pecuniae hanc facile a se extorqueri patiebatur. Virorum litteris illustrium amicitias studiosissime coluit, amavitque imprimis Trombellium, et Paciaudium, quorum mentionem supra fecimus, quorumque consvetudinis magnum eoepit fructum eo praesertim tempore, quo Romae fuit. Dolet ipsum combussisse, quas ab amicis accipere solebat, epistolas, quia scribat in illis multa erudita contineri Fabronius, quodque non mediocri sibi subsidio futura fuissent huius explicandae. De qua satis erit e dictum, si hoc unum addatur, eundem ineditas reliquisse binas Dissertationes de Sancto Petro Igneo, et B. Ioanne *delle Celle* librum de civitatibus, quorum mentio fit in Graecis numis, sexque latinas orationes habitas in Academia Pisana, ex quibus lenitas eius sine nervis cognosci potest.

Opera edita.

1) Institutiones Philosophicae, ac Mathematicae ad usum Scholarum Piarum Tom. I. Florentiae typis Bernardi Paperini A. MDCCXXXI. in 8vo.

2)

2) — Tomus II. Continens Physicam generalem Anno MDCCXXXII. in 8vo.

3) — Tomus III. Continens libros de coelo, et mundo Anno MDCCXXXII. in 8vo.

4) — Tomus IV. Continens tractatum de anima, et Metaphysica A. MDCCXXXIII. in 8vo

5) — Tomus V. Continens ethicam, vel moralem Philosophiam A. MDCCXXXIV. in 8vo.

6) — Tomus VI. Continens Institutiones Mathematicas, quibus illustriora Euclidis, Archimedis, Apollonii, aliorumque theoremata brevi, clariorique methodo demonstrantur Anno MDCCXXXI. in 8vo.

7) Editae iterum fuerant hae Institutiones in V. Tomos distributae Anno MDCCXLI. et MDCCXLII. Bononiae ex Typographia Laelii a Vulpe cum hoc titulo: Eduardi Corsini Clericorum Regularium Scholarum Piarum, et in Pisana Academia Philosophiae Professoris Institutiones Philosophicae ad usum Scholarum Piarum, editio altera auctor, et emendatior in eadem forma.

8) Nova cursus Editio Institutionum sex Tomis distinctarum prodivit Venetiis ex typographia Balleoniana sub eodem titulo prioribus correctior Anno MDCCXLIII. 12,

9) Ragionamenti intorno allo stato del fiume Arno, e dell' acque della Valdinievole. In Colonia appresso Hans Wetergroot. Anno MDCCXXXII. 4to.

10)

10) Elementi di Mattematica, ne, quali sono con miglior, ordine, e nuova metodo dimostrate, le più nobili e necessarie propositioni di Euclide Apollonio, et Archimede di Eduardo Corsini Chierico Regolare delle Scuole Pie in Firenze l' anno MDCCXXXV. nella Stamperie di S. A. R. per li Tartini e Franchi in 8vo. — Haec elementa Mathematica edita secundo fuerunt Venetiis Anno MDCCLXV. apud Antonium Perlinum, in qua editione mutata sunt emendatusque error, quo captus fuerat Auctor, dum in priori editione exposuit propositionem XXXV Libri XI. Venetae huic editioni adiectus est eiusdem Auctoris liber *Della Geometria Prattica*. 8.

11) Ragionamento Istorico sopra la Valdichiana in cui si descrive l' antica e presente suo stato in Frienze anno MDCCXLII. nella Stamperia di Francesco Moücke in 4to.

12) Fasti Attici in partes duas, et quatuor volumina distributi, in quibus Archontum Atheniensium series Philosophorum, aliorumque illusrium Virorum aetas, atque praecipua Atticae Historiae capita per Olympicos annos disposita describuntur, novisque observationibus illustrantur Auctore Eduardo Corsinio Clericorum Regularium Scholarum in Pisana Academia Philosophiae Professore. Elorentiae A. MDCCXLIV. ex typographia Ioannis Paulli Giovanelli ad insigne

signe palmae in platea S. Elisabethae. Fastorum Pars Prima, sive Apparatus ad Fastos Atticos, in quo plurima ad Atheniensis Reipublicae formam, et Archontum Fastos spectantia quatuordecim Dissertationibus exponuntur. Aeri incisa imago praefert lemma: *quo pignore vindicet Urbem.* Tom. I. octo priores Dissertationes conplectens in 4to.

13) Fasti Attici etc. Tomus II. sex reliquas Dissertationes complectens. Ibid. MDCCXLVII. 4to.

14) Fasti Attici etc. III. Pars Secunda. Ibid. ex eadem Typographia MDCCLI. 4.

15) Fasti Attici etc. Tomus IV. Florentiae ex Imperiali Typographia Anno MDCCLVI. 4. Auctcre Eduardo Corsinio Clericorum Regularium Scholarum Piarum in Pisana Academia Humanior. Litter. Professore.

16) Eduardi Corsinii Clericorum Regularium Scholarum Piarum, et in Pisana Academia Philosophiae Professoris Dissertationes quatuor Agonisticae, quibus Olympiorum Pythiorum, Nemeorum, atqee Isthmiorum tempus inquiritur, ac demonstratur; Accedit Hieronicarum catalogus editis longe uberior, et accuratior Florentiae Anno MDCCLVII. Ex Typographia Imperiali. In extrema pag na huius libri exhibetur integra series mensium Macedonicorum, Atticorum, Roma-

manorùm, et duorum Corinthiorum ad demonstrandum rerum eorum situm, ac connexionem quam seriem hic quoqe in loco exponemus, quia rem gratam antiquitatis studiosis futuram arbitramur. Series enim a Corsino contexta differt nonnullis mensibus ab ea, quam Scaliger, Petavius, Dodvellus, aliique descripserunt.

Corinthii	*Macedonii*	*Attici*	*Romani*
Panemus	Lous	Hecatombaeon	Iulius
Carnius	Corpiatus	Metagitrion	Augustus
.. reliquorum nomina ignota ..	Hyperberetaeus	Boedromion	September
..	Dius	Pyanopsion	October
..	Apellaeus	Maemaeterion	November
..	Audinaeus	Posideon	December
..	Peritius	Gamelion	Ianuarius
..	Dysirus	Anthesterion	Februarius
..	Xanthicus	Elephebolion	Martius
..	Artemisius	Munychion	Aprilis
..	Daesius	Thargelion	Maius
..	Panemus	Scirrhophorion	Iunius

17) Eduardo Corsini Ch. Reg. delle Scuole Pie Lettere interno all' opera del Marchese Scipione Maffei intitolata: *Graecorum Siglae Lapidariae*. Exstat Tomo IV. Parte III. del Giornale de Lettorati publicato in Firenze nell' anno MDCCXLVII.

18) Notae Graecorum, sive vocum, et numerorum compendia, quae in aereis, atque mar-

mo-

moreis Graecorum tabulis observantur. Collegit, recensuit, explicavit, easdemque tabulas opportune illustravit Eduardus Corsinus Cler. Regul. Scholarum Piarum in Academia Pisana Philosophiae Professor. Accedunt Dissertationes sex, quibus marmora quaedam cum sacra, tum profana exponuntur, ac emendantur. Florentiae Anno MDCCXLIX. ex Typographia Imperiali in folio.

19) Plutarchi de placitis Philosophorum Libri V. latine reddidit, recensuit, adnotationibus variantibus lectionibus, Dissertationibus illustravit Eduardus Corsinus Cler. Reg. Sholarum Piarum in Academia Pisana Philosophiae Professor Florentiae Anno MDCCL. Ex Typographia Imperiali. in 4to.

20) Dissertationes quatuor, quibus antiqua quaedam insignia, monumenta illustrantur. Vide illas Tomo VI. Symbolarum Litterariarum Antonii Francisci Gorii.

21) Herculis quies, et expiatio in eximio marmore Farnesiano expressa, sine anno, et loco, in folio.

22) Inscriptiones Atticae nunc primum ex Cl. Maffei Schedis in lucem editae, latina interpretatione, brevibusque observationibus illustratae ab Eduardo Corsino Cler. Reg. Scholarum Piarum in Academia Pisana Philosophiee Professore. Florentiae Anno MDCCLII. Ex Typographio Ioan. Pauli Giovanelli. 4.

23)

25) Selecta ex Graeciae Scriptoribus in usum studiosae Iuventutis. Suppresso Auctoris nomine. Florentiae Anno MDCCLII. ex Typograqhia in 8vo.

24) Institutiones Metaphysicae in usus Academicos Auctore Eduardo Corsino Cler. Reg. Scholarum Piarum in Academia Pisana Philosophiae Professore Venetiis ex Typographia Balleoniana in 12.

25) Eduardi Corsini Cler. Reg. Scholarum Piarum in Academia Pisana humaniorum litterarum Professoris de Minnisari, aliorumque Armeniae Regum numis, et Arsacidarum epocha Dissertatio. Liburni Anno MDCCLIV. Typis Antonii Santini, et Sociorum in 4to.

26) Spiegazione di due antichissime inscrizioni Greche indirizzata al Reverenditsimo Padre Anton Francesco Vezzosi Praeposito Generale de Chierici Regolari Lettore nella Sapienza Homana, ed Esaminatore de Vescovi da Odoardo Corsini C. R. delle Scuole Pie. In Roma nell' anno MDCCLVI. nella Stemperia di Giovanni Zempel in 4to.

27) Relazione dello Scuoprimento e ricognizione fatta in Ancona dei sacri corpi di S. Ciriaco, Marcellino e Liberio Protettori della Città e Riflessioni sopra la translazione ed il culto di questi Santi. In Roma MDCCLVI. nella

Stamp. di Giovanni Zempel con alcune ramae ed intagli. 4to.

28) Eduardi Corsini Cler. Reg. Scholarum Piarum, et in Academia Pisana humaniorum litterarum Professoris Dissertatio, in qua dubia adversus Minnisari Regis numum, et novam Arsacidarum epocham a Cl. Erasmo Froelichio S. I. proposita diluuntur. Romae A. MDCCLVII. ex Typographia Palladis. 4to.

29) Eduardi Corsini Cler. Reg. Scholarum Piarum, et in Academia Pisana humaniorum litterarum Professoris ad Claris. Virum Paulum M. Paciaudium Epistola, in qua Gotarzio Parthiae Regis numus hactenus ineditus explicatur, et plura Parthicae Historicae capita illustrantur. Romae Anno MDCCLVII. ex Typographeo Palladis excudebant Nicolaus, et Marcus Palearini in 4to.

30) Eduardi Corsini Cler. Reg. Scholarum Piarum, et in Academia Pisana humaniorum litterarum Professoris epistolae tres, quibus Sulpiciae Dryantillac, Aureliani, ac Vaballathi Augustorum numi explicantur, et illustrantur. Liburni Anno MDCCLXI. Apud Ioannem Paulum Fantechium ad signum veritatis in 4to.

31) Eduardi Corsini Cler. Reg. Scholarum Piarum, et in Academia Pisana humaniorum litterarum Professoris de Praefectis Urbis, sive series

series horum editis, ineditisque marmoribus, et collatis, emendatisque innumeris veterum Scriptorum locis exposita, et constituta, qua supplentur Fasti editi a Panvinio, Bourcherio, Contolerio, Ameloweenio etc. et augentur CXLIII Praefectorum nominibus, et plura proferuntur, quae Pagii. et Tillemontii errata corrigant, Christianas antiquitates illustrent, et legum Romanarum interpretationi mirifice inserviant. Additur Dissertatio de Praefectorum Urbanorum origine, dignitate, imperio, iurisdictione, muneribus, et de variis eorum Ministris, et officialibus. Pisis Anno MDCCLXIII. ex Typographio Augustini Pizzorno in 4to.

32) Notizie Istoriche intorno a' S. Liberio sepolto e venerato nella Catedrale della Città di Amona all' Eminentissimo Signor Cardinale Acciajuoli Vescovu di detta Città. In Amona M. DCCLXIV. nella Stamperia Ballelli in 4to.

33) Eduardi Corsini Cler. Reg. Scholarum Piarum humaniorum litterarum Professoris Epistola de Burdigalensi Ausonii Consulatu Pisis A. D. MDCCLXIV. Excudebat Ioannes Paulus Giovanollus Academiae Pisanae Typographus cum sociis in 4to. Haec tota Dissertatio inserta Actis latinis Lipsiensibus.

34) Eduardi Corsini Cler. Reg. Scholarum Piarum Ex-Generalis, et in Pisana Universitate

Pri-

Primarii Lectoris ad Ioannem Chrysostomum Trombellium Canonicorum Regul. S. Salvatoris Ex-Generalem, et S. Salvatoris Bononiae Abbatem Epistola (opusculum post Auctoris obitum editum.) De numo Liviae Augustae Bononiae Anno MDCCLXVI. ex Tyographia Langhi in 4to.

Opera inedita.

a) Dissertazione sopra ill' Petro Igneo. b) Dissertazione sopra il B. Giovanni Delle Colle. c) Dissertatio de civitatibus, quarum mentio fiit in Graecis numis- d) Academiae Pisanae Pars 1. e) Orationes latinae VI. ad Academicos Pisanos.

Sequuntur de Selectis quibusdam operibus Eruditorum Lipsiensium Iudicia.

A) *Fasti Attici, in quibus Archontum Atheniensium series Philosophorum aliorumque illustrium virorum, aetas, atque praecipua Atticae Historiae capita per Olympicos annos disposita describuntur, novisquc observationibus illustrantur Auctore Eduardo Corsino Cler. Reg. Scholarum Piarum in Pisana Academia Philosophiae Professore Tomus I. et II. Florentiae ex Typographia Io. Pauli Giovanelli MDCCXLIV. et MDCCXLVII. 4. maior. T. 1. Alph. 2. plag. 5. Tom. II. Alph. 2. plag. 14.*

Opus

Opus in *Partes quatuor*, seu *Volumina*, distributum *Francisco* III. Lotharingiae, et Barrii Duci, Magno Duci Etruriae, tunc Imperatori Augustissimo, est consecratum. Praefatio *primo Tomo* praemissa scripta fuit A. MDCCXLV. X. Calend. Martii, si quidem Editionem eius valetudo Auctoris Clarissimi interea labans impedivit ad tempus, et retardavit. Habet Archontum Atheniensium series insignem in Chronologia utilitatem, et praestantiam, nec minorem ad extricanda Scriptorum loca obscura ac implexa affert opem. Usus itaque ad Historiam Antiquam, et Philologiam inde sat amplus redundat. Viderat hanc utilitatem *Sigonius* si quidem de *Atheniensium temporibus* Anno M. DLXIV. aureolum librum edebat, commentatus antea de *Atheniensium Republica* omnino exquisite. Superavit *Sigonii* apparatum *Ioannes Meursius* opere Fastorum evulgato, quod *Libris IV.* exscriptum, ac de *Archontibus Atheniensium* inscriptum A. MDCXXII. publicavit. Nova Archontum nomina innotuerunt post *Meursii* labores, at autoritas *Meursii* fuit existimata tanti, ut posteritas erudita in contexenda Archontum serie eum exscripserit: Id ipsum ex Commentariis *Lydiati*, *Petavii*. *Prideauxii*, ac *Dodwelli*, ad marmora Graeca. A. MDCCII. editis intelligitur Clarissimus *Corsinius* in *Meursii*

Ar

Archontibus naevos haud unos detexit. Omissi enim sunt in eis Archontibus quidam eponymi, et illi, qui nuper demum ex marmoribus innotuerunt. Nomina nonnullorum *Meursius* ad aliena tempora retulit. Multos eponymorum fastis inscripsit, qui eponymi nequeunt censeri adeoque sunt inde expungendi. Eos quos incertae aetatis esse credidit postremo commemoravit loco, qui facile ad annos olympicos revocari possunt. Archontem unum Meursius nonnunquam in duos descripsit, alibi duosque in unum compegit. Correctis hisce Autor remedia attulit, at mutationis causas non docuit in *Dissertatione* VIII. Opus vero ipsum complexus fuit XIV. *Dissertationibus*. Tandem Methodum iudicavit, qua Fasti Attici ab ipso fuerint dispositi, haud omisso usu, qui inde ad Graecam, et Romanam Historiam, et ad Collationem Mensium Atticorum, et Romanorum mutuam transferri potest, et permanare. *Prior* operis *Pars* complectitur *Volumina duo, posterior* totidem. *Prior* exhibet Fastos *Atticos* ab Anno tertio Olympiadis sextae, quo Urbs Roma fuit condita, et *Charops* Decennalium Archontum primus Athenas regere coepit, praemissa tamen brevi Regum Atheniensium perpetuorumque Archontum serie. *Posterior* primordia capit ab Olympiade centesima, et ad Olympiadem CCLXX.

seu

seu annum a nato Christo CCCV. quo Archontes eponymi iam fuerunt sublati decurrit. Laborem vero Herculeum exantlavit Cel. Autor, delapsus saepius in tenebricosa, et ab aliis nondum trita vestigia. Arte critica identidem feliciter fuit usus, ut veterum Scriptorum loca emandaret, et interpretum sanaret menda. Fatetur ipse tamen admodum modeste, in hoc campo inveniri posse alium, alio pluro, neminem omnia. *Ioan. Lamius* qui opera *Ioannis Meursii* editurus est, ni iam edidit, viderit an supersit, quod in sententiis *Corsini* possit emendari, ut enim hic ingenue saepius refellit *Scaligerum*, *Petavium*, *Petitum*, *Dodwellum*, *Sponium* aliosque viros inclytissimos; ita non feret id, moleste, siquid alii contra ipsum fuerint dedit Dissertationem in Pseudoponymis Archontibus expungendis versantem, ac in genuinis eponymis antea ignotis, restituendis occupatam. Non poterat ipse de Pseudoponymis Archontibus illis, sive, ut *Dodwellus* appellavit de *Prytaniarum* Epistatis disserere, nisi de *Prytanibus* etiam, de *Prytaniarum Epistatis* ipsorumque muneribus, disputasset. Non poterat de *Prytanibus* ipsis eorumque dignitate, exponi commmode, nisi prius expositum esset de ordine tribuum Atheniensium de *Prytaniarum* serie simulque de populis e quibus tribus Athenienses

et

et *Prytaniae* compenebantur. Nec minus Autori visum fuit e re lectorum fore, si de Archontum origine, numero, dignitate civiles anni *Attici* mensura, eiusque forma, et principio ac de illis monumentis dissereret, ex quibus series Archontum ac nomina exsculpi possent. Inde exortae fuerunt *Dissertationes XIV.* quae *apparatum* ad *Fastos Atticos* explent, atque illa copiosius exponunt, quae incommode in *Fastis* ipsis fuissent exposita vel enarrata. *Dissertatio I.* ostendit nomen *Archontis eponymi*, quod velut perspicua quaedam temporis nota, ab Atticis, aliisque Graecis adhibitum est Archontum numerum, varietatem, munus, ac tempus, quo Archontes illi Athenis instituti, tandemque sublati sunt. *Dissertatio II.* exhibet mensem quo Archontes Magistratum inibant, quique praeterea *Annus Archonticus* dicebatur. Disseritur eo ipso simul de Civilis anni Attici forma, mensibus, ac exemtilium dierum sede. *Dissertatio III.* expedit Prytaniarum numerum in quarum intervalla muneris obeundi pars anni semper creditur fuisse impensa. *Dodwellus* ibi refellitur, simulque illustria quaedam Scriptorum loca, ac haud una Atticae Historiae capita satis perplexa corriguntur. *Dissertatio IV.* exhibet erutam novam expositionem dc ordine Tribuum Atheniensium, erutam scilicet partim

ex

ex Scriptorum, partim ex marmorum monumentis. Perspicuis etiam docetur argumentis, Pritaniarum, seu tribuum seriem incertam, et Muneris Prytaniarum fortuitum modo ordinem exstitisse. *Dissertatio V.* recenset tribus populorum Atticae ac earum nonnullas adhuc incompertas memorat. *Dissertatio VI.* exponit de Senatus, et Ecclesiae forma, dignitate, partibus adeoque de praediorum, ac Epistatarum numero, varietate, muneribusque. Errata *Sigonii*, et *Dodwelli* refelluntur, et absterguntur. *Dissertatio VII.* it comprobatum adversus *Meursium Archontas Pseudoponymos* esse admittendos, sed licet *Dodwellus* senserit secus a PrytaniarumEpistatis distinguendos *Dissertatione VIII.* Contexta apparet ad corrigendos. Eponymorum Fastos integra, et exquisita Pseudoponymorum Archontum series ita ut XXXIII. archontes eiusmodi ex Fastis adhuc editis expunchantur, ac ut singulorum aetas, aut annus, ostendatur, nec non ut plurima veterum Scriptorum loca, vel emendentur, vel opportune illustrentur. *Dissertatio IX.* Fontes indicat e quibus series Archontum haurienda est. *Diodorus*, et *Arundelliani* marmoris Auctor hic obtinent principatum. Dissensus, qui inter utrumque ac *Dionysium* videtur subinde intercedere, enodatur eadem diligentia, et componitur. *Disserta-*

ta

tatio X. exhibet Archontas eponymos XII. qui in Fastis omnibus hucusque evulgatis, desiderantur. *Disseriatio XI.* offert Lectori XXII. Archontas, nunc primum in marmoreis inscriptionibus observatos. *Dissertatione XII.* agitur de Atheniensium nummis atque de eis nominibus, quae nummis ipsis inscripta conspiciuntur, ea quod vulgo existimantur nomina Archontum eponymorum nummis Atheniensibus inscribi consvevisse. Adiiciuntur XL. Archontes, alii Fastis Eponymorum. *Dissertatio XIII.* exponit Coronidis loco de praecipuis Atheniensium aliorumque Fastis siquidem ii a Scriptoribus Graecis instar notae Chronologicae excitantur. *Petavii*, et *Dodwelli* rationes hoc loco convelluntur. *Dissertatio XIV.* Ordinem Collocationis Fastorum explanat, eorumqne in Graeca Romanaque Historia usum investigat. Indices duo, curatiori studio elaborati, ac Geographica Atticae tabula operi subiunguntur. Primam hanc operis partem alia longeque facilior, *duobus*, et ipsa *Voluminibus* comprehensa pars hoc ordine consequetur, ut prius *Volumen* Fastos Atticos ab anno tertio Olympiadis VI. quo Urbs Roma fuit condita, et simul *Charops*, decennalium Archontum primus Athenis imperare coepit, praemissa tamen brevi Atheniensium Regum perpetuorumque Archontum serie ab

Olympia-

Olympiadem centesimam complectatur. *Posterius* vero ab Olympiade centesima ad Olympiadem CCLXX. prorogetur. Archontes interventu fabarum, seu calculorum, quorum alii nigri, alii albi, electi fuerunt in loco Pnyce, sic adenso confluentis populi agmine olim cognominato. Tumultus itaque *Pnyces proprius* dictus fuit Θοϱυβος πνυκιτης. Unde apud *Aristophanem* δῆμος πνυκιτης est populus universus ad locum illum confluens. *Frischlinus* ac *Meursius* id ignoraverunt. Iurarunt Archontes in porticu regia, vel ad lapidem, ac deinceps porro in Acropoli, se leges Servaturos. *Solon* addidit conditionem, ut tanto impendio Statuam auream Delphis collocarent, quanto legem violassent. Archontes. munere suscepto, coronati fuere myrto, vel hedera, si quidem myrto delectata fuit *Pallas*, n *Ceres*, pro varietate Sacrorum, et coronati incesserunt. Thesmothetae pariter sic coronati prodeambularunt, ideo a *Demosthene* dicti Civitatis corona communis. Si quis enim non coronatum percussisset, is 10000. drachmis multandus erat. Rex, novem virorum secundus, Areopagum ingrediens, deposuit coronam. Archontibus primo erant singulis singula munia seorsim obeunda, *Polluce* teste VIII. 8. At *Solon* eos iussit in unum coire, atque coniungere de rebus publicis decernendis curam,

Teste

Teste *Laërtio Lib. I. seq. 57.* ex quo ipse Con-cilium Areopagitarum constituerat, ut altera insuper cura esset praesto. Ita *Plutarchi* locum Noster exponit. Rex *tamen* seu Archontum secundus, etiam post *Solonis* tempora, in Regia porticu ius dicere consvevit. Archontum con-cilium erat in loco, quem vocabant τὰ ἀρχεῖα, seu *Magistratuum sedem*, siquidem Novem Viri conciliis omnibus, tum populi, tum Sena-tus, praesidebant, primumque indidem occupa-bant Sedem. Qui inter eos erant Thesmothe-tae, ab eis praesertim multa privatim perage-bantur, si quidem ipsis legum cura fuerat com-missa, quas singulis annis vel recensere, vel emendare, consveverant. *Polemarchus*, unus Archontum, *Marti*, ac *Dianae* Venatrici ex Miltiadis voto, ac instituto sacrificavit, nec non funebre certamen iis, qui in bello ceciderant, in Academia celebravit, atque actionibus prae-sedit, quae a *Polluce* enumerantur *VIII. 9. seq.* 91. Regis autem erat, mysteria, lenaea, lampa-disque festa curare, id est, Panathenaea, He-phestia, et Prometheia, in quorum singulis fa-ces, aut lampades illae, adhibebantur. Idem Patria peregit sacrificia, decrevit de impietate, coronaque deposita, actiones caedis in forum attulit, cui Areopagi nomen erat, simulque de eis iudicium agitavit cum Areopagitis. Archon

ille,

ille, qui reliquis omnibus praeerat, ideoque Archon, et *Eponymos* dicebatur, orgia, et thargelia festa disponere, crphanorum, pupillorum, viduarum mulierumque, quae a viris secesserant curam gerere, variasque litium, et actionum species dirimere, solebat. *Pollux* haec curate. Eponymus praeterea dicitur diris devovisse omnes, qui fructus ullos, oleo excepto, ex Atticae finibus exportassent. Id a *Solone* institutum fuisse, *Plutarchus* autor est, quem eo nomine laudarunt *Meursius*, *Petitus*, *Patterus*. At Noster, locum *Plutarchi* vel vitiatum, vel *Plutarchum* fuisse dcceptum. docet. Notum est, eis, qui Panathenaicis ludis vicissent Athenis, Dei amphoram, veluti insigne qaoddam praemium, tribui consvevisse, ipsisque solis potestatem patuisse exportandae illius e finibus Atticae. Id iudicat *Pindarus Nem. Od.* 10. id testatur *Callimachus*. Id *Pindari* antiquus Scholiastes docet. Immo ipse *Plutarchus* tradit in *vita Solonis*, primos comaediarum inventores aetate ipsius *Solonis* arculam caricarum veluti praemium accepisse, quod Ficus in Attica rarae essent, atque exinde efferri prohiberentur; Fallitur *Meursius*, qui, olei exportandi potestatem lege *Solonis* omnibus concessum esse, tradit de *Archon. Ath.* 1. 9. At idem in *Lectionibus Atticis* V. 7. calculum reduxit, eamque

pote-

potestatem solis Panathenaeorum victoribus concessam esse, agnovit, haud inficiatus. *Plutarchum* fefellisse: Eponymus, et Rex, et Polemarchus debebant iudicia ferre, pluresque profligare controversias. Ideo ipsis licuit assessores eligere sibi, et scribam unum. Singulis adiungebantur duo πάρεδροι *Assessores*, excepto Rege, qui unum Assessorem sibi adscribebat. Id *Pollux* refert VIII. 9. seq. 92. Thesmothetarum Archontum erat promulgare publicas accusationes, et alia. Novem Viri, anno civili exacto, rationibus redditis, in Areopagitarum Senatum cooptabantur ex instituto *Solonis*, non thesmosthetae soli, licet hoc dictitent Rhetores, apud *Demosthenis* Scholiasten. *Argument. Orat. in Androt.* Contrarium enim tenet, praeter *Pollucem VIII. 9. seq.* 118. *Plutarchus* in *Pericle*. ἀπόῤῥητα sunt ea, quae secreto aguntur, *Demosthene* Autore, qui illud in ἀπαῤῥήτῳ adhibuit, pro *clam*, secreto. Ineunte Mense Gamelione olim Novem Viri Magistatum deponebant. At post Olympiadem 87 Civilis, et Archonticus annus ab Hecatomboene incipiebat. Archontes intra 30 dies rationem muneris gesti reddere cogebantur, teste *Harpocratione Meursius* igitur denuo vapulat. Rationes excipiebant eas decem viri *Logistae*, aut ii, qui Εὔθυναι vocabantur ab illis distincti. Bis esse Archontem, Syndicum,

dicum, aut Astynomum, haud licuit, si probabilia sectemur. De Archontibus videtur nonnunquam secus fuisse actum, licet certa haud possint ad comprobandum proferri argumenta. Munus *Strategi*, aetate *Plutarchi* ceteris gravioris auctoritatis fuit, visum. Strategorum erat olim, delectum facere militum, et eos bellatum educere, ultima vero aetate annonam, et cibos, qui in foro venum exponebantur, curare si *Philostrato* ad A. CCXXXIX. Sophistarum vitas edentis, est fides. Noster ei haud accedit *Juliani* Imperatoris effata de *Constantino* sequens, ac *Meursii* pronunciata deserens Στρατηγὸς ἐπὶ τὸς πολίτας, quos *Meursius* exhibuerat ex Inscriptione Graeca, evertit, et legendum esse ἐπὶ τὸς ὁπλίτας, significat, *Hadrianus* Caesar, antequam Imperator esset, Athenis Archontem egit Eponymum, et ideo Dyonisia splendide celebravit. A, CCLIII. posthaec *Gallienus*, postea Imperator, eodem munere functus fuit. Paulo post, sublatis Archontibus, *Strategi* omnem invaserunt potestatem, praesertim aetate *Constantini Magni*. Tunc enim abolita fuerunt Ethnicorum Sacerdotia. Ex eo *Strategum* Cives iussi fuerunt deligere, qui Praetoris instar Urbem gubernaret, ac Archontem referret. Immo iam antea circa A. CCXL. στρατηγον fuisse urbis Archonta, patescit ex *Modestino Lib. XVII. Dig. tit.* 1. *de*

 Ex-

Excusation. leg. 15. Ab Archonte primo Atheniensi appellati sunt singuli anni, ut Romae a Consule utroque. Ideo Archon ille dictus fuit ἐπώνυμος, *anno nomen imponens.* Annus Archonticus, isque Civilis, et Olympicus ab Hecatombaeone mense inde ab Olympiade LXXXVII. coepit. Ab eodem mense tribuum Atheniensium series, illarumque Prytaniae numerari coeptae. Quid vero est Prytania? est id tempus, quo olim unaquaeque tribus praesedit Imperio cuidam. Tribus erant decem singulos itaque imperare decuit diebus XXXV. Annus enim Atticus constitit diebus CCCLIV. At Olympiadis CXVIII. anno tertio duae illis novae tribus adiectae. Ex eo singula Prytaniae, iudicia a singulis tribubus agitari solita, singulis mensibus definitae. Non singuli tribuum, sed quinquaginta, ex singulis delecti, senatum illum menstruum formarunt. Omnes vero illi Senatores, per totum annum, et eius vices praesidentes, dicti fuerunt *Senatus Quingentorum. Iosephus Scaliger* credidit, *Prytaniam* inter, et mensem haudquaquam intercedere discrimen. Ealso, nam Olympiede LXVII. institutae fuerunt modo tribus decem. *Suidas* in voce πρυτανεῖαι *Scaligerum* rectiora valebat docere. *Petitus, et Prideaux* hic non minus passim a ianua aberrarunt. Iuvat legisse emendationes errorum, ab

eis

eis admissorum, apud Autorem ipsum. Dum vero Civilis Atticus annus diebus CCCLIV. constiterit mensibusque alterne plenis cavisque porro eandem ob causam constare debuerit, annus Givilis embolimaeus dies CCCLXXXIII. complexus fuit. Cives illi, qui ex tribu imperante fuerunt electi, vocati sunt πρυτάνεις. *Prytanis*. De tribubus ipsis disseruit *Pollux Lib. VIII. Cap.* 9. *Sect.* 109. 110. Initio Athenis exstiterunt modo sribus quatuor. *Alcmaeon* Archontum decennalium ultimus, sed alius, *Pisistrato* Tyranno iunior, pater *Megaelis*, *Clisthenisque* avus. *Meursius* hic fluctuavit in utramque partem. Verum est nihilominus *Clisthenem* hunc fuisse decem tribuum Autorem. Itaque apud *Pollucem* loco vocum ἐπι δε αλκμαίωνος legendum esse videtur ἐπὶ δε κλισθένους ὑου̃ Αλκμαίωνος, Librarii nonnunquam unum alterumque verbum omiserunt inter describendum, nec posthaec e re sua fore existimarunt, quidquam inserere, ne emtoribus destituerentur. Quo dignitatis numero tribus una alteri praestiterit, difficile est ob varietatem recensionum definire. Tres adiectae tribus novem cognominabantur ab *Attalo*, *Ptolemaeo* et *Hadriano*. Quaeri potest, an Prytaniae fuerint sortito numeratae. Nisi id possit everti, tollique, frustra erunt, qui seriem Prytaniarum per Menses definire, au-

debunt. Si id vero constiterit, ex serie tribuum, de serie Prytaniarum haud ferri poterit iudicium. Tribuúm ordo erat constans. Confirmant illum *Demosthenes*, et Etymologorum testimonia, nec non Inscriptiones, quarum una *Cimonis* aetatem attingit, nec dum exhibet vocales longas H et Ω, quippe quae demum anno quarto Olympiadis XCIV. *Euclide* Athenis Archonte, adferri consveverunt, testibus *Plutarcho Suida*, et *Syriano* in *Commentario ad Hermog.* Mirum sane est, *Muratorium* verba ἐν ἁλιεῖσιν expressisse per formulam in *maritimis navigationibus.* Quis enim nescit *Haliea* locum? Dignae sunt *Dissertationes Corsinianae*, quae a Graecarum antiquitatum peritis legantur, et diligenter quidem legantur. Nihil hic occurrit, quod sit festinatum, implexum, confusum. Lucernam redolent universa.

B) *Notae Graecorum sive vocum, et numerorum compendia, quae in aereis, atque marmoreis Graecorum tabulis observantur. Collegit, recensuit, explicavit, easdemque tabulas opportune illustravit* Eduardus Corsinus *Cl. Reg. Scholarum Piarum in Academia Pisana Philosoph. Professor. Dissertationes sex quibus marmora quaedam sacra, tum profana, exponuntur. Floren-*

ren-

rentiae ex Typographia Imperiali Anno MDCCIL. fol. Alph. 3.

Nemo est, nisi veteris Historiae litterarum elegantiorum prorsus ignarus, qui Cl. Corsini nomen, et egregia de antiquitatibus Atticis praecipue, merita non suscipiat. Defuncti nuper officio nostro fuimus, cum doctissimos eius Fastos Atticos in his actis laudaremus, et futurum brevi sperabamus, ut nobis occasio fieret, feliciter confectum opus celeberrimo Autori gratulandi. Sed secus accidit, non male tamen. Interea enim dum perficiendis Fastis animum intendit Vir Cel. nascitur ipsi opus hoc, de quo dicere instituimus, natumque tollit, et in publicam litterarum lucem emittit. Eminentissimus Cardinalis Quirinus, nomen litteris auspicatum, meritoque suo hac aetate celeberrimum, sumtus editioni necessarios praestando. Eo factum, ut Munifico Patrono inscriberetur opus, cui, quod in manibus doctorum Hominum versatur, debet. Natales autem ipsius hi sunt. Cum earum doctrinarum, quae in Fastorum libris a Cel. Viro traduntur, magna pars e vetustis, quae quidem ad nostram aetatem atque notitiam pervenerunt, tabulis aut marmoribus Graecis aut unice petenda, aut illustranda, et approbanda, esset; in iis autem monumentis, praesertim si quae vi-

gente

gente Romano Caesarum imperio condita fuere, non paucae numerorum, sed maxime vocum notae atque compendia occurreret; inibat Vir Cel. Consilium eas notas in adversariis secundum ordinem alphabeticum describendi, cum apposita brevi interpretatione memoriae sublevandae magis, quam destinatione publico in loco de illis unquam exponendi. Si quae alia res doctis antiquarum Inscriptionum interpretibus crucem figit, est sane immanis illa Siglarum copia, quibus illae scatent, Latinae praesertim. Nam Graeci quidem vetustiores, neque marmori, neque Lapicidae, parcebant, lectorum ingenio atque patientia non abutendum esse rati. Romani autem, et eorum exemplo tracti Graeci iuniores, eam in cudendis atque excudendis vocum compendiis per publica sua monumenta monstrarunt, et luxuriem, et inconstantiam, ut integros saepe versus meris Siglis exararent, iisdemque Siglis haud raro diversas occultarent sententias. Quod non poterat doctorum Hominum ingenia non fatigare, et alios in alias de iis coniecturas non distrahere. A Scaligero inde, moris Autore, qui deinde collectiones antiquarum inscriptionum ediderunt, non neglexere indices Siglarum addere, qui aut ignaros docerent, aut a memoria desertis praesidio essent. Dignum quoque visum fuit hoc argumen-

mentum Sartorio, et Ioanni Nicolao, quod peculiaribus libris exsequerentur. At in solis Latinis Notis illi quidem suam continuere diligentiam. Graecarum incurii. Qui nunc ausus olim fuit hunc defectum explere, Christophorus Woltereck, quem e Fabricii Bibliographia constat locupletiorem libri Sertoriani editionem adornare coepisse, Lucinam faventem eius opera non invenit. Tandem tamen, alias quoque in Studiis litterarum contigisse observatum est, nuperrime in Italia contigit, duobus praeclari nominis, atque doctrinae Viris, Scipione Maffaeo, Marchione, et nostro Eduardo, subito ad argumentum hoc, diu neglectum, velut signo dato, ad eandem palmam simul concurrentibus. Non ea erat Studiorum aemulatio, neque vel sic laude caritura, etiamsi fuisset; sed casus eos in idem Studium committebat, utroque, quid alter cogitaret, aequaliter ignorante. Praevertit quidem Maffaei opella, non destituta eximiis dotibus, laudumque argumentis, at opella tamen, vel ipsa mole tenus particula maioris operis, non ab ipso Autore curata, sed a familiari quodam eius ex ore disserentis inter amicos calamo excepta, tum, ignaro forsan summo Viro, typis excusa. Recte igitur intelligebat Cl. Corsinus inspecto Maffaeano opusculo, non esse, cur ipse suum institutum missum faceret, bene

gnarus,

gnarus, ingentem numerum Siglarum Graecarum in mundo sibi esse, seu fortuito, seu certa voluntate, Maffaeo praeteritarum. Intelligebat quoque iisdem in Siglis interpretandis haud raro sibi cum Socio non convenire, quas opinionum differentias iudicio publico submitti, aequm erat. Consuluit itaque non minus famae suae, quam litterarum commodis, volumen hoc, bonae frugis observationibus refertum luculentumque egregiae doctrinae monumentum, in vulgus dando; quo, ut magnas meruit laudes, et gratias in universum ab omnibus, quibus hac litteras in pretio atque deliciis sunt, ita maximas meruit a Civibus suis, qui opera optimi Civis tandem aliquando liberatos se vident a Malevolorum criminatione, quae, Italos minus dextre Graeca, quam latina Saxa tractare, olim ferebat.—Tres abit in partes hoc volumen, quarum unam prolegomena, mediam ipse Graecarum notarum index, ultimam denique sex diversi argumenti, sed omnes in Graecis marmoribus exponendis occupatae, Dissertationes conficiunt. Rursus prolegomena capitibus, seu ut inscripsit Autor Paragraphis, sed absolvuntur, quorum primus de variis nominibus agit, quibus vocum aut numerorum compendia exprimuntur, secundus de Graecarum vocum compendiis, ipsorum origine atque antiquitate; tertius

tius de numeralibus Graecorum notis, ipsarum origine, antiquitate, et varietate; quartus de maxima in variis notarum generibus colligendis et explicandis posita utilitate; quintus de Scriptoribus, qui Graecorum notas, aut explicandas, aut una recensendas susceperunt; sextus denique de huius operis occasione, consilio, fine, ac methodo. — Non est animus, haec capita singilliatim perstringere omnia; at quaedam tamen delibari necesse est. Et primo quidem rationem reddit Auctor, quare librum suum notarum interpretem, non Siglarum, inscribere maluerit, credebat nempe, dum decrevisset, huc libro non de solis vocum Graecarum compendiis, sed et notis numerorum apud Graecos usu receptis, exponere, vocabulum vastioris ambitus, angustiori praehabendum, et sibi cum illis faciendum esse, qui Siglas quidem existimant litteras singulas, aut binas, a principio, mediove illarum vocum decerptas esse, quarum integrarum vice per compendium funguntur, ut si quis Q. F. F. S. scribat pro, quod felix faustumque sit, notas autem esse signa, ex arbitrio fingentis composita, quae nou sunt litterae, partesve vocum, neque ullam trahant similitudinem illarum vocum, quarum personam gerant. Largitur tamen veteres hanc horum vocabulorum distinctionem non perinde omnes agnoscere,

re,

re, sed interse propterea pugnare. Ubi de antiquitate Graecarum notarum agit, monet veteres Graecos, etiamsi parcius, non tamen nusquam, illis usos fuisse. In antiquissimo Amyritae Regis numo apud Montfamomum in Palaeographia pag. 122. legi M pro Μσκεδάνων Lacedaemonios olim clypeis Λ, Syconios Σ Argivos Α inscripsisse, patrii nominis indicia. In egregio marmore Attico, ad annum tertium octuagesimae Olympiadis pertinente, quodam Bandelotiano, a Sponio primo in Miscellaneis, dein a Maffaeo in Galliae antiquitatibus, et a Nostro in Fastis recensito saepius occurrere Compendium ΤΡΙΕ pro τριήραρχως item ΨΤΛΑΡΧ pro φυλαρχος. In ipsa fronte celeberrimi marmoris Sandwidcensis, a Tayloro primo editi, duas litteras Ε. Θ. conspici, quas Taylorus quidem ἐνοία Θεῶν valere, existimavit. Noster autem improbata eius opinione variis coniecturis tentat. Aut enim reddi posse ἐπιχωρίοις Θεοῖς indigenis Diis, vel ἐπιφανεστάτοις Θεοῖς, praesentissimis diis aut ἐπικουρίοις Θεοῖς, propitiis diis, aut ἐκπραχθεντων Θεσῖς, exactorum suppuratio. Posse baec postrema coniectura prae ceteris calculum ferre, si et argumentum marmoris omne exhauriret, et quod rei caput est demonstrari posset satis Graecum esse ἐκπραχθέντων Θέσις, pro ἐκθεσίς των εἰςπραχθέντων. Multum quoque huic, et ceteris omnibus,

hacte-

hactenus, et in medium prolatis, de hac Sigla coniecturis officit, quod in fine marmoris eadem, sed inverso literarum ordine reeurrat Θ. E. Ni hoc obstaret, posset a vero haud multum abesse videri si quis εν Θεςμοπύλαις interpretaretur. In eodem monumento, quod pretiosis antiquitatis reliquiis merito accenset Auctor, et ad Olympiadem centesimam primam refert, occurrit quoque perfrequenter littera T pro ταλαντον. Ad hunc censum revocat quoque voces fine mutilatas, uut contractas e duabus in unam, ut ΚΑΘΕΚΑΞΤΟΝ ΚΑΘΕΙΑΥΤΟΝ pro κατ ἐνιαυτόν ΚΑΙΠΡΑΚΙΟΣ pro και ἄπςακτος ΚΑΤΕΝΕΧΥΡΑΣΙΑΝ pro κατα ταν ἐχυςασίαν (ita Corsinus explicat, cum expeditius καθ' ἐνεχυςασιαν fuisset) ΚΑΤΑΔΕΜΟΘΕΣΙΑΝ pro κατά δε νομοθεσιαν ex Sententia Cl. Maffaei, cui tamen ipse Corsinus non subscribit, statuens contra legi opportere κατά θημοθεσιαν, bene facturus, si novo, et ignorabili vocabulo significatum, et auctoritatem apposuisset. In universim praevidimus permultos fore, qui haec talia ad Siglarum Graecarum censum reiecta fuisse, minus probent, collocatam in ea re sedulitatem pro affectata, et inutili existimantes. Id vero scitum est, neque nobis praetermittendum nostrum laminae duidum Graecae, quam Maffaeus in Observation. Litterar. Tom. III. p. 298. cum Italica interpretatione ediderat, egregiam lucem affundere

dere ὀρισαι, seu terminatores agrorum ab Heracleae Senatu electi, agros Bacho Sacros a privatis agris, ut distinguerent, ita retulerunt ad Senatum: συνεμετρήσαμες δὲ ἀρξάμενοι ἀπό τω 'Αντομώτω ὑπερ πανδοσιας αγοντοσ. Τω διατάμνοντος τῶς τε ἱαρος χώρος καὶ ταν ἰδιαν γᾶν ἐπι τόν Αντόμωτον ὀρίξεντα τως τε τω Διονύσω χωρως, και τόν (κωνεας ὁ διων ὅς ἐπαμωχη) Italica doctissima Maffaei interpretatio (reddimus ipsa Corsina verba) ita periodum hanc expressit: Nos autem iura meriti sumus incipientes ab Antomoro supra Pandosiam excurrente, et dirimente sacros agros, et privatam terram, usque ad Antomatum terminantem, et Dionysii agros...... adeoque postrema verba velut depravata, vel obscura dissimulavit At—integer illi locus restitui potuit, si verba rite distinguantur sic, καὶ τον κωνέας ὁ Δίονος ἐπαμωχη, quem Coneas, Dionis filius possidet „ Hactenus Corsinius recte vidit, feliciterque coniecit; verum sequentia monstrant, ipsum non observasse alterum vitium, quo superstite non potest elegans Dorisni monumentum intelligi. Quid enim iteratus ille Antomotus. Diceret nomen proprium loci esse. At poterat linguae Graecae indoles Viros doctos monere, et aurem vellere, ante ὑπὲρ requiri articulum τω, id est Dorice idem atque τῦ, et ante ὀρίξοντα requiri articulum τὸν adeoque scribi oportere divisis vocibus τῶ ἀνταμω

τω

τω ἵπες, et deinceps τον ἄντομον τὸν ὁρίξοντα. At quid est ἄντωμος? Est vox dorica, palum terrae pactum, sudem, significans. Auctor locuples *Hesychius* cui vicissim ab hac inscriptione fides sic: 'Αντομεν σκολοπας Σικελεῖ. debet itaque locus noster ita verti: Mensi sumus initio facto a palo, qui ducit (a quo via tendit) ultra Pandosiam, et qui medius dirimit sacros, et privatos agros, usque ad palum, qui terminat agros Bachi, et illum, quem Coneas, Dionis filius possidet. Post agitatam Heraclensem hanc aetatis non quidem certis terminis definiendae, et procul omni dubio remotissimae inscriptionem observat Vir Cel. nullibi veterum Graecarum Inscriptionum plures aut varietate insigniores, notas reperiri, quam in Sicula agrorum terminatione, quae apud Gualterum Tab. sic pag. 28, et Gruterum pag. 210 occurrat. Est in eo monumento inter Siglas etiam haec $\overline{|\circ|}$ idest Π Cum incluso o compendium vocis ποδες.

Haec Lubuit in gustum operis e Secundo Prolegomenorum capite excerpta dare. Tertii argumentum subtilius, et impeditius est, quam ut convelli, aut in Compendium mitti queat. Praestat apud Auctorem continua, et integra legi. Transmisso igitur hoc, de quarto quaedam delibatum unius, quo utilitatem sui instituti, colligendi nempe notas veterum Saxorum, exem-

plis

plis doctorum demonstrat hominum, qui earum ignoratione turpiter se in veterum monumentorum interpretationem dederunt: Vastum quidem campum ingreditur, messemque integram, non specilegium, adit, qui argumentum *hoc* attingit. Iuvat tamen, et hic nostri vestigia consequi, et eorum, quae si non omnia, quaedam tamen, nova omnia certe scita, docet, aliqua referre. Non est haec magnis nominibus obtrectandi libido; vehementer certe fallitur siquis eo tendere, aut Corsinium, aut nos post eum, existimet. Enim vero Consilium est ostendere, dignam esse, et indigere omnino acriore cura partem illam, in qua tractanda vel doctissimus, et exercitatissimus quisque sibi satis ab errore cavere non potuerit. Hodie nemo nescit, nisi veteris rei numariae prorsus hospes L. vel Λ in Graecis numis Λυκαβαντι, id est *anno* significare; at Scaliger tamen, et Reinesius id ignorabant, verum minutum hoc quidem est prae illo Sponii peccato, qui verba Corinthii alicuius marmoris Π ΑΙΜΙΛΙΟΣ ΠΥΑΙΜ ΠΡΕΙΣΚΟΣ reddit P. Licinius Piaem. Priscus, cum debuisset. P. Licinius Publii filius Π. Υ. id est Πȣβλίȣ υἱος. Aemilia (nempe tribu) Priscus interpretari. Eiusdem Sponii, et hoc est: verba recentioris alicuius Inscriptionis Graecae de medio Aevo ΚΕΒΟΗΘΗ ΤΟΣΩΔΟΥΛΩ. ΣΕΡΠΩ, ΒΑΞΙΛΙ. ΕΠΑ-

ΘΑΙΩ.

ΘΑΙΩ. reddit. Domine adiuva servum tuum Sergium Regem; nec melius Fleetwodus: Domine adiuva servum tuum Sergium Regi Spathaeo, cum debuissent Βασιλικω σπαθαριω Regium Spatharium interpretari. Locum hunc in ipso indice notarum paulo amplius pertractat (ut in ceteris quoque facit) et stabiliendae suae correctioni allegat ex Gualterii sicilia sigillum plumbeum cuius adversae parti verba κυριε βοηθει τωσω δουλω adversae haec inscripta fuerint ΣΤΕΦΑΝΩ ΥΠΑΤΩΣ ΒΑΣΙΛΙΚΩ ΣΠΑΘΑΡΙΩ. Verum in hoc interpretando sigillo, et ipse quoque humani quid passus fuit Vir Doctissimus non minus, quam illi quos notat. Datum nempe mortali nulli est, non tantum omnia scire, sed ne illa ipsa quidem, quae novit animo semper praesentia habere. Haesitat itaque Vir Cel. in Signo S „character S, ait, vel Siciliam, vel Syracusas, vel Regionem, aut Urbem aliquam indicaverit, in qua ille Stephanus Consulis munere fungebatur,, Atqui vel obiter suffecerit numos Byzantinorum Imperatorum apud Cangium in Familiabus Byzant. impexisse ad cognoscendam illam notam, quae latinum S refert καὶ et valere. Sed peregrimus. A Regio itaque Spathario ad notum illum, sed bonae notae codicem, hodie Casellanum, Thucydidis delabitur, cui librarius, qui cum exaravit, hanc finiti operis aeram inscripsit:

psit: ἔτῃ σψξ πενδ. Satis liquet Codicem illum circa A. Graec. 6760. id est A. MCCLII. scriptum esse. Sed postremae litterae πενθ negotium facessiverunt viris doctis, quas Corsinus Noster interpretatur πρo εε, Νωνων Δεκεμβριων ante V. Non. Decembr. Verum reputare secum debuerat vir doctissimus, ante illa tempora iam dudum, et usum, et notitiam Calendarum, Nonarumque, et Idum; apud Graecos desiisse; ideoque aurem Cl. Duckero praebere, monenti commodum fuisse, qui in ενδ celebres tum temporis Indictiones reperisse sibi visus fuerit. Certius itaque aptiusque proposito exemplo hoc est e Boldesto prolatum. Legetur nempe apud illum haec insciptio: ΓΑΖΑ ΙΒ ΚΑΛΖΟΝΙΩΝ ΔΟΡΜΙΤ ΙΝ ΤΑ ΚΕΦΙΛΙΑ etc. a Boldetto sic reddita Gazeo Calzonio Dormit in prae filia...... Recte autem docet Noster, litteras ΙΒ. ΚΑΛΩΝΙΩΝ significare XII. Calendas Iunias, saepe enim ex illorum temporum pronuntiatione Ζ pro Ι poni. Mittimus cetera exempla, a Nostro in medium allata, ideo maxime, quod eruditas, quorum errores arguuntur, monstret, non tam Siglarum ignoratione, quam Exemplarium suorum corruptela in errorem inductos fuisse. Neque quinti sextique capitis repetenda nobis existimamus argumenta, cum partem Prolegomenorum in superioribus iam tradiderim. Ad lustrandum ita-

que

que ipsum Graecarum notarum indicem pedem promovemus, de cuius institutione, dotibus, atque partibus, postquam in universum, quantum satis sit, dixerimus, exemplorum, quemadmodum hactenus fecimus, manipulum adiiciemus. Id autem agit Index ille, ut Siglas omnes, numeralesque notas, quae in aereis atque marmoreis Graecorum tabulis, sacris perinde atque profanis observantur, alphabetica serie dispositas interpretetur, additis et fontibus, unde haustae illae fuere, et interpretationum Singularum rationibus. Saepissime inscriptiones ipsae apponuntur integrae, quo et Lector melius aestimare probitatem interpretationum posset, et simul Eduardo Nostro copia fieret, laceros, et multa multorum pro volumine dispersos inscriptionum velut artus cogregandi, et componendi; Doctorumque hominum errores; dum fragmenta pro integris monumentis, et corrupta pro Sanis, tractant vix evitandos corrigendi. Novemdecim plagulas inplet hic Index, quem alius excipit, eundem notarum ordinem, easdemque omnino interpretationes, quas superior continent, sed omni eruditionis apparatu destitutus. Eo spectat illa res, ut hoc, inspecto indice, si quis in Graecam aliquam notam incidat, protinus nosse queat eamne intermiserit Corsinus;

an suo quoque corpori adiecerit, et qua tandem ratione exposuerit. Exemplum praeiverat Sertorius Ursatus, qui post absolutum uberem pro notis Romanorum Commentarium, subiunxit ad eius calcem illarum notarum nudum indiculum, cum simplice cuiusque notae expositione; tanto operae pretio, ut Prideauxius dignum iudicaverit hunc indiculum, quem Oxoniensibus marmoribus sua cura editis, subiiceret. Nieupoortius autem, aliique Roman arum antiquitatum enarratores eundem in compendium missum, suis libellis intexuerunt. Neque levis spes est, fore, ut indiculo huic Corsiniano, minori nempe, ad idem aliquando eorum opera contingat, qui de Graecis Antiquitatibus exponere aggrediuntur. Cum autem contingeret, ut maiore indice typos exercente, Cl. Auctor in novas numero haud paucas notas Graecas incideret, sibi antea non observatas; nata fuerunt ex eo addenda, minorem indicem caudentia. Tandem, ne quem aut nomina Auctorum, quos citat, compendiis expressa, aut Typographica vitia impedirent, quae quod opus procul se impressum fuit, non mirum, si haud pauca irrepsere, adiecit amborum indicem, in quo voluminis huius media particula finitur.—In delectu exemplorum, quae nunc praemissi memores, praelatum imus, cum studendum sit brevitati, paucis defungemur,

et

et iis maxime, quibus operosa approbatione opus non erit. Reddemus quoque unam, et alteram inscriptionem, quam Cl. Vir se ait primum edere. Denique statim in ingressu monendum ducimus, inter Siglas a Nostro quoque relatas fuisse pravas marmorum lectiones, si quae viris doctis negotium, et errandi ansam dederant; neque repudiari inscriptiones, quas spurias esse atque subdititias, ipsi constabat; quandoquidem ex ipsis illis Siglis ab Impostoribus imperite adhibitis, earum fraus detegi poterat. Asterisci tandem passim ante Siglas positi comparent. Ita placuit Auctori eas insignire, quas Cl. Maffaeus in sua collectione iam adtulerat. Iam non obscurum est, quare e. c. pag. 2. Coll. σ inter Siglas habeamus ΑΒ ΠϹ, quae est prava lectio marmoris, quod primus Sponius in Miscellanea, et ex eo Flectwodus pag. 213. dederant, Muratorius pag. 1409. n. 3. uno versu postremo, nempe plenius reddidit. Sed ille quidem postremus versus apud Muratorium valde depravatus a Nostro scite emendatur sic: κατετεθη τῃ προι.β καλανδων. Φεβρυαριων. At in eo videtur vir doctissimus falli, quod ΛΒΙΓ:Σ Lectionem codicis Muratoriani, Lectionis praefert Sponiani tamquam Saniorem, quae ne hilo quidem est. Nulli dubitamus Lacunosum ibi marmor, et N reliquias vocis ἄνης; esse, pro ΑΒ:ΠϹ autem

 legi

legi oportere ΑΥΤΗC αὐτῆς similiter Siglae vicem gerit ΗΚΕΡΗ, ex Muratorio pagina 1143. n. 8. citatum, quod Noster pag. 26. 6. probabiliter emendat ΗΜΕΡΗ dies octo pag. 28. 6. agitatur Sigla Θ quam Vir Cl. θανόντα putat significare in illo apud Gruterum pag. 1146, 2, Ο ΣΥΝΖΥΓΟΣ ΜΕΙΛΑΤΟΣ ΝΟΣΟ ΜΕΝ ΚΑΤΕΚΤΑ ΝΕ ΘΑΥΤΟΝ ΑΝΕΛΩΝ etc. opinionem suam adstruere conatur duobus aliis exemplis, quorum unum non Θ, sed aliam ignorabilem figuram exhibet; in altero errasse lapicidam ex pleno corrotundatam figuram pro hiante (dedisse, ipse vir Cl. agnoscit. Non videtur ergo Sigla haec esse, cum hoc loco bene omnia fluant κατέκτανε θαυτον ἀνελὼν quibus si substituas κατεκτάνε θανοντα ἀυτὸν — occidit mortuum semet ipsum de vita tollens — quis tandem sensus emerget. Si unquam reapse positum fuit hoc marmor, non quidem inscitum, at notis haud obscuris factae fraudis respersum, fuit olim tale: ὁ σύζυγοςμε τελσαχὼς νοσῷ μὲν ᾶ (κατεκτανε θ'ἀντὸν ἀντὸν ἀνελων ξίφει. Maritus e vita excessit, non morbo quidem) At ille se exanimavit transacto gladio. En iambi duo, sed alter uno pede claudus, Euripideum afflantes odorem. Quaerant in Poëta, quibus familiaris est, et fontes invenient. Novum non est veterum Poëtarum Carmina inter marmora circumferri. Felicius autem cessit pag. 29. a Corsino conatus

in

in Muratoriana illa pag. 2019. n. 3. Inscriptione emendanda, in qua vox ΘΕΑΜΑ occurrit, inter Siglas a Nostro relata, sed, ut existimat in duas dividenda ΘΕΑ ΜΑ id est Θεᾶ Μαγαρσίδι quod est Minervae cognomen. Pag. 36 quaeritur, quid Sigla K. B. in marmore, a Sponio in Itinerario pag. 105 edito significat. Maffaeus interpretatur κελευσει βουλῆς *mandato Senatus* Noster sibi patitur quidem persvaderi sic recte illum fuisse interpretatum, at mallet latine vertere *indultu Senatus*. Multum erit Corsino laborandum, si ex antiquis Graecis Auctoribus illam vocis κέλευσις significationem approbare velit, et magis adhuc, si evincendum ipsi sit, absque indultu Senatus sepulcrale nullum monumentum condi potuisse. Quid, si non B sed Θ affinis valde, quoad speciem certe, litera, in marmore fuerit expressa? K. Θ. καταχθονίοις Θεοῖς Dis Manibus? pag. 37. 6. emendatur fragmentum apud Muratorium p. 1039. n. 2. ΚΟΒΡΟΕΟΣ pro quo ΚΟΒΡ. ΘΕΟΣ vitiose editum Mediolani fuit. Pag. 38. a integratur probabili modo fragmentum a Margarino in Inscriptionibus Ostiensibus p. 62. n. 24. editum. Elegans repertum est, quod p. 44. c. proponit. Ibi nempe e Schedis Donianis marmor primus producit, in quo vox ΠΑΡΟΔΟΙΙ difficultates, et dubia creat. Reponit autem Noster ΠΑΡΟΔΙΤ id est Παροδῖται aitque formula

παρα-

παϱαδιται χαιϱεῖν transeuntes iubere salve aut vale, valenti dicere. Quandoquidem recens est haec inscriptio, quid impedit, eām in his quoque chartis legi? Est ergo haec cum appositio vulgaribus Graecis characteribus, et vulgari orthographia

ΠΑΛΦΙΝΟΙ. Π. ΑΛΦΙΝῳ P. Alfeno
ΜΑΡΤΙΑΑΗΙ. Μαϱτίαλῃ Martiali.
ΛΑΟΔΙΚΕΥΙ Λαοδικεῖ Laodicensi
ΤΗϹ ΑϹΙΥϹ. ΠΑ της Ἀσίας παϱ- eius nempe Laodiceae, quae Asiae dicitur
ΡΟΔΘΙΙΧΑΙ οδιται χάι - Viatores salvere (iubete)
ΡΕIN. ΤΙΑΤΗΡΕ ϱειν πατεϱ ἐ-Pater fecit suo
ΠΟΙΗϹΕ ΤΩΙΔΙϹ. ποιηδε τῷ ἰδίῳ filio qui vixit
ΤΕΚΝΩ ΖΗϹΑΙ. Τέκνῳ ζησαν - annos novem
ΤΙ. ΕΤΗ. Θ. τὶ ἔτη Θ

Pag. 49. 6. monetur, marmor, quod apud Gruterum pag. 798. n. 3. una voce multatum legitur, e Monfauconii Palaeographia pag. 158. n. 8. integrari debere sic nempe ΦΟΒΙΩΝΙ ΤΩ ΘΡΕΠΤΩ pro ΦΟΙΒΙΩΝΙΤΩ pag. 53. exponitur egregium marmor Viennae in Gallia repertum, quod dissertationum ad calcem reiectarum, primae argumentum, et in ea doctae disputationi de Syro Macedonum mensibus eorumque per orientem, et occidentem, sed diverso usu ansam dedit. Primus illud marmor ediderat Chorerius in Historia Delphinatus, ex eo, retulerat, sed non satis sincere. Reinesius

sius pag. 1006. tandem Muratorius, ex eodem fonte, sed neque is absque varietate, repetit pag. 405. n. 4. Thesauri. Quas ad hoc monumentum doctus Corsinus offert observationes, reddere a nostra brevitate alienum est, suffecerit illud ipsum emendatum exhibuisse ιρηνης ἔτη Irenes (nempe monumentum vixit) annos

Τεσσεραχον	quadraginta
τα κάὶ ἡμὲς μι ἐτε	et dies quadraginta obiit
Λεύτα κατα τὴν	Sub Consulatu
ὑ πατίαν των δεσποτων.	Dominorum
ἡμῶν Βαλεν-	nostrorum Valen-
τινιανȣ͂ τὸ	tiniani
πέμπτον και Ανα-	V. et Anato-
τολιȣ τȣ Λαμ-	lii Illustris-
πρoτάτȣ ἐν Βίε-	simi in Vienna
νη περιτίȣ ἕκτη	Peritii (mensis) sexta die,
και τη ἑβδομη ετα-	elata est septima
φη, ἡμερα παρα-	quae fuit feria sexta
σκευῆς και ανάςαθησεται	et resurget
ἐν τῆ ἡμερα Χριστ-	In die Christi
τȣ͂ ἐρχομένȣ	quando ille veniet

Pag. 59. exemplis firmat, et illustrat formulam adversus mortuos usurpatam ἐυμοίρει *Salve* ἐυθύμι, ἐυψύχει, *bono sis animo* eaque occasione emendat marmor Thesauri Goriani Tom. 1. pag. 371. n. 23. cuius statim initio — ΨΥΧΙΤΕΚΛΟΝΟCΕΡΗ ΛΕΛΨΓΕ legitur, reponens ἐυψύχει τέκνον. Cetera non

non tangit, quae videntur idem esse atque ὃς ἔφη λελογχε qui terrae *insortem cessit.* In fine monumenti leguntur haec *Ruscinus Provocator* (seu ut ille cum Salvinio incertum qua *fortuna* coniicit *Procurator*) Caesaris, Pater, ΚΑΙ ΤΑΩΝ ΜΗΤΗΡ ΑΙΓΥΠΤΙΟΙΕΠΟΙΗΣΑΝ ΛΟΙΠΟΝ ΜΕΝΟΣ et *Tao* (id est *Pavo* nomen muliebre) *mater Aegyptii fecerunt* ultimae duae voces visae Nostro sunt peculiarem quamdam paterni affectus significationem continere, et id quidem verum e propinquo ferit, addita autem procul abeunt; haec nempe: *perinde quasi parentes illi, qui filio defuncto monumentum hoc se excitasse dixerant, ceteras amoris conceptique doloris significationes aiunt persolvere.* Id ergo credebat Vir Cl. λοιπὸν μενός, *reliquus animus* significare. Verum lapidarius aut dederat ΛΥΠΟΥΜΕΝΟΙ Λυπούμενοι, *fecerunt moesti*, vel *lugentes* aut sane volebat, et debebat id dare. Saepissime, et in Saxis, et in libris Graecis manu exaratis υ et οι vices permutant, ut in hac ipsa pag. 59. Corsinus notavit. Pag. 60. profert Siglam Π. Τ. e marmore quod Reinesius pag. 630. n. Π dederat, et e quo velut irrefragabili testimonio evincere volebat Consulatum secundum Gordiani tertii cum Collega Pompejano Civica anno Urbis DCCCCXCIV alligandum esse, Noster autem asseverat, monumentum nulla fide dignum, ut in Ligorio confictum,

fictum, esse. Pag. 86, a, in addendis profert compendium ΠΕΚΕΔΕΤΟΝ pro Πεντεκαιδεκατον e marmore, quod primus e Schedis Danianis edit. Est illud hoc vulgaribus litteris a nobis brevitatis gratia exarandum Ἡ ἄγρυπνῦσα νῦν ἐνθεῖς ἀμεριμνος, καρτερια γλυκυτατα Εἰρήνης μενέτωσοι εν κ̄ (id est κυῥω) Ἀσκληπιοδοτος συμβιωσας πεντεκαι δεκατεν ἔτος ἀντι πολλῶν ευεργεσιῶν μ'νημης χαριν εγραψα κα (id est κατετεθη) μη (μηνὶ) Φεβραρ'ω πρὸ δ' νοννων. *Quae multum vigilasti, nunc dormis libera curis Carteria* (nomen foeminae) *dulcissima. Pax maneat tibi in Domino. Asçlepiodotus, qui una convixit*, (id est maritus ei fuit) *in decimum quintum annum pro beneficiis multis memoriae gratia titulum scripsi. Deposita fuit mense Februario IV. Nonas* Pag. 87. 6. tandem ad Siglam vel compendium ΚΥΙΝΤ pro κυεντος. *Quintus* hanc primus prodit e Schedis Salvinianis Sherardianam inscriptionem absque ulla tamen annotatione Λγαθῇ τύχη Ὑπὲρ ὑγείας καὶ υῥιας (id est σοτεριας) καὶ αἰωνίϐ διαμονῆς των δεσποτων ἡμῶν φλ. ἰϐλ, κωνσαν) ἰϐ ἐυσεβῦς ἀητήτϐ (l. ἀηττήτϐ) Σεβαςϐ καὶ επιφανεσατϐ καὶ ιοτάτϐ καισαρος φλ. κνίντ, Ερως μων αξιος ὁ διασημότατος ἡγεμὼν. Videntur tres voces Ερως μοι ἄξιος in unam πρυτμονάριος cogendae, aut alias Ερως ὁ Ναξιος refingendum esse.—

Sufficiant haec ex Graecarum Notarum Indice Specimina. Iam tribus verbis appendicis

quo-

quoque argumentum nobis adtingendum est; neque enim licet copiosis esse, invitante quamvis, aut potius obruente rerum hic traditarum ubertate, et elegantia. Supra iam diximus appendicem sex numero dissertationibus constare; quarum prima, quid tractet, paulo ante in transitu memoravimus. Tractat autem praecipue Viennense illud Christianae foeminae monumentum, et alia ad eiusdem illustrationem facientia Christiana pariter. Secunda Dissertatio pergit in exponendis Christianis monumentis Graecis, praesertim agitat, et e marmoribus illustrat, ritus baptismi, et, qui Catechumeni, qui Neophyti, Neophotisti, quae catabatica, catacumbae, martyres, fuerunt. Eiusdem est notabilis observatio, interdum contigisse, ut lapicidae integros versus transponerent, seu casu, seu spatii, quod coram habebant, ratione, coacti. Ex hac animadversione complura exponit, et restituit marmora, quae, ut iacent vulgo nullo modo possunt intelligi. Occasionem praeclaro huic invento dedit monumentum Graecum A. MDCCXXXIV. Romae erutum, quod cum Corsinus ad lapidis fidem exacte curaverit, in lignum incidi, eiusque typum pag. XXII. adiecerit, operae praetium, et nos facere nobis visi sumus, si inde repeteremus, cum ad faciendum asserto fidem, demonstrandumque Lapida-

riorum

riorum stuporem paene incredibilem, tum quoque ut amantibus Palaeographiae Graecae gratum spectaculum exhiberemus. Idipsum quoque monumentum Vulgaribus hic subiiciemus characteribus, eo ordine, quo constitui debet, Corsino praeeunte, praefixisque numeris, ordinem versuum, qualis in Saxo est indicantibus 1) Ἀυρηλιος Ἑιμερις (id est ἱμεριος) μετα τȣ υἱȣ͂ μιȣ͂ Ζήθȣ. 2) Ἐπειδη συνέξησεν μετ᾽ ἐμȣ͂ τȣ͂ ἀνδρὸς. 3) ἑαυτῆς καλως καὶ σωφρονος ἔτη 'τριὰ κοντα 4) ἡ Στρατονεικη νεωφυτα ἐξῆλθεν ἐκ τȣ κύσμȣ 5) καὶ κατεθαιμην (id est κατεθέμεν) ἱς τὸ ἅγειον μαρτύρεν (ita effert, et scribit nova Graecitas, pro ἐίς το ἅγιον μαρτυριον) ευ (ȣ͂) κειτει (κειται) μετὰ ἐιρῆνες 6) καὶ εμνεμονευσα ἀτῆς τῆς ἱς ἐμὸ σωφροσυνης καὶ. 9) ἐποίησα καλῶς μετὰ τȣ͂ ὑȣ͂ μȣ, καὶ ἐκυμηθη (εκοιμήθη 8) ετον πεντικοντα, 7) πενται (πεντε.) Rudem atque simplicem auctorem saeculumque deterius testans inscriptio, sic latine sonat interprete Corsino, *Aurelius Ainnerius, una cum filio meo Zetho* monumentum posui, *Postquam vixit mecum viro suo bene ac modeste annos triginta Stratomie Maphyta, exivit e mundo, et ipsam deposui in Sanctum Martyrium, bene quiescat (forte ubi iacet) in pace, et recordatus sum ipsius erga me modestiae. Et monumentum hoc feci una cum filio meo Et obdormivit* Stratonica *annorum quinquaginta quinque.*—Dissertatione tertia sub

Exa-

Examen vocat Inscriptiones quasdam Graecas ex earum numero, quas Gerardus Shertordus, Anglus ex oriente redux, apud Mariam Antonium Salvinium, virum celeberrimum Florentiae reliquerat, ad cuius fratrem Salvium Salvinium Canonicum, et Patritium Florentinum illae schaedae cum pervenissent, et ab hoc accepisset Noster, reddidit eidem hac Epistola illarum pro parte expositionem. — Quarta duas Graecas inscriptiones athleticas exhibet, et illustrat, ambas A. MDCCXLVII. Tegeae (urbs ea fuit Arcadiae quondam florentissima) repertas, et a nostro, ut videtur, primo editas. Prima recenset Victores Olympiorum ludorum, non illorum celebrium in Elide, sed in Arcadia apud Tegeam celebratorum; secunda victorias unius viri; sed varias e variis Urbibus reportatas enumerat, in quibus praeter alios ludos celebriores, si aliquanto ignobiliores, et ignotiores occurrunt; Ἁλεεῖα, Λυκαῖα Ἐπαεόμβεια. et Βασίλεια, quorum rationem e vetustis Graecis Scriptoribus reddit Corsinius, in iis ad miraculum probe versatus. — Quinta sistit, et exponit Graecum marmor, unum eorum, quae Cl. Fourmontius in celebrato illo in Graeciam itinere apud Spartam repperit. Scita quaedam ad Rempublicam, et Magistratum praecipue Spartanum, qualis tempore Caesarum Augustorum fuit, pertinentia,

con-

continet. Ita memoratur in eo aliquis αιόνιος ἀγοϱανάμος, *aedilis perpetuus*, πλεισονικης παϱάδοξος καὶ αϱισος, *plurimis victoriis* (ludorum) *dives ad miraculum usque, ut nil supra* ἑλλάνων συνδικος, *Graecorum defensor* καὶ δάμοσιομάσης, *aerarii publici quaestor*, et tandem ἐξηγητής των Λυκοϱγειων. *Legum a Lycurgo conditarum Inspector, et Interpres.* In horum numerum appellationes, ceterasque rationes cum cura inquíritur. — Sexta tandem Dissertatio celebre marmor Sandvicense exhibet, non ex ipso Tayloro, cuius opus Corsinius non vidit, sed ex Diario Gallico cui inscriptio *Biblotheque raisonnée*, non mirum ergo, si eadem persaepe repetivit, quae *Taylorus* iam occupaverat, est et, ubi in eo discrepat. Quibus liber Angli ad manus non est, poterunt illi cum Itali nostra opella recensionem Tayloriani operis, a nobis nuper in his Actis impertitam conferre, eoque utriusque editoris rationes intelligere. Cum liber Angli extra Angliam vix in conspectum Doctorum hominum veniat, sitque de illorum generc, quos recudere librarii nostri non audent, laudem meretur Corsinius ideo, quod egregium antiquitatis Graecae monumentum, curaverit, ut in vulgus notius, atque comparatu facilius, fieret.

C)

C) *Eduardi Corsini, Cl. Reg. Scholarum Piarum in Academia Pisana Philosophiae Professoris Dissertationes IV. Agonisticae, quibus Olympiorum, Nemeorum, atque Isthmiorum tempus inquiritur, ac demonstratur. Accedit Hieronicarum Catalogus editis longe uberior, et accuratior. Florentiae ex typographia Imperiali A. MDCCXLVII.* 4. *mai. Alph.* 1.

Opus eiusdem, quem modo laudavimus, Auctoris elegantissimum Eminentissimo Patri purpurato Quirino consecratum est, cuius et imaginem numi forma, altera parte Bibliothecam Vaticanam inter pietatem, et sapientiam ferentis cum inscriptione: ευσεβέιας καὶ σοφας ὁμόνοια praesefert. Continent autem pro ludorum numero quatuor praecipue dissertationes, plurimis nominatim ex Pindaro Sententiis ac testimoniis tamquam gemmis ornatus. Quo ordine, ludorum, seu certaminum, Olympicorum quinque diebus plenilunii aestivi, varietas absolveretur, definiri vix potest, cum veteres nihil expresserint. Unum ex Pausania Eliae I, 8, constitui potest, quod ante LXVII. Olympiadem eodem die equorum simulque Hominum certamina peragebantur, ut equiriis, tum, quinquertio, denique ingruente iam onere pancratio cer-

certaretur. At Olympiade memorata fuit institutum, ut mactatis Deo Victimis quinquertii primum, et cursus hinc equorum, certamina committerentur. Habebat autem πένταθλον XVIII. Olympiade receptam, celebri Simonis versu Anthol. Lib. 1. cap. 1. Epigr. 8. seqq. ἅλμα ποδοκείην δίσκον ἄκοντα πάλην. Excellere tamen videbatur cursus, quo solo antea certarent. Initio σταδιοδρόμοι; totam Stadii longitudinem, hoc est 125 passus, aut octavam Italici milliarii partem conficiebat. Sed Olympiade XIV. διαυλος, quo, ad metam a carceribus, simulque ad carceres a meta, continuato cursu ferebantur. Iisdem pene temporibus δολιχὸς addebatur, Stadiique meta longius removebatur, ut vet. XXI. vel XXV. Stadia conficienda ferent. Virorum Pancratium Olympiade XXXIII. recipiebatur, puerorum CXLV. usurpatum, mox repudiabatur. Quamvis Olymp. XXXVII. cursus ac luctae Olymp. XLI. Caestuum, certamen ipsis pueris concessum, ac posteris etiam aetatibus conservatum fuerit. Pugilatus, seu Caestuum, ludicrum Olympiade XXIII. institutum, quo non modo inter sese viri, sed pueri quoque post Olympiadem XLI. certabant, Pausanias Iliae 1. 8. seq. κελήτης πῶλος, *desultorius pullus*, Olympiade XXXIII. ἵππος κελήτης *equus desultorius* receptus esset adultis equis. Απήνης δρόμος, *mu-*

mulieris vehiculi, *vel redae*, *cursus*, in quo muli iugales bini adhibebantur. Olympiade LXX. institutus, LXXXIV. abrogatus κάλπης δρόμον Olympiade LXXI. receptas LXXXIV. sublatus, ubi eques equarum uni, celetis instar insidebat, aliam ducebat manu, scopoque proximus ex equo desiliens, utriusque fraenum arripiendo cursum absolvebat. Συνωρὶς biga duobus adultis equis tractata, et Olymp. XCIII. recepta. Ἅρμα seu Τέθριππος. Pindarus Ol. 11. 8. Olympiorum sacrificia, de quibus Pindarus Ol. III. 35. v. 13. uon ab Elidensibus modo, sive Pisaeis, qui ludis praesidebant, sed omnibus fere Graeciae populis, afferebantur, qui Ἀρχιθεώρους, sive *spectaculi Principes*, ad Olympicos, aliosque ludos electos ablegare solebant patriae nomine, qui pompam ducerent, vota nuncuparent, vota splendidiora peragerent. Olympici autem ludi non in Elide solum, sed in variis etiam Graeciae vel orientis urbibus peracti fuerunt. Athenis ipsis Olympia, vel a primis usque temporibus celebrabantur. Vid. Pindarus Nem. II. 35. Pyth. IX. 77. Ab istis Olympiis, quae Thucydidis ac Pindari tempore Athenis celebrantur, perspicue distingui debent Agones Olympii, quos Hadriani temporibus institutos, ipsoque Athenis degente, primum actos, aut editos esse putavit Noster; qua de re pa-

pariter in Fastis suis Atticis egit. Proxime ab Olympicis ludis splendore Pyrhici fuerunt, quibus altera Dissertatio dedicatur. Illos maxime postquam Amphyctiones, Cirthaeos et Crissenses, qui Delphicum templum violarant, sacro diuturnoque bello Eurilocho, Thessalo, duce, superarant, cum propemodum obsolevissent, instaurarant, clarioresque reddiderant. Etenim eum solo Cytharoedorum certamine quondam peragi, laureoque serto, veluti victoriae praemio, decorari solerent, tibicinum quoque ac virorum ad tibias canentium certamen adiectum, victorique non laurus, sed pecunia concessa fuit: quamvis, Pythiade mox insequuta στεφανιτης-*coronatus*, haud αςηματίτης *pecuniarius* agon decerneretur. Videatur Interpres Pindari in Argum, Pyth. Ostenditur autem, Pyrhicos ludos, non secundis, sed tertiis solum Olympiadum annis, constantissime peractos esse, idque non ineuntibns, sed exeuntibus. Probatur hoc inter alia verbis Demosthenis, aut quicunque fuerit antiquus, et optimus Orator ille, qui contra Neaeram orationem exaravit. Neque aliud Aeschines, ille vehemens, et acer orator, ubi, coronam a Ctesihponte decretam, Demostheni negandam esse contendit, comprobavit. Hinc enim patet, cum celeberrima quaestio, ac iudicium illud, ad quod Universa fere Graecia con-

fluxerat, ageretur nondum Pythia celebrata fuisse, sed brevi post sequuta. Iudicium autem illud de Corona, vel celeberrimam Rhetorum contentionem, Aristopontis Archontis annos, vel Olymp. CXII. tertio, institutam esse, credit, Posideone mense, quod eodem, ut Aeschines, indeque Suidas ait, maxima, deque maximis rebus iudicia, seu forensia certamina committerentur, diei tempore bifariam diviso, ad undecim aquae amphoras, aut aliquam aquae mensuram ad diei spatium dimensum, fluentem. De sequentibus in partes vocatur Philostratus Vit.Soph. Lib.II.n. 27.Cap.2. ubi memorat,ClementemByzantium temporibus iis inPythicis ludis tragoedia vicisse,quibusByzantium aSeveri militibus obsidebatur. De ludorium ipsorum ratione nonnihil habet Pausan in Phoe. Cap. 7. Eadem quippe certamina fuerunt, quae in Olympicis ludis, quadrigis exceptis, nisi quod pueri solum, tum δυλιχῳ, tum διαυλῳ hoc est tum longiore, tum iterato cursu, certabant. Pausan. in Phoc. cap. 7. Pythiade II, qua certamen Coronarium evasit, auloedorum certamen abolitum est, sed equorum, et quadrigarum adiectum; VIII. qui assis fidibus, hoc est chori voce canerent, instituti sunt; XXIII. Cursus armatorum accessit; XLVIII. bigis certari coeptum; LIII. pullis ad currum iunctis decursum est; LXI. puerorum pancratium institutum;

LXIII.

LXIII. pullus in iugis pueros inter receptus. Denique non equiriis solum gymnicis, musicisque certaminibus; sed picturae pariter contentione, Pythicos ludos exornatos fuisse, idque vel ipsis Phidiae temporibus obtinuisse, patet quod Panneus Phidiae frater, omnium primus cum Fimagora Chalcidensi, picturae certamine Pythiis contendisse dicitur a Plinio XXXV. 9. Delphis autem Pythia celebrari consveverunt, ceteri omnibus antiquiora credita, et nobiliora. Hinc et in variis aliis urbibus agebantur. Sic Megarensia Philostratus memorat, Trallibus acta marmor Oxoniense alii alia. Dissertatio III. Nemea complectitur. Archemorus nempe, vel, ut alio nomine prius appellabatur, Opheltes, Euphelitae, et Creusae, sive potius Eurydices, et Lycurgi, Noneorum Regis, filius, ab Hypsipyle nutrice puerulus in prato relictus, occidebatur a serpente. Leniendo nutricis aut Parentum; dolori heores, vel Argivi Reges, qui Andrasto duce Thebas obsidebant, prope Nemaeum nemus, aut pagum, qui Cleones inter, et Phlyuntem erat, funebres ludos celebrarunt, in quibus Andrastus equo, Eteoclus cursu, Caestibus Tydeus, cursu discoque Amphairaus, Laodochus iaculo luctu Polynices, arcu denique Partheus potens, palmam retulit. Hinc praesidis ludorum, olim

ex Argis, Corinthis, et Cleonis electi, veste lugubri. vel atra tegebantur, victorique de viridi apio corona concedebatur. Originem istam accuratissime descripserunt Apollodorus Lib. III. Bibliothecae, atque interpres Pyndari in Nemearum argumento: quam Theseo Athenis regnante, accidisse, memorat Oxoniense marmor, ut igitur 987. annis Olympiadem primam antecederet. Plurimi tamen eiusmodi ludos, non a septem illis Argivorum ducibus, sed ab Hercule solum, postquam Nemaeum Leonem occiderat, institutos esse putarunt. Aut certe, cum Archemoro veteres consecrati sensim obsolevissent, alios ab Hercule constitutos, Iovique Nemaeo dicatos esse dixerunt. Conf. Pindarus Nem. II. 8. Quamvis autem Nemea Olympiade LIII. proxime post Pythia suis instaurata Nemeades tamen ipsae, aetate posteriori Pindari demum numerari coeperunt post Olympiadem LV. Coronabantur, porro antiquitus olea; huic demum, post illatam a Medis calamitatem, in honorem occisorum, apio, Iunonis quoque scutum sive scutum in Argo Ηϱας Αγιων. Ceteris Graecorum, aut Argivorum, ludis accensentur. Nec minus ludicrum, vel festum tempus aliud, splendido, solennique ritu in ipsius Iunonis honorem agebatur, quo puellae Virgines omnibus certaminum generibus, quae in Olympicis, aliisque ludis habebantur contendere sveverunt. Sed ad quartam

properamus commentationem, quae Isthmia persequitur. Cum enim Athamas, Sisyphi, Corinthiorum Regis, frater, Learchum filium, furore percitus occidisset; Ino, Athamantis uxor, dolore correpta cum Melicerta filio, in mare se praecipitem dedit. Melicertae corpus ad Corinthiacum, Isthmum a Delphico delatum, atque a Sisypho tumulatum fuit. Tunc Melicerta, sub Palamonis nomine, inter Daemones, at Genios, atque Ino, sub Leucotheae, inter Nereidas haberi coepit: ac utrique Nereidum esse funebre certamen institutum est, quod, cum in Isthmo Corinthi perageretur, Isthmiaci nomen obtinuit, ut interpres Pindari in Isth. argum. et Pausanias in Atticorum fine, Corinthiorumque principio, memorant. Postea cum Sinis, Neptuni filius, atque alii latrones ad ludos confluentibus Graecis, infesti forent, eorum Celebritas aliquamdiu fuit omissa, donec Theseus, sublato Sinide, instauravit, ac Neptuno dedicavit. Duo tamen certamina in Isthmo peragi consvevisse, alterum Neptuno, alterum Melicertae, sacrum testatur Musaeus: quamvis Neptuno prius, hinc Sisyphi Regis aetate, Melicertae mox Theseo forsan Auctore, soli Neptuno consecrata fuisse, prae se ferat interpres Apollonii. Forsitan inde, primis temporibus, ex pinu Neptuno sacra, mox ob funus, ex apio, corona flectebatur, inde reditus ad primum. Imprimis Δωρίων σελι-

νων *Doricorum apiorum*, haud raro meminit Pindarus Isth. II. 23. VIII. 137. Nem. IV. 142. Olym XIII. 45. Sed antiquior, Caesarum circiter aetate reducta fuit. Vid Archias Anthol. Lib. I. Cap. I. Plinius XV. 10. Eusebius, ab ipso Melicertae funere usque ad Olympiadis XLIX. annum 3. Istmia, simulque Pythia, defecisse memorat. Sed a Solino tradita, ludorum origo, ac temporis conditio, nullis omnino a Scriptoribus commemoratur. Id contra e Thucydide VIII. 10. Livio XXXII. et aliis, facile ostendi potest, certissime aestate luos Isthmiacos actos fuisse. Quae vero tertiis Olympiadum annis redibant, Munyelione vel Thargelione mense peragebantur, quod ex pulcerrimo Xenophontis testimonio sibi deprehendisse Noster videtur, quo nullum gravius aut illustrius, afferri posse putavit, sive Scriptoris indolem, et gravitatem, sive perspicuos temporum characteres consideraverit, quippe, qui historiam ipsam veluti luminibus exornavit, accuratissimus Auctor, diligentissimus, Agesilao aequalis, atque ipsius Comes. Clarius id etiam ostenditur simulque verus Isthmiadum mensis, ex Hyacinthorum tempore deducitur: dum Xenophon, et alias, et in oratione de laudibus Agesilai, nitide, diserteque testatur alteram illam isthmiadem post Pythia quidem. sed ante Hyacintha, peractam esse, quae, veteri, constan-

constantique more, mense Thargelione celebrantur. Denique Vernarum Isthmiadum tempus ex pulcerrimo quoque Demosthenis loco, patere indicat. Nam gravissimus, atque accuratissimus Orator ille, decretum exhibet Byzantiorum, ac Perinthiorum in oratione *de Corona*, ubi ex ordine nominatorum ludorum concluditur. Sed nec reticetur alius locus explanatoris Pindarici ad Nem. III. v. 135. Ithmicos eos ludos quoque Iuliani Caesaris aetate peragi consvevisse, ipsius ac Libaini testimonio probat. Corsinius. Libanus autem Olympicorum iterum atque iterum meminit, quamvis non de Elidensibus sed Antiochenis loquatur, quos ex Ioannis Antiocheni seu Matelae hypothesi Afranius instauravit A. Christi CCXIII. ex quo Libanius natus est A. CCCXIV. Sed etiam Valentiniani successoris aetate, omnes generis huiusmodi ludi per orientem, et occidentem viguerunt, quem in finem inscriptio miscetur a Sponii Miscill. erud. antiq. sect. X. n. 108. Haec occasionem praebet περιοδονίκας describendi, qui circum euntes, aut variis in exercitiis, aut uno praerogativam ubicunque quaerebant. Inseritur ideo Neapolitana quaedam inscriptio, ad annum a Christo nato LXXXVI. referenda, quo Domitianus Caesar, Svetonio teste, certamen instituit Iovi Capitolino quinquennale, triplex musicum, equestre, gymnicum, ubi vicisse

cisse

cisse dicitur is Axidorus. Ista certamina Neapolitana non modo sebasta, vel angustalia, sed Italica quoque Romana, Iselastica, et Olympia nominabantur, at nos ad finem properantes, tria modo verba de ἱερονικων indice commemorabimus. Utique ludorum celebritas in peculiaribus solum, nec iis certe illustrioribus Peloponesi urbibus, Elide nimirum, Delphis, Argis, et Corinthi, spatio solum exiguo temporis agebantur; at victorum gloria, simulque certaminum fama, dissitas, et exteras ad gentes uberrime diffundebatur. Non legitimo solum solennique Cerycum praeconio, sed etiam effusis Universae Graeciae quae spectatum confluxerat, vocibus plausibusque ad coelum efferri, digito monstrari, sparsis iniectisque floribus, accensis facibus, thure, caesis interdum hostiis, illustriorum Poëtarum carminibus, honorari sueverant, inque Patriam reduces diruta moenium parte suscipiebantur vid. Sympos II. Quaest. 5. quasi talis Urbs moenium custodia non amplius nunc indigeret. Ad haec Publicus ille in Prytaneo victus, annonaria commoda, immunitas a Civilibus, publicisque muneribus, icones aere publico consecratae, aliaque honorum genera plurima, comedebantur. Iisdem victoribus ipsi Lacedaemonii, studio solum bellicae virtutis accensi, tribuerunt, at in acie Regum lateri, veluti Comites, ac defenso-

res

res adessent. Hinc, et habebantur ἰσόθεοι Luciano teste, nobiles atque coelestes Horatio, propeque maius, et gloriosius existimabatur, ut Cicero pro Flacco dixit, apud Graecos Olympionicen fuisse, quam Romae triumphasse. Conf. Tusc. Quaest. I. Cap. 46. [11. 17. Quae eum ita sint neque mirum est, eorum indices, antiquo pariter, ac recentiori tempore, curiosissimo fuisse conatu conservatos. Ab Elidensibus iisdem in Olympico, gymnasio custodiebantur, idque fortasse Paraballontio Olympionicae instituto. Tales edidisse feruntur aequalis Platoni, Hippias Eleus, Aristarchus Pausaniae magister, Eratosthenes, ab Athenaeo, et Laërtio laudatus, Agrispas, seu Copas, a Plinio VIII. 22. memoratus, Stesiclides, Laërtio teste, Callimachus, Aristodemus, Polyibus quidam, Phlegon Trallianus, de quo Phocius Cod. XCVII. Aristoteles ipse, quem indicans optat Noster, at is aureolus sapientissimi viri liri liber ad tempora nostra pervenisset, doletque Arabes, et interpretes, qui metaphysica, et alia huius generis Aristotelis opera, quibus, et facile, et lubenter carere possemus, cpnservarunt, egregia ista eruditionis, et historiae praesidia nobis invidisse. Verum etiam Nostri nobis diligentiam invidit, ut eodem, et nos marcescere dolore supervacuum arbitremur, laeta potius mente gratias acturi, praeter alios plures, Corsinio. D)

D) *Fasti Attici, in quibus Archontum Atheniensium series. Philosophorum, aliorumque illustrium Virorum aetas, atque praecipue Atticae Historiae Capita, per Olympicos annos disposita, describuntur, novisque observationibus illustrantur, Auctore Eduardo Corsinio Cler. Reg. Scholarum Piarum in Pisana Academia Philosophiae Professore Tom. III. Florentiae MDCCLII.* 4. *Alph.* 2.

Non eget iterata commendatione studium, quod in illustrandis rebus antiquis Atticae industriae Clariss. Corsini collocat; non eget novis laudibus *Tomus* huius operis *tertius*, post illas, quae geminis eius fratribus abunde, et ex merito hic in *novis Actis A. MDCCLI. mense Aprili pag.* 200. seq. tributae fuerunt, et quae quartum quoque, hoc est postremum, manent, haud dubie reliquis futurum simillimum. Orditur autem hoc demum Tomo ipsum *Fastorum* opus, cui recte percipiendo praemissi fuerunt duo superiores *Tomi* velut introductio. In illis multa traduntur de Ritibus Athesiensium, de eorum Magistratibus tribubus, gymnasiis, numis, ceteraque civili institutione. In hoc autem ipsos Archontes Atticos, Eponymos, quotquot singulis annis, et reipublicae praefuerunt, et anno quisque suo nomen de se dederunt, adductum

Olym-

Olympiadum, a prima inde usque ad centesimam recenset, de reliquis, quae ad Indicem hunc Chronologicum maioris, et utilitatis, et venustatis gratia accedunt, paullo post amplius dicetur. Nequid autem integrae expositioni de Magistratibus, quotquot Athenas a principio inde vexerunt, deesset, exhibet finis prolegomenorum, a quibus hic Tomus auspicatur, seriem Regum primo Atticorum, et modum demonstrantibus, quo novus in illis concinnandis Auctor fuit, et rationes diversarum Epocharum periodi Iulianae puta, et annorum ab urbe condita ductorum, quos cum Olympiadibus hi Fasti magno cum Lectorum commodo ubique comparant. Primus quidem non est Corsinus hoc studium ingressus, Duces enim habuit in paucis praecipuos Scaligerum, Menursium, et Dodwellum. Sed illi quidem contigit, quod usu venire solet his, qui primi Scientiae alicuius aditum referant, et viam sternunt. Dodwelli opus egregie Nostro profuit, intra terminos tamen belli Pelloponesiaci continetur, et narrationes Thucydidis atque Xenophontis aequat, atque prosequitur, minutum curriculum ad amplissima Olympiadum spatia. Est praeterea, ex Nostri sententia, ubi acerrimi Viri iudicii, et morosae adcurationis pravis. quae animum eius insiderant, opinionibus in illis suis quantavis laude dignis annalibus

bus indulget, quo rcrum, et veritas violatur, et lux offuscatur. In Meursio idem Noster, quod omues reprehendit. Incomparabilem futurum fuisse virum illum, et vix relicturum alii, quod addat, quod emendet, si a limato iudicio, et maturatis fetibus suis, quam o fecundo ingenio inclarescere maluisset, parumque diligentium curam, et sagacitatem, cum ad reliqua Doctrinae suae monumenta, tum ad Librum de Archontibus Atticis, praecipue adtulisset. Verum negata sunt uni bona omnia, et perfici ullam aliquam rem uno primo impetu, rerum sors vix patitur. Proficimus, et sapimus damnis atque erroribus vetustiorum iuniores, ipsi forte absque illorum ductu vix eo, quo illi ascenderunt, emersuri. Denique prodierunt post Meursii aetatem e terrae visceribus monumenta praeclara bene multa, absque quibus iu hoc genere, perfectum quid, quisquis aut sperat, aut flagitat, frusta est. Est in his insigne marmor, Oxoniense dictum, sunt ea, quae Sponius, et Whelerus, quae Chishullus, quae ipse Corsinus in lucem produxerunt, et cupidi antiquae supellectilis peregrinatores asserere, litteris in dies pergunt. Praestabant igitur haec monumenta Nostro, praestabant ipsi veteres Meursio tractata Auctores, sed diligentius inspecti, et expensi, quod ad eius de Archontibus libros

ad-

adderet, quod demeret, quod reformaret. Usum huius operae, necessitatemque quamvis recte Corsinius existimaverit brevissimis exponendam esse Lectori; nolumus tamen iu re luculenta, et in dubium nunquam vocata idem facere. Quid porro promittat in his Fastis Auctor, et quem in illis texendis morem tenuerit, in eo est caput secundum Prolegomenorum, ut doceat. Abunde ipsum promissis satisfecisse, et ipsa operis inspectio, at nota viri sedulitas, atque eruditio persvadent. Primo igitur loco ponit Olympiadem, quo se quaeque ordine excipiunt, apponit annum cuique congruum Periodi Iulianae, tum ab U. C. porro, qui stadio identidem vicerit, quod testimoniis Auctorum in medium allatis evincit qui deinceps quovis Olympiadis anno Archon Athenis , Romae aut Rex, aut Consul, aut Dictator, aut Decemvir, prout tempora ferebant, fuerit. Haec romana, aut aliena, levi brachio adtingit, iudicandi tantum connexioni rerum Graecarum cum Romanis, et temporum paritati. Victores Olympici cuiusque studii e quibus didicit Auctoribus, illorum excitat, testimonia ; addit eosquoque qui palmam alio certaminis genere meruisse, quaque Olympiade perhibentur. Quoties nova certaminum genera in usum admissa fuerint, significat. Res etiam a reliquis Graecis gestas, easque illustriores commemorat. Atticis maxime intentus, quas

vel ipsas magis chronologice, quam historice tractat. In historia Graecorum litteraria, id est in definiendis aetatibus Philosophorum, Oratorum, et Poëtarum, quos Graecia prae ceteris claros tulit, aliquantum sibi noster indulsit, quod eam partem neglectam nonnihil crederet, aut deprehendisset. Excurrere ipsum passim iussit res praesens in Virorum Illustrium memorias, etiamsi a Graesis alienorum, ut Cyri, Croesi, Darii, Xerxis, Dyonisii Syracusani, Alexandri M. Quare tandem in aera Romana Varronem sequi, quam alios Auctores ab illo diversos, maluerit capite tertio, et quarto prolegomenorum exponit.—Ipsos iam Fastos strictim lustratum imus. E quibus si rationes temporum intricatiores, et quibus copiosiore expositione opus est, repetere cavemus, (scatet enim illis hoc opus, ut par erat) credant, velimus lectores, in eo nos, et ipsorum, et instituti nostri, quod brevitatem exigit rationem habere. Animus non est nisi gustum operis dare, e quo totum aestimetur. Unum adhuc monere Lectorem fas est, quod vel ultro patet Corsinum oblatam occasionem, Auctores veteres aut emendandi corruptos, aut male perceptos vindicandi, praetermittere. Cuius exemplum praeclarum hoc ipsum est, quod primo loco afferemus Pag. 56. refert ad annum Olympiadis XXXV. primum Thaletis Milesii ortum,

ea-

eaque occasione locum Diogenis Laërtii, ab interpretibus immerito vexatum, vindicat. Thaletem, ait laudatus Auctor, patria Phoenicia relicta, Miletum commigrasse, et ibi sedem fixisse, civibus adscriptum Ἐπομέτογϛαφήϑη ἔν Μιλήτῳ ὅτε ἦλφε σὺν Νειλέῳ ἐκπεσόιτι Ψοινίκης, *adscriptus fuit Mileti Civibus, illuc delatus cum Nileo, Phoenicia expulso.* Viri docti, quod de illo solo Nileo cogitarent, Codri filio, qui annis 350, ante primam Olympiadem ex Attica Coloniam in Asiam traduxit, in id consenserunt omnes, ut locum Laërtii vitii suspecrum haberent, variisque modis tentarent Casaubonus quidem ἔκπεσων ut refringeretur svadebat, Palmerius autem, et Menapius ut τῆς Ἀττικῆς. Verum demonstrat Noster ex temporum rationibus, Laërtium de alio Nileo cogitasse, Phoenice quodam, de illo Attico non potuisse, quippe qui Thaletis emigratione quatuor saeculis, et ultra fuerit antiquior Pag. 72. sollicite locum Platonis examinat, et aestus componere studet, quos ille in Viros doctos dedit. Perhibet nempe Suidas Epimenidem Olympiade XLIV. Creta Athenas venisse, urbem a piaculo Cylonio expiatum. Alii aliis adtribuunt illum casum annis, omnes tamen intra XLIII. et XLVII. consistunt praeter unum Platonem, qui omnium antiquissimus, ipsisque, et temporibus, et rei ut in patria ge-

stae,

stae, maxime afficis, theologum illum Athenas venisse, asseverat decimo ante Persicas clades, anno Ἐλθων πρὸ τῶν περσικων δηκα ἔτεσι πρότερον παρ' ἡμᾶς verba eius sunt. Interpretes cum dictionis πρὸ τῶν περσικῶν ambiguo tum immani temporum discrimine perplexi (intercedunt enim 120 anni, et ultra) varias Platonem cum aliis conciliandi rationes excogitarunt. Fuerunt, qui τὰ περσικὰ de pugna Salamonia interpretarentur, alii qui de pugna Marathonia, quibuscum Noster facit. Fuerunt porro, qui locum emendatione, crederent agere, alii, qui Geminos Epimenidos, tandem, qui eiusdem Epimenidis Athenas adventum. Et in his Noster est existimans recte, et Suidam, ceterosquoque, et Platonem quoque, tradidisse. Sed illos quidem de prima Epimenidis lustratione loqui, qua Cylonium piaculum Athenis averruncavit; hunc autem de alia esse accipiendum, qua iussu Apollinis delphici urbe saeva peste adtritam purgaverit decem annis ante pugnam Marathoniam. Neque officere, temporum vastam intercapedinem, quandoquidem Epimenidem ad sesqui saeculam produxisse aetatem, multi tradant, aliqui etiam ad tria integra saecula. Cuius rei argumentum id quoque non contemnendum esse, quod LVII. annos dormiendo consumsisse dicitur Pag. 92. sub iudicium vocatur hic Iulii Africani locus:

Ἀρι-

'Αῤῥιχίων Φιγαλεὺς τὸ τρίτον νικῶν παγκράτιον ψιλωθεὶς ἀπέθανε, καὶ νεκρὸς ἐστέφθη, φθάσαντος ἀπείπασθαι τῦ ἀνταγωνισῦ κλωμένῳ αὐτῷ τῦ ποδὸς ὑπ' ἐκείνῳ. Arichion Phigalensis tertium pancratio victor. . . . interiit, mortuusque coronatus est, cum iam prae dolore adversarius eius defecisset, cui ab illo pes diffractus erat. Negotium in his facit verbum ψιλωθεὶς aut ψιλισθεὶς, ut Eusebius habet, quod Scaliger crediderat significare, evulsam ab adversario comam omnem Arichioni fuisse, unde natus immanis dolor, cui ferendo non par, ille animam reddiderit. Sed incommodam, et improbabilem hanc esse interpretationem, liquet, et haud improbabilem Corsini emendationem φιμωθεὶς, *suffocatus*. Sane φιμῦν est ore compresso meatum spiritus concludere, et suffragatur Hesichius, qui Φιμοῖ, θεσμευει, ἐμφράττει, ἄγχει, επιςομίζει. Quid si vero aut Ψαλισθεις, aut Ψαλιδωδεις, restitutum eamus, dicamusque Ψαλίζειν, aut Ψαλιδῦν, fuisse verbum palestrae proprium, quo significaverint gymnastae corporis artificiosum illum motum, quo alter utrumque brachium cervicibus pari instar Ψαλίδων, forficum, aut capreolorum, vites implicantium, circumstringit et innodat, eoque alterum comprimit et suffocat. Sane Ψαλίδες, et forficem, et capreolos vitium, notant. Habet porro Eusebius ad annum tertium Olympiadis LIV. haec: Πεισίςρατος 'Αθηναίων ἐτυράννησε καὶ

 δὶς

εἰς 'Ιταλίαν παρῆλθε, quod Hieronymus fideliter reddit: Pisistratus, Atheniensium tyrannus, in Italiam transgreditur. Pisistratum, in Italiam traiecisse, nullus veterum tradidit, dubioque caret, id ab eo, tyranno quidem, factum non fuisse, propterea que locum vitio laborare. Genuinam proponit Corsinus emendandi viam, utramque pariter doctam et ingeniosam, et eodem paene redeuntem; aut εἰς 'Οιχαλέαν scribendum esse aut εἰς 'ἰταλικήν. Ambae sunt Urbes Euboeae, quam in insulam Pisistratum se recepisse, patria eiectum, aliunde constat. Italicae Urbis meminit Antigonus Carystius, quem civem et indigenam Euboeae, in isto nomine falsum non fuisse, credibile est. Scita est observatio, quam pag. 112. exhibet ad errorem haud facile venia dignum Diogenis Laertii, qui Anaximenem, Euristrati filium, Milesium Philosophum non incelebrem, Olympiade LXIII. natum, et circa ἅλωσιν Σάρδεων obiisse, perhibet. Quae non consistunt. Nam sive captas a Cyro Sardes, dominante Croeso, intelligat, sive ab Ionibus Atheniensibus captas et exustas: illud quidem si statuas, necesse sit, virum citius vitae finem, quam ortum invenisse: Cyrus enim Olymp. LIX. Sardes cepit; hoc autem, si optes, nihilo plus effeceris, quam eamdem Olympiadem, et dedisse virum et sustulisse, quem tamen adhuc Olympiade LXXV.

in

in vivis fuisse constat. Humani ergo quid passum suspicatur Corsinus Laërtium, errore oculorum. Cum enim Apollodori Chronicon coram se haberet, in quo et Anaximandri obitus, et ortus Anaximenis, eadem notatus Olympiade fuerit, illum, facto saltu ab illo ad hunc, quae illius erant, huic tribuisse, et notitias confudisse. Ad annum quartum Olympiadis LX. haec habet Eusebius: Φωκυλίδης καὶ Ξενοφάνης φυσικὸς τραγῳδοποιὸς ἐγνωρίζετο. *Phocylides et Xenophanes Physicus, Tragoediarum Scriptor, clarebat.* Xenophanem tragoedias scripsisse, praeter hunc locum, nullus veterum tradit. Non igitur erit porro, qui de probitate commendationis, quam Corsinus pag. 116. proponit, dubitet. Postquam enim demonstravit e Suida, et aliis Thespin circa illa tempora tragoedias edere coepisse, asseverat, Eusebii codices hiulcos esse; et post vocem φυσικὸς ingerendas esse has duas, καὶ Θέσπις. Pag. 138. demonstrat Empedoclem illum, qui Olympiade LXXI. factus victor, bovem, quod Pythagorae assecla esset, non vivum, sed thure, melle, aliisque incruentis, et non animatis, confectum, immolasse fertur, non fuisse celebrem illum Philosophum Physicum, ut, qui tum temporis annum aetatis octavum egerit; sed eius avum cognominem, quem in verba Pythagorae

 iu-

iurasse, nihil obstare, quominus credatur. Pag. 220. insignem indicat errorem Pausaniae, interpretibus dissimulatum. Eliae Lib. I. Cap. 11. ait ille: ȣ̓ γᾶϱ πω τὰ ἐις τȣ̀ς παίδας ἐπὶ ἡλικίας ἤδη καθεστήκει τȣ̃ Φειδίȣ, *aetate Phidiae nondum in usum introducta fuerant* (in ludis Olympicis) *puerorum certamina.* Oblitus sui, eorumque, quae paullo ante tradiderat, et in continenti subiicit, exaravit illa Pausanias, ut, qui modo dixerat Olympiade XXXVII. pueros ad certamina cursus et luctae, et Olymp. XLI. ad pugilatus quoque admissos fuisse; et paucis interiectis, aliquem *Pantarcen* nominat, qui ἀείλετο τὴν ἐν παισιν πάλης νίκην Ὀλυμπιαδι ἕκτῃ πϱος ταῖς ὄγδοηκοντα, *luctae in pueris victoriam Olymp. LXXXVI. reportavit.* Iovis Olympii statua, pulcerrimum Phidiae opus, post Olymp. LXXXVI. elaborata, et dedicata fuit. Si ergo Pausaniae verbis auctoritas et fides constare debet, aliter statui nequit, quam non de omni genere puerilis certaminis, sed de solo pancratio puerili, eum significare voluisse, quod, ipso teste, Olymp. CXLV. admissum ad Olympicos ludos fuit. Pariter Diodori Siculi errorem pag. 250. reprehendit, qui Lib. XIII. Cap. 8. Decelicum bellum, cuius initium anno tertio Olymp. XCI. adtribuit, duodecim annis integris continuatum, perhibet, contradicente cum Isocrate, qui decennale bellum illud adpellat, tum ipso Diodoreae histo-

riae processu. Alias enim bellum ultra victas captasque a Lysandro Athenas, pacemque et foedera cum Atheniensibus, et Spartanis constituta biennio perseverasset, quod ab omnium Scriptorum, et ipsius Siculi traditione abhorret. Δέκα igitur asseverat noster, in eius citato loco voci δυώδεκα substituendum esse. Graviter quoque lapsum, ostendit pag. 259. Plutarchum in eo, quod Sympos. Lib. VIII. Quaest. X. illo anno, qui Euripidi Poëtae fatalis, Dionysium Seniorem Syracusarum tyrannum, adspexisse primam lucem, perhibet. Annum enim illum Dionysio non vitae, sed imperii natalem fuisse vincit noster; simulque Iustini locum corrigit Lib. V. Cap. 4. pro voce *exilio* reponens *exordio*, id est initio tyrannidis seu supremae potestatis. Locus hic est: *Insignis hic annus et expugnatione Athenarum* (viribus et fortunae *Lysandri* Spartani cedentium), *et morte Darii, Regis Persarum, et exilio Dionysii, Siciliae tyranni fuit.* Pag. 276. Scholiasten Euripidis castigat, qui novarum litterarum, et novi scribendi generis usum praetura Euclidis Archontis, id est Olymp. XCIV. anno secundo, recentiorem ideo facit, quod novum illud scribendi genus τὰ μετ' Ἐυκλείδην γραμματα soleat appellari. In usu enim illud non fuisse tum, cum Euclides ad praeturam accederet, at fuisse decedente eo,

re-

rectiusque litterariam illam reformationem, atque accessionem Euclidi, quam ulli alii tribui, ut homini docto, litterarumque amanti, et locupletis Bibliothecae conditori, novarumque legum, et aliorum institutorum insignium auctori. Finem recensioni nostrae faciemus eleganti observatione, quam ipse Tomi huius praestat finis pag. 304. Laërtii Diogenis locum ita explicat Auctor ab interpretibus parum intellectum. Pollis ibi dicitur Lacedaemoniorum navarchus ἐν Ἑλίκῃ καταποντωθῆναι, τοῦ δαιμονίου μεγίσαντος αὐτῷ διὰ τὸν φιλοσοφον, in Helice undis mersus, numine in ipsum factam Platoni iniuriam vindicante, quem a Dionysio tyranno perimendum nactus mancipii loco vendiderat. Aldrovandus in Ἑλίκῃ interpretatus fuerat in vortice. Rectius quidem Menagius viderat, urbis id nomen esse, casus autem, ad quem respicit ea narratio, ipsum latuerat. Non enim Pollis ab hostibus captus, et mari mersus, quod ille vult, sed illa lamentabili et subita tempestate extinctus fuit, quae biennio ante Leuctricam pugnam, urbem procul a littore, in media paene continenti sitam de nocte oppressit, penitusque sustulit.

E) *Inscriptiones Atticae nunc primum ex Clariss. Maffeji Schedis in lucem editae, Latina interpretatione, brevibusque observationibus illustratae ab Eduardo Corsino* *Cl.*

Cl. Reg. Scholarum Piarum in Academia Pisana Phil. Prof. Florent. A. MDCCLII. 4to.

Invicta Corsini industria, quamdiu litteris Graecis in hunc modum prodesse velint, iubeant Superi, nondum absolutis Fastis Atticis, a quorum tamen fine parum abest, non praeclari operis spem facit, et his in paginis exhibet specimen Chishullum Anglum, virum doctum, primum solummodo volumen *Antiquitatum Asiaticarum*, constat, edidisse a fatis, dum alterum editioni comparat, oppressum. Cuius Schedae in Italiam, quo ederentur, ad Clariss. Maffejum, eruditae antiquitatis, illius praesertim, quae in litteratis saxis adhuc hodie vivit et superest, magnum decus et praesidium, missae fuerunt. Ille autem, seu annis onustior, seu aliis propriis operibus condendis intentior, hanc provinciam lubens viro permisit, qui, quam illi rite administrandae, et ornandae par sit, ut ad hoc agendum paene videatur a natura factus fuisse, non uno documento abunde demonstravit. Corsinum nos significare ultro patet; quem illi curae successisse, ut iucundum accidit intelligere omnibus, quotquot his litteris delectantur, ita par est, omnes felices illi successus, et citam editionem operis optare, de cuius insigni usu nemo, nisi harum rerum prorsus imperitus, dubitat. Id unum liceat nobis a futuro supellecti-

lectilis Chishullianae editore postulare, ut primum quoque volumen in Anglia splendidis typis excusum, ideoque inventa rarius adiungere ne negligat. Continent illae Schedae tercentum inscriptiones Graecas, apud varias Asiae urbes ab Anglo, modo laudato repertas, quas cum Latina interpretatione, et observationibus suis luci dabit, sed neque solas. Addet enim illis uberem aliarum Graecarum inscriptionum copiam, a Cel. Maffejo diuturno studio collectam, ab eodem hanc nactus. Quo habebimus, quo luculentissimis et locupletissimis collectionibus Sponii, aliorumque opponamus. Inscriptiones Graecae, quas, specimen hoc orbi litterato primum offert, numero XII. si non omnes eodem habendae loco, neque maximi pariter momenti sunt, neque defuturi sunt, qui, et illis commode carere posse, et res, quas illae docent, non admodum praeclaras esse, putent, venia danda est illorum in Atticas Antiquitates amori, qui novum aliquod Archontis, aut populi Attici, nomen, aut simile quid reperire, in rebus non contemnendis ponunt. Corsino has seligere ideo placuit, quod sententiis et coniecturis eius, de dispositione mensium, tribuum, et prytanearum Atticarum, in secundo Fastorum Tomo, propositis pondus adderent, et unum alterumque novum Archontem, populumve Atticum

cum proderent. Nobis quidem in hoc fasciculo prae reliquis arrisit decima inscriptio, quam, quod brevis est, hic referre placet: ὁ δῆμος (Βασιλέα Ἀριοβαρζάνην εὐσεβῆ φιλυ) ῥώμαιον τον ἐκ βασιλέως Ἀριοβαρζά. (νȣ φιλυπάτορος καὶ βασιλισσης Ἀθη) ναϊδος φιλοσόργȣ τον ἑαυτȣ͂ εὐ (εργέτην ἀνεθηκε. *Populus | Ariobarzanem Pium Phi|loormaeum Regis Ariobarza|nis Philopatoris et Reginae Athe|naidis Philostorgi* (Foeminae nomen proprium est) *filium et suum be|nefactorem dicavit.* Ostendit Corsinus in nota ad hanc inscriptionem Ariobarzanem in ea designatum illum esse, qui anno quarto Olymp. CLXXIX. A. V. C. DCXCII. Ariobarzani, patri adhuc superstiti, in Regno Cappadociae successit, et cuius mentionem Valerius Maximus Lib V. c. 7. facit, qui diserte tradit Ariobarzanem coram Pompejo M. Cappadociae regnum, recuperatum, eiusdem Pompeii auspiciis, sponte filio, illi, cuius honori et memoriae dedicata fuit Attica illa statua, concessisse, filiumque ipsum fere reluctantem Pompeii monitu, atque auctoritate Regiam demum sedem occupasse. Cicero hunc ipsum quoque Ariobarzanem Philoromaeum passim memorat, ut ad Famil. XV. 2. ubi *Regem Ariobarzanem Euseben Philoromaeum* appellat. Apud eundem Oratorem dubium huc usque fuit, illa *Athenais,* quae ad Famil. XV. 4. commemoratur,

urbs

urbs an mulier esset, et, si haec, qua tandem ratione ad Ariobarzanem pertineret. De rebus nempe, a se in Cicilia Proconsule gestis ita narrat: „ Regem Ariobarzanem praesentibus insidiis liberavi, neque solum saluti ei fui, sed etiam curavi, ut cum auctoritate regnaret. Metram, et Athenaeum importunitate Athenaidis exsilio multatos, maxima apud Regem auctoritate gratiaque constitui." Matrem Regis Athenaidem fuisse, ex recens prolato marmore clare apparet. Hac data occasione Corsinus et numos affert, *Ariobarzanis Eusebis Philoromaei*, aut solummodo *Philoromaei* nominibus insignes, quos putat ad patrem perinde atque ad filium referri posse, et historiam illius gentis, quae apud Cilices Romanorum beneficio regnavit, exponit, et quaedam a vetustis Scriptoribus aut perperam, aut obscure, de illa tradita, notat. Appianum e. c. cum emendatione egere existimat. Bell. Civil. Lib. II. inter illos, qui Pompeii castra in campis Pharsaliis sequuti fuerunt, Ariarathem Cappadociae Regem numerans. Illo enim anno U. Cond. DCCVI. nondum gavisum regia dignitate fuisse Ariarathem, sed proximo DCCVII. demum a Caesare iam solo post sublatum Pompeium domino, fratri Ariobarzani velut collegam regni, futurumque haeredem fuisse adiunctum. Crediderimus tamen, etiamsi spe-

specie non careat ea disputatio, facile posse vulgatam lectionem eo locum tueri, quod soleant Graeci regio sanguine cretos quoscunque, regum fratres, aut filios etiamsi privatos, βασιλεῖς appellare. Pari modo est, quo Strabonis auctoritatem, quem erroris insimulat Corsinus, tueamur. Non enim admodum probabile est, virum illum rebus, quas narrat, affinem, iisque patriis falli potuisse. Ait nempe Lib. XII. pag. 540. εἰς τριγένειαν δὲ προελθόντος τοῦ γένους ἐξέλιπε, *in tertia generatione defecit hoc genus* κατεστάθη δὲ Ἀρχέλαος, οὐδὲν προσήκων αὐτοῖς, Ἀντωνίου καταστήσαντος *et sufficiebatur illis auctoritate Antonii* (Triumviri) *Archelaus, alieni generis homo*. Atqui, urget Corsinus, in secunda generatione, Ariarathe, Ariobarzanis primi filio, et secundi fratre, desiisse regium illud genus, qui ab anno U. conditae DCCVII. fratri, collega, usque ad annum DCCXII. quo Antonii fraus Ariobarzanem oppressit, deinceps usque ad A. DCCXIX. regnavit. Putemus, dictionem εἰς τριγένειαν nihilo plus significare, quam ternos eiusdem familiae, patrem unum, filios duos, regnasse. Porro inquirit Corsinus, littera ΓΛ in numo quodam Ariobarzanis, quem Heyne, et Gesnerus habent, quid sibi velint. Urbem si quidem significent, qua cursus ille fuerit, varia comminiscitur urbium nomina, quae in censum hunc venire queant. Regni autem annum, si in-

scri-

scriptae sunt illae litterae, ut indicent, facile constare, numum haud ad Ariobarzanem II. seu filium, seu ad Patrem, pertinere; cum ille vix vigesimum in Regno annum adtigerit, pater autem A. Urb. Cond. DCLX. a Sulla regnare iussus, anno demum regni XXXII. filio potestatem tradiderit, adeoque trigesimum tertium in Regno egisse, commode dici queat. Quibus autem beneficiis Ariobarzanes ab Atheniensibus et statuae honorem, et benefactoris elogium, meruerit, id ex hac quidem inscriptione divinari nullo modo posse, colligi tamen ex alio simili monumento, quod a Viro Clariss. Philippo Venuto Cortonensi acceptum, pag. 56. prodit Corsinus, nos illinc reddere nulli dubitamus. Βασίλεα Ἀριοβαρζάνην Φιλοπάτορα τὸν ἐκ Βασιλέως | Ἀριοβαρζάνου Φιλορωμαίου καὶ Βασιλίσσης | Ἀθηναΐδος Φιλοστόργου οἱ κατασταθέντες | Ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὴν τοῦ ᾠδείου κατασκευην | Γαίος καὶ Μαρκος Σταλλιοι Γαΐου υἱοὶ καὶ | Μεναλιππος ἑαυτῶν εὐεργέτην. Ex huius marmoris cum superiore comparatione conficit Corsinus, Philopatoris, et Philoromaei ita Patri, filioque communes fuisse, ut permutari solerent; deinde Ariobarzanem de Atheniensibus eo fuisse bene meritum, quod novum Odeum in ipsorum urbe aere suo conderet, post vetus illud, a Pericle exstructum, anno U. Cond. DCLXVIII. per obsidionem Sullanam ab ipsis Atheniensibus eo exustum, ne sci-

licet

licet hostis Odeo, quod Pericles ex antennis, malis et trabibus Persicarum navium exstruxerat, arcem oppugnaret. Agmen Graecarum inscriptionum claudit, velut mantissa, tertia decima, Latina, ad quam, quae lectu digna Corsinus de arcariis Provinciarum, et arca Liviana, in titulo quodam, penes nostrum inedito, memorata affert, malumus apud ipsum legi. Ex praefatione ad Ill. Maffejum scripta, id unum censemus adhuc repetendum esse, tenere Corsinum in collectione sua Latinam inscriptionem, olim ab ipso edendam, Stratonicaeae quondam positam „in qua rerum omnium venalium (verba ipsius reddimus) pretia, florentibus adhuc ethnicorum rebus, Caesaris alicuius imperio constituta nitide prolixeque leguntur. Quod temporum illorum moribus apprime explorandis, simulque rusticae, et cupediariae rei subtilius cognoscendae, conferre plurimum poterit.“

F) *Herculis quies, et expiatio in eximio Farnesiano marmore expressa, interprete Eduardo Corsino Cler. Reg. Scholar. Piarum. Florentiae A. MDCCLI. Folio. Plag. 12. cum una Tabula aenea.*

Anaglyphum Graecum, cuius et imaginem aeri incisam, et interpretationem pereruditam, seque dignam, doctissimus ac perindustrius Corsinus,

sinus, hoc opusculo exhibet, non nunc quidem primum in oculos notitiamque doctorum hominum venit, ea tamen cura, eaque litterarum copia, qua par erat, nondum fuerat expositum. Primus id in notis ad Palaephatum publicaverat Corn. Tollius, apographum Peirescianum ab Isaaco Vossio nactus. E Tollio repetierat Reinesius in *Syntagmate* suo *Inscriptionum*, feliciterque multa depravata, et hiulca, teste nostro, integraverat. Paullo post Sponius ex alio adhuc peiore fonte derivatum exemplum inscriptionis huius Graecae dederat in *Miscellaneis eruditae antiquitatis*, quod tamen Donius in chartas suas cum omnibus vitiis transtulerat. Verum, qui Doniana edidit, Clariss. Gorius, nactus a Francisco Blanchinio imaginem anaglyphi aeri incisam, et inscriptionis exemplum, a Petro Victorio olim exaratum, omniumque emendatissimum, prudenter hoc Sponiano praetulit, Latinaque interpretatione auxit, quam ad Victorii exemplum Ant. Mar. Salvinius confecerat. Omnia ista, imaginem puta, et Graeca verba, et Professoris Florentini interpretationem, in *Thesauri* sui Tom. I. pag. 60. reddiderat Muratorius. Et hi quidem postremo loco laudati Itali, monumentum hoc exhibuere cum plenius, tum emaculatius, quam aut a Gallo, aut a Belga profectum fuerat; verum carebat id ta-

tamen eo doctae interpretationis ornatu, sine quo perfecte intelligi nequit. Mansit itaque Corsinum haec palma, quo qui hodie sit in Italis ea dignior, et a litterarum praecipue Graecarum, scientia instructior, novimus neminem. — Facit ille cum viris doctis, qui monumentum hoc adtigerunt, et, quoniam in eo Herculis a fatalibus sibi suis laboribus quietem spectandam proponi existimarent. *Herculis quietem* appellarunt, qua tamen appellatione marmoris argumentum exhauriri negat. Nam cum quiete Herculis expiationis quoque ritus in eo conspici, quibus heros-ille a caedibus numero plurimis purgatus, et consessui Deorum idoneus fuit factus. Quae docti viri sententia, quo nitatur tibicine, curandum nobis, ut expositione nostra Lectori constet, ideoque marmoris persequendae partes, et quaedam velut imago verbis adumbranda est. Tres praecipuae marmoris huius sunt partes, dramata scilicet, vel actiones duae diversae, quarum superior saxum, qua late patet, supremum totum occupat, et septo quodam ab inferiore angustioribus spatiis inclusa discernitur. Inferiorem hanc imaginem duae columnae continent, utrique singulae, litteris Graecis inscriptae. Imum Saxum implent noveni hinc illinc versus hexametri, et media intergesta brevis inscriptio, omnia itidem Graeca. In summa

ma itaque tabula prostat illud drama, quod Corsinum, et reliquos, qui hucusque argumentum hoc versarunt, viros doctos in eam opinionem, vel errorem rectius induxit, ut crederent Herculem laboribus suis defunctum conspicere. Est ibi Hercules sinistra tenens urceum, in quem Satyrus totum paene se ingurgitat et abdit, vultum autem convertit. Herculis ad feminam, quam Satyrus alius, dubium raperene tentet, an ad Herculem adducere, certe ita tenet amplexus, ut digitorum non dissimulet petulantiam, sed, id, quod Philostratus eleganter ait: ἀπογεύεσθαι τῶν κόλπων, delibare sinum puellae videatur. Hanc Corsinus coniicit Heben esse, Deam Iuventae, quam in matrimonium duxisse Herculem, coelo adscriptum, tradunt fabulae. Adstat Herculi femina, cui superscriptum ’ΕΥΡΩΠΗ, manu tenens, modo, qui a monstroso parum abest, perticam, e qua dependet pannus, his verbis inscriptus: ΗΡΑΚΛΗΣ ΑΝΑΠΑΟΜΕΝΟΣ ΓΞΑΔΟΣ. Horum verborum prima duo negotium, nostro nullum faciunt, prorsus non dubitanti, ea *Hercules quiescens* significare, postremas autem uniusve, an duarum vocum litteras multiplicibus coniecturis iactatus, tamen non expedit. Tantum obfuit Viro doctissimo in unica litterula error, ut significationem totius illius dramatis non perspiceret; quem tamen errorem

facile

facile animadvertisset, si recogitasset, non αναπαομενος, sed αοαπαυόμενος, dici pro *requiescente*. Dubio itaque vacat ΑΝΑΠΛΟΜΕΝΟΣ ΕΞΑΔΟΣ, id est αναπλόμενος ἐξ 'Αδος vel 'Αδῆς, rediens ex *Inferis Hercules* legendum esse: Περιπλόμενος ἐνιαυτὸς, est dictio, ex Homero nota. Quod si ergo Hercules ille, non quiescens, sed redux ab inferis est, nequit faemina, quod noster voluit, Hebe esse, sed est Alcestis, quam, ut extorqueat morti, et Admeti marito restituat, fabula tragica exsequutus est Euripides. Subiectum huic Dramati alterum a superiore dirimit obscurum aliquid, haud aequali latitudine per totam tabulam porrectum, et ambas adtingens oras, septum, quod, quia extremos Herculis artus a femoribus, inde occulit, pro Leonis exuviis familiari Herculis veste habitum fuit a Corsino. Agnoscas tamen, tabulam aeri incisam adspiciens, haud aegre fumum esse a toeda ascendentem, quam sacra facientes faeminae duae super ara, una tenet, altera oleo ex ampulla affuso rigat. Pone illas faeminas stat vir ad aliam aram, pateram porrigens. Huius imagine Amphytryonem, Herculis Patrem faeminae autem alterius imagine Admetam Eurysthei filiam, significare voluisse sculptorem, colligitur ex Inscriptionibus, cuique additis, quibus nos haud immorabimur. Monuisse suffecerit, Corsino videri (caussas ipse

satis copiose persequitur) sacrificium lustrale Herculis fuisse. Ex quo nata fuit inscriptio huius opusculi, superius posita. — His pertractatis, accedit ad praecipuam Anaglyphi huius partem inscriptionem nempe Graecam, bene longam, in duas columnas distributam, centum et triginta quinque versibus, sermone soluto res ab Hercule gestas, et πϱάξεις a Graecis appellatas enarrantem. Nam τῦς ἄϑλυς sic dictus, seu labores, carmen Heroicum octodecim Versuum, in basi positum, eloquitur. Utrumque Inscriptionum genus, multas expertum ab hominibus et longo aevo incurias, misere mutilatum est, ut vastum haberet Corsinius campum, quo suam in emendandis pravis, et supplendis lacunis, dexteritatem, et exerceret, et monstraret. Non profecto pepercit operae, nec dubitare nos sinit ea, qua pollet, egregia veteris Historiae, et Graeci sermonis peritia, quin feliciter omnia; aut pleraque certa, pristinae restituerit integritati. Quo autem Lectores eius aestimare conjecturas ipsi possent, non satis sibi visus est facere, si, quod fecit, eandem illam imaginem aeri incisam, quam Gorvus Roma acceperat, redderet, verum etiam, cum litterae Graecae longae prosaicae inscriptionis in ea tabula nimis minutae essent caelatae, ut aciem oculorum non possent non fatigare; eamdem inscriptionem; an-

antequam ad eam interpretandam se accingeret, typis vulgaribus Graecis, per sex, quas appellant, columnas explicuit, quarum prima maioribus litteris totidemque apices, quot ipsum marmor lacerum adhuc praestat; reddit. Secunda columna maioribus item litteris eamdem exhibet inscriptionem ex mente Corsini integram et emendatam. Modum eundem huius marmoris legendi, quem Corsinus svadet, minoribus Graecis litteris repetit tertia columna, quod oculi, nostri, longa consvetudine, hoc genus prae altero amant, et expeditius legunt. Quarta porro dat interpretationem latinam, a nostro profectam, ad Graecae, ut quidem ipse constituit exactam. Quinta Petri Victorii apographum, et sexta tandem ad illud apographum confectam. Salvinii latinam interpretationem reddent. Quo factum, ut uno velut oculi ictu, doctorum hominum circa hoc vetusti aevi monumentum studia, et discrepantes opiniones lustrari, earumque monumenta expendi a prudentibus queant. Commentarius tandem extremus rationes coniecturarum singularum exponit, et res gestas, quarum mentio fit, e Graecis vetustis auctoribus repetit, largaque manu ea affert omnia, quae intelligendo huic monumento faciunt. Finem dissertationi facit Auctor expediendo quaestionem; cuinam aetati idem debeatur. Ipse

quidem appellat, aevoque primis Caesaribus aut antiquiori, aut certe aequali, asserere nullus dubitat, et cum in hoc marmore versus unus legatur, qui prorsus idem etiam in Q. Calabro legitur, censet eum a lapidario petitum ex illo Poëta fuisse, ideoque pedibus ut in Barthii sententiam, qui dictum modo Poëtam ad Augusti aevum refert.

G) *Eduardi Corsini Cl. Regul. Scholarum Piarum, et in Academia Pisana Humaniorum Litterarum Professoris ad Clarissimum Virum Paulum M. Pauandium Epistola, in qua Gotarzis Parthiae Regis numus hactenus ineditus explicatur, et plura Parthicae Historiae Capita illustrantur Romae MDCCLVII. In Typographio Palladis excudeba nt Nic et Marc Palearini 4. plag. 3. cum numo aere expresso.*

Etsi ex veterum Auctorum tam Graecorum, quam Latinorum lectione, et interpretatione haec una maxima utilitas petenda est (quod Graevius suis semper inculcasse dicitur) *ut sapere discamus* id est ut animus noster elegantissimorum sapientissimorumque Scriptorum usu, et sensu, ab ineunte aetate subactus, atque formatus, eodem svavitatis, urbanitatis, leporis, omnisque in dicendo, scribendo, omnique cum aliis con-

sve

svetudine elegantiae quasi colore imbuatur, atque adeo ii, qui in verborum flosculis congerendis, aut antiquis Viribus cognoscendis omnia esse putant, non leviter errant, certissimum tamen est, harum minutiarum cognitionem (sic enim appellant vulgo, qui in re gemmaria, lapidaria, numaria consumitur, laborem) et ad multas res utilissimam esse, et nos sine hac nullo modo illa consequi posse. Nam, si exemplis, et auctoritatibus confirmanda res esset, plurimum apud nos veterum diligentia, atque religio, in minutis, ut videtur, rebus, valere deberet. Quam subtiliter ille magnus Cicero, cui rebus immortalibus gestis paucos, ingenio vero, ac Doctrina neminem parem habemus, de verborum obscuritate cum Poëta (ad Divers. IX. 22.) quam diligenter de verbo *tumultus* (Philipp. VIII. 1.) *inepti* (orat. II. 4.) *hortis* (offic. I. 12.) et *popularium* atque *optimatium* (p. sext. 44.) disputat? Nonne idem Tironem suum de verbo *fideliter* leni risu obiurgat, quo non recte fuerat usus? (Lib. XVI. de Div. 17.) et de formula *inhibere remos*, quae a nautis acceperit, cum Attico communicat? (ad Attic. Lib. XIII. 21.) Quid vero de eo dicamus, quod Gellius (L. X. c. 1.) ex Epistola quadam Tironis affert? Pompeium valde primum dubitasse, cum aedem victoriae dedicaret, utrum Consul

tertio,

tertio, an *tertium*, scribendum esset, deinde vero illud fecisse, quod Ciceroni placuisset, atque extremas litteras emisisse. Sed si remota horum auctoritate non recte iudicare velimus, non debebat tamen Chr. Tomasius, alias vir doctus, sed in his litteris non satis, exercitatus, Tollium ridere, quod in litteris cuidam marmori insculptis explicandis elaboraverit. Nam ut alia omittamus, quae Spanhemius copiosissime exposuit, ex his studiis plurimum lucis historiae affunditur. Quae ne manca, ne imperfecta, ne parum vera videatur, omnia nobis sunt investiganda. Historia enim, quae coniecturis tantummodo nitatur, an illa plus ad demonsrandam divinam, in humanis rebus providentiam, quam cum prudentia vitae inprimis in illa discenda spectare debemus, quam fabulae, valebit? Illa vero Historiae veritas, nonne maxime suum robur et vim ex numis, et lapidibus assumit? Etsi nos quidem quod ad numos attinet lubenter Gudio assentimur, qui illos facilius, quam lapides veteratorum fraude corrumpi posse, atque adeo *his* maiorem, quam illis fidem habendam esse censet. Quae cum ita sint, non inutilem Corsinus, Vir, in quo etiam nunc, id quod optimus quisque existimabit, quasi exempli causa, vestigia antiquae doctrinae, et elegantiae exstant, in numis explicandis operam collocasse videtur,

cum

cum praesertim animum ad Parthicam historiam illustrandam adiecerit. Est profecto hic latissimus campus, sed multis obductus sentibus, nec illorum oculis gratus, qui amoena, et levia videre cupiunt, dignus tamen, in quo exercitatissimus quisque artem, et ingenium ostendat, suarumque virium faciat periculum. Quanta enim Parthorum fuerit fortitudo, quamque illorum Imperium Romanis formidolosum, et invisum, ex eo intelligi potest, quod quam diutissime suam dignitatem, contra terrarum, gentiumque Deam, ut Poëta, obtinuerint, quae quam vehementissime laboravit, ut maculam priori Mithridatico bello susceptam deleret, et nulla prope ex alia re tantam, quam ex signis receptis laetitiam percepit; (Horatius Lib. IV. 13. 5. Lib. I. 12. 53. ep. Lib. I. 8. Sveton. Aug. 21.) habet vero Historia huius Populi magnas difficultates. Quas, si quis doctissimi Vaillantii librum de Regum Parthorum historia legerit, facile animadvertet. Maxime vero hae difficultates inde oriuntur, quod etiam Vaillantius vidit, (pag. 185. 241.) quod cum omnes quoque Parthorum numi Ἀρσάκȣ nomine insigniti sint, haud facile suus cuique numus assignari potest. — Quemadmodum enim Albani Reges Sylvii, Romani Imperatores Augusti, Aegyptii vero Reges Ptolomei: ita Parthorum Reges Arsacidae appel-

pellati sunt, quod etiam Servius ad Virgilium (AEn. Lib. VI. v. 760.) observat, ubi tamen illum pro Parthis Persas dixisse viri docti docent, id quod etiam Horatius fecit (Lib. I. od. 2. 22. Lib. IV. 5.) In hoc autem numo, quem Corsinus nobiscum communicavit, hoc quoque accedit incommodum, quod temporumne, an hominum iniuriis, aliae litterae in illo extritae, aliae perperam expressae, quaedam temere dispositae sunt. Ipsum vero numum videamus, et de illo, quid Corsinus sentiat, deinde explicemus. — In antica quidem, ut aiunt, numi parte regis vultus conspicitur, qui licet barbatus, iuvenilem tamen quamdam pulchritudinem habet. Frons lato diademate est revincta. Diademati ipsi vel teniae illius, vel Cincinni coronam imponunt. In aversa vero parte Rex sedens apparet, et manu arcum tenens: qui in plurimis Parthicis numis est, quamobrem etiam Sagittarii appellantur. Etenim et ipsa natio sagittandi peritia reliquis praestitit (Dio Lib. XL. p. 142.) et arcus apud Persas, et Parthos Regum insigne erat. Nam, ut ea taceamus, quae Corsinus ex Dione (Lib. XLIX. p. 408.) laudat, Arrianus quoque commemorat (d. exp. Al. II. 12.) matrem, uxorem, et liberos Darii, postquam aram ipsius, et scutum apud Alexandrum esse audivissent, Darium, ut mortuum

tuum deflevisse. Sed in hoc numo, ut ad eum redeamus, altera extremitas arcus exesa est. Aliae litterae, ut iam diximus, iniquitate temporis consumtae, aliae inperitia monetariorum corruptae, depravataeque sunt. Quod, ut Vaillantius docet (p. 348.) in Parthicis numis saepissime accidit. Haec tamen fortasse ita restitui posse censet Corsinus, si ΒΑCΙΛΕΥC (ab hoc verbo restat tantum ΒΗΛΙΕC ——) ΓΟΤΕΡΖΗC Ἀρσακου (ab hac enim voce adest tantum ΑΡ—) ΥΟC ΚΑΙ, pro hoc est in numo ΚC) ΚΑΛΟΥΜΕΝΟC ΑΡΤΑΒΑΝΟΥ legatur, aut ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥ ΑΡΤΑΒΑΝΟΥ. Est praeterea in hoc numo illud singulare, quod cum in aliis nomini Ἀρσακου βασιλέως, verba δικαίου ἐυεργέτου, et φιλέλληνος addantur, in hoc tamen, praeter nomen Gotarzis, et Patris Artabani, nihil tale videamus. — Illam vero correctionem aliquid difficultatis habere, ipse Corsinus vidit. Primum enim, sive καλουμενος legatur, ut Gotarzes quidem Artabani filius fuerit, sed Artabanus vocatus sit; fortasse quia ab eo adoptatus fuit, inde sequetur, sive καλουμενου, duplex Patri nomen fuisse dicendum est. Neque hoc nobis valde mirum videri deberet, cum in Vologesis numis (Vaillant pag. 893.) Ἀρσακου βολαγασου nomina videamus. Sed maiora quaedam sunt, quae nos valde dubios reddunt, quae enim fuit necessitas, Gotarzis patrem Arsacem fuisse,

no-

nominatim dicendi? Omnes Reges hoc nomine usi sunt. Cur Arsacis nomen soli patri, non filio datum est? Atque etiam brevius fuisset, βασιλεως Γοτερσης 'Αρσακȣ Αρταβανȣ. Quae cum ita sint, Corsinus, priori coniectura reiecta, Syllabae ΑΡ litteras βΑΡδανȣ addendas, omnia vero ita legenda esse censet. ΒΑCΙΛΕΥΣ ΓΟΤΕΡΖΗC ΒΑΡΔΑΝΟΥ ΥΙΟC ΚΑΙ ΚΑΛΟΥΜΕΝΟΥ ΑΡΤΑΒΑΝΟΥ. Quae quidem coniectura, quae nobis aptissima videtur, ut suum robur accipiat, breviter Gotarzis, Bardanis et Arthabani Historia a Corsino exponitur. Quae cum ex Tacito aliisque disci possint, nihil hic repetere adtinet. Ea potius, quae Corsinus, tam in ipsa historia, quam in ratione temporum, falsa esse dicat, et emendet, videamus. Haec enim non optime nobis a Vaillantio constituta esse videntur. Ille enim Taciti auctoritate adductus Artabanem dicit a U. Cond. DCCXCVII. diem suum obiisse, regnum vero non Gotarzi, sed Bardani ex Testamento reliquisse; Parthos tamen Gotarzem Regem quidem primum creasse, deinde eodem anno Bardanem elegisse Mithridatem a V. Cond. DCCXVIII. occupasse Armeniam, quam ne Bardanes recuperaret, Vibium Marsium Syriae legatum prohibuisse, ineunte vix anno Urbis conditae DCCXCVIII. Gotarzem a U. Cond. CCMI. a Bardane victum esse, mox tamen, Bardane admo-

modum iuvene interfecto regnum accepisse. Denique anno Urbis Cond. CCMIV. mortuum esse. — Sed vix intelligi potest, si a U. C. 797. Gotarzes Artabano successit, atque, prius, quam a Bardane expulsus fuit per totum annum regnavit, quomodo uno anno dissidium inter fratres nasci, Romam nunciari, atque Armenia a Mithridate occupari potuerit? Atque etiam Corsinus egregie e Iosepho demonstrat, Vibium Marsum eo tempore (a V. C. 798.) non fuisse in Syria, Cassium vero Longinum, qui illi successit a. U. C. 897. illuc venisse. — Mithridates igitur ex Corsinii sententia a U. C. 794. a Claudio in Armeniam missus est. Quod etsi Tacitus ea de caussa factum esse dicit, quod discordiae inter Parthos, aut Gotarzem, et Bardanem, fratres, ortae fuissent : Corsinus tamen, quoniam dissidia illa longe serius acciderunt, humanitati Caesaris illum reditum tribuendum esse putat. Ille vero Mithridates, vel exeunte anno U. C. 794. vel ineunte 795. Armeniam in ditionem, potestatemque suam redegit. Bardani autem, qui vel eodem anno, vel sequentis initio Armeniam recuperare frustra conatus erat, A. U. C. 799. Gotarzes successit. Quod Corsinus inde colligit, quod A. U. C. 800. Parthi Legatos Romam miserint, qui Gotarzis crudelitatem accusarent. Neque

Iose-

Iosephus quidquam de Testamento Artabani commemorat, qui et antiquior fuit Tacito, et longe facilius omnia rescire poterat. Nam Helena Izatis Mater, et ipse Izates, se ad Iudaeorum religionem contulerant, et secum Iudaeos habebant Doctores. Ex iis vero quae dicta sunt, sequitur ut Gotarzes tantum semel post Bardanis interitum Regno potitus sit. Obiter hic error corrigitur Lipsii, qui Artabanum, Gotarzem, et Bardanem, fratres fuisse, ait. Atque etiam Vaillantii quidam errores notantur, qui et numos, Reges aetate graves exhibentes, Bardani, et Gotarzi adscribit; qui tamen admodum iuvenes mortui sunt. Sed et in aliis item lapsus est. Nam ut hoc unum asseramus in Bardanis numo apud Vaillantium, sinistro humero characteres ΚΓΔΙΙΙΙΙ inscripti conspiciuntur, iidemque in alteroquoque numo, quem Vaillantius Arsaci XI. adscribit, apparent. Hi sive artificis nomen indicent, sive aliud quidquid, duorum certe Regum, qui sibi proximi fuerunt, esse debent. Bardanes autem a U. C. 795. Sinatrucius a U. C. 649. imperavit. Ignoscenda tamen haec omnia Vaillantio esse optimus quisque arbitratur, qui sibi eam rem explicandam sumsit, in qua maxima est obscuritas, et cuius cognitio multis obstructa est difficultatibus. Quis etiam tam inhumanus, cui illud, ubi *plura nitent*, — non pro-

probetur ? — Sed ad Corsinum redeamus, qui in explicandis quibusdam Philostrati locis plurimum operae collocat. Res vero haec est. Collocat Olearius, interpres Philostrati, Apollonii iter Babylonem in tertio Claudii Caesaris anno a. U. C. 795. eiusdemque Antiochiam reditum in A. U. C. 800. Regnum vero a Bardane a. U. C. 793. recuperatum esse arbitratur. Quid Vaillantius? Ille Apollonii iter ad Bardanem in A.U.C. 799. retulit. Corsinus utrumque errare, et ad Tiberii, et Artabani, non Claudii, aut Bardanis tempora, Apollonii iter referendum esse docet (a. U. C. 776.) Primum enim Philostratus, cum Apollonius in Indico itinere Aspeudi esset, plebem Urbis Praescelem igne comburere voluisse narrat, illumque frustra ad Asylum (τοις βασιλεοις ανδριασι) quae statuae Tiberii erant, magisque illo imperante (εφ' ȣ) quam Olympii Iovis statuae valebant) confugisse. Igitur hoc Tiberio superstite accidit. Deinde etiam, cum Apollonius a Bardane ad Indos, et Pori regionem venisset, incolae, inde a praelio inter Alexandrum, et Porum commisso, usque ad ea tempora 350. annos confici possent? Denique ut ex Philostrato constat, Apollonius iter iuvenis (νεως ἀνης) suscepit. Quod, si iter illud ad annum 795 aut 799 referamus, esse non potest. Inde enim sequeretur, ut Apollonius, qui a. U.C. 830.

850. ἐκατοντέτης interiit, ideoque a. U. C. 750. natus fuit, quinquagesimum annum agens hoc iter suscepisset. Atque etiam, si quae Philostratus scribit, expendimus, rem non ad Bardanem Artabani filium, sed ad Artabanum ipsum referri debere, intelligimus. Nam ut alia taceamus, quae de Rege dicuntur, qui Regnum amiserit, et recuperaverit, ea de Bardane dici non possunt. Ut ex Iosepho, et Tacito apparet. Omnia autem in Artabanum Patrem optime quadrant. (Tacit. Ann. Lib. VI. Dio Lib LVIII. p. 637.) Sed et gravissimum nobis scrupulum iniicit Philostratus, qui Regem illum non semel sed quinquies Bardanem appellavit. Atque idem Nomen ex Philostrato Eusebius exhibet. Quid igitur est, aut quomodo nos expediemus? Corsinus optime hoc fieri opinatur, si Regem illum binominem fuisse, et tam Bardanem, quam Artabanum vocatum esse, dicamus. Hoc et in aliis accidit. Nam et Zeno, Rex Armeniae, in Artaxiae primi Armeniae regis, memoriam, nomen Artaxiae obtinuit; et ut alios omittamus, iunioris Ariarathis filium, ex Antiochi Magni filia susceptum, initio Mithridatem, adultum Ariarathem vocatum esse, observat Diodorus. Cui quidem Corsini coniecturae, si fidem habemus, quid ni vero habeamus? et Philostratus cum Iosepho, et Dione, Tacitoque optime consentiet, et epi-

gra-

graphen huius numi bene a Corsino restituta esse quivis fatebitur.—Haec de Gotarzis numo. Sed alium praeterea numum nobis exhibet Corsinus, quem iam Froelichius Vir Cl. in lucem protulit, ingenue fassus, se, ad quemnam Arsacem hic numus referendus sit, nescire. Ipsum Froelichium audiamus „ Protome Regis, barbato vultu adverso, diademato capite caudis tecta „ ΒΑΣΙΑΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ - ΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕ ΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ Φ·ΑΕΛΛΗΝΟΣ Regis Magni (Arsacis -) eu - (vel) Theo - (vel) Philopatris, benefici, illustris Graecorum amici Parthus sedens, dextra arcum, infra quem, monogramma quasi M - -, Haec Froelichius, quem ut Corsinus docet, in hoc numo tam coecum fuisse miramur; cum alias in his rebus lynceus esse soleat. Nam et voculam ΚΑΙ omisit, et in exesa numi parte - ΠΑΤΟΡΟΣ legit, cum tamen numus - ΠΑΤΟΥΣΗ habeat. Ex quo Corsinius-ΠΑΡΘΑΜΑΣΠΑΤΟΥ legendum esse coniicit. Illos vero Characteres ΣΗ. qui aliquid difficultatis habere videntur, ita exponit, ut vel ΠΑΡΘΑΜΑΣΠΑΤΟΥΣ ΗΥΕΡΓΕΓΟΥ legendum, vel character Η prave expressus, in Σ refigendus sit. Fortasse etiam character ille ab imperito artifice additus fuit, quale quid in numo Phraatis I est, in quo ΑΡΣΑΧΟΥΗ legitur. Parthamaspatem autem in Parthia a. U. C. 867. regnasse, in alio libello Corsinus docet, quem

de

de *Minnisari regis numo* scripsit, et quem prope diem laudaturi sumus. Quod vero ad nos adtinet, qui huius libelli lectione mirifice delectati sumus, atque ex eo, ut ex aliis viri doctissimi scriptis, ingenii, industriae, et acuminis praestantiam probe perspeximus: Nihil tamen de laudibus illius addemus. Neque enim Corsini in litteris merita ita obscura sunt ut Testimonium; neque ita dubia, ut laudationem desiderent. Quin rogamus Virum Celeberr. ut, quos ab eo tempore libellos edidit, ad nos mittat, bono rei litterariae his actis nostris proponendos.

H) *I Eduardi Corsini Cl. Reg. Scholarum Piarum, in Academia Pisana humanior. litter. Professoris, de Minissari, aliorumque Armeniae Regum numis, et Arsacidarum epocha, dissertatio. Liburni MDCCLIV. plag. 9, in 4to cum una fig. aen. in titulo. II.*

Dubia

Dubia de Minnisari aliorum Armeniae Regum numis, et Arsacidarum epocha nuper vulgatis, proposita per Erasmum Froelich. S. I. S. Viennae Austriae A. MDCCXLIV. plag. 13. in 4to cum figuris Aeneis. N. A. Eruditorum Calend. Oct. A. MDCCLVIII. pag. 577. et sequent.

Numisma nondum vulgatum, cuius aere expressum typum Tab. nostr. n. 1. subiecimus Corsino V. Cl. et admodum Rev. materiem eruditae commentationis dedit, in qua satis operose, et industrie in tempora Arsacidarum, quorum nondum explicatae rationes sunt, inquiritur. Descriptionem numi praemisit, e qua potiora excerpemus. Argenteum illum, et tetradrachmum esse putatur, fide Philippi Venuti Eccl. Liburn. Praep. qui Romae a Palatio elegante antiquitatis cultore, acceptum delineavit, et cui eo nomine opusculum ipse inscripsit. Addit, plerisque Regum Parthorum, atque Armeniorum numis id pnodus esse. Caput, quod ab una parte impressum est, regis esse, statuit, senile, diademate ornatum, promissis capillis, et longa barba insigne. Alterius partis typum, ait, esse viri nudi, velut cippo insidentis, qui sinistra quidem ad cippum demissa ipsi insistere

videatur, dextra vero elata claram, et ad dextram usque genu pertingentem, ipsique fere incumbentem, suspensam teneat. Ubi tamen, ut hoc in transcursu maneamus, rupes plane non cippus, cui vir insidet, cospicitur. Subiicit inde inscriptionis litteras superstites, quae ex delineatione nostra petí potuerunt, quas ipse sic supplet ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΜΙΝΝΙΣΑΡΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΤΑΙ hoc est *Regis Minnisari Servatoris* Anno CCC. XXXIII. Inde, ut eliciat, Arsacidae vultum esse, ponit, similem quidem nulli a notis Regibus hunc deprehendi, promissam tamen comam, barbam, ac diadema inplerisque Arsacidarum numis occurrere. Addit alterius partis typum, seu Herculem sedentem, et Vaillantium sequutus interpretatur, eundem esse, qui in duobus Monnesis Parthorum, sive Armeniorum regis numis, quos Vaillantius Hist. Arsac. pag. 339. Gesner Thes. Tab. I. n. 26. et Maffejus Gall. antiq. Epistol. 22. p. 144. protulerunt, conspiciatur. His argumentis usus non dubitat numisma Armeniae, seu Parthiae Regum alicui tribuendum esse. — Causam signati in una parte Herculis ad originem illam Armeniorum a Thessalis, quam e fabuloso aevo repetitam Strabo LXI. tradidit, refert. Quae coniectura ingeniosior forte, quam verior, quo minus nobis probetur, innumeris illis exemplis efficitur, quae in numis Graecorum sunt obvia;

obvia; ut adulandi causa reges, quibus parebunt, et imperatores postea Romanos, imaginibus suorum deorum, certo ad virtutes aut res gestas respectu expresserint. Inde simplicissima ratio videtur, sub Hercule Servatore hic intelligere merita ob defensam Asiam — Litteram K. quae in medio singulatim conspicitur, Vir doctissimus designare urbem credit, in qua numus sit percussus; monogramma vero |A| nomen Monetarii prodere statuit. sed si verum dicere licet, nos exempla desideramus huius generis numorum, in quibus monetariorum nomina certis argumentis adpareant. De illo satis inter peritos constat, istis monogrammasi Urbes notari frequentissime, inter Graecos, et subiectas singulares litteras adhiberi ad annos Regum numerandos, aut provincias indicandas. Nam quae infra disputantur contra notam numeralem, de illis eo loco dispiciemus. — Inde de Rege obscurissimi nominis Minnisaro, indagando sollicitus, hunc in Dionis reliquiis, quas misere discerptas potius, quam excerptas, Theodosius condidit, sibi reperisse videtur Corsinus, eo quo par est honoris praefatione ob eruditionem semper nominandus. Exsequitur ergo res Traiani, qnas Dio. Lib. LXVIII. et LXIX. narraverat, satis quidem docte, et cum insigni doctrinae adparatu; nisi ad corruptum in Theo-

dosio Μανισαρον nomen, tamquam ad Scopulum offendisset. Nam, ut nihil his utamur, quae Froelichius, magno elegantiorum litterarum damno nuper rebus humanis ereptus, inlimatissima commentatione; quam dubiorum nomine nostro Scriptori opposuit, de perturbatione excerptorum, Theodosianorum, aliunde manifesta disseruit, hic certe nullus occurrit Manisarus a Dione proditus. Theodosiusne, an qui postea descripsit ista Sybillina folia, aberraverit, nihil ad rem, dummodo oberratum constet. Legimus enim hic in excerptis e Lib. LXIX Dionis Mannum, quae sicut Arsaces Parthis, aut Ptolemaeus Aegyptiis erat propria Osrhoënis Regibus appellatio a Conditore. Legimus insuper: της τε Ἀρμενιας καὶ της Μεσοποταμιας ἑαλοκυιας αποστηναι in quibus illud ἑαλοκυιας, non ut fecit Corsinus, interpretandum est, quasi Manus Manisarusve in potestatem redegerit, sed ipse contextus, et structura verborum, non clare minus, quam ipsi numi, ibidem prolati docent, a Traiano subactas regiones intelligi. Ceperat autem Trajanus istas Provincias, seu eripuerat, non Manno Manisarove, sed Chosroi, et Parthamasiridi, itaque nullus tunc notus aut memoratus Dioni Rex Armeniae Minisarus. Sed ne Manus quidem in hoc loco alius, quam ille falsi nominis Manisarus. Ipsa enim verba narrationis, sermonem

esse

esse de unico homine, declarant, quum uni responderit Traianus, unum venire voluerit, unum suspectum habuerit. Quare semel de veritate admonitio, de Abgaro seu Mano Osrhoënes Rege, sivé Phylarcha, illud quoque apertissimum erit, verba primum aliter scripta vix esse potuisse, quam istum ad modum: Του δε Τϛαιανου ες Μεσοωοταμαν ἑλλοντος καὶ του Μανου. ΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΝΟΥΒΑΡΟΥ ΕΠΙΚΗΡΥΚΕΥΣΑΜΕΝΟΥ καὶ τϛεσβεις ὑπεϛ ἰιϛηνης δια το τον. Οσϛοεν επιαϛατευ ειν αυτῳ πεμψαντος, καὶ της τε Ἀϛμενιας, κα της Μεσοπαταμιας ἑαλοκυιας ἀποςηναι ἑτοιμως ἑχοντος ουτε εκεινῳ πιςευσδιν τὶ ἐφη, πϛὶν ἀνελθων πϛος ἀυτον, ὡσπεϛ ὑποχνειτο, τοις ἐϛγοις τας ἐπαγγελιας βεβαιωση καὶ τον Μανον ὑπωωτευσεν αλλως τε, ὅτι καὶ συμμαχιαν Μηβαϛσαπη της Ἀθυαβηνης βασιλευ πεμψας κ. Γ. Λ. Sic enim transposita unica voce, et ad suum locum revocata, atque paucissimis litterulis immutatis, emendatum plane liquidam ad veritatem hunc locum esse, ostendent tum ea, quae de hoc Abgaro, cui nomen Maanubar Aeazeth, Thoph. Sigofr. Bayerus hist. Osrhoën, ex numis l. III. p. 149. seq. exposuit, tum quod Ioannes Malala Tom. 1. p. 358. ed. Oxon. ex Arriano retulit, Mesopotamiam, ab Osrhoëna tunc avulsam, in provinciae formam fuisse redactam unde sane perspicimus in his circa Mesopotamiam a Traiano gestis, non alii quam Mano, seu Manubaro, locum in Dionis narratione fuisse. Quare, no-

nostra emendatione historiae ad finem restitutum locum sic interpretamur: „Ubi in Mesopotamiam Traianus venit, ipsique Manus, qui idem ac Manubarus, missa obviam cum caduceatoribus legatione pacem obtulisset, propterea, quia bello a Chosroe urgeretur, seque paratum ostendisset, et ab Armenia, et Mesapotamia abstinere, quas tunc ceperat (Traianus) neque huic fidere sese respondit, nisi ad ipsum veniens, ipsis rebus promissa confirmaret. Et suspectum sane Manum hunc alias ob causas habebat, quia auxilia Mebarsapi (quod nomen aliter alibi scribi novimus) Aoliabenes Regi, miserat etc. Narrantur igitur omnia eadem, quae ex aliis Scriptoribus Bayerus enarrat, licet de fragmento hoc Theodosii, quod laudavit corrigendo non cogitaverit. Unde nobis certe cum Froelichio non dubitare hac in re solum, sed credere plane ex animi sententia licet nullum Armeniae Regem Minnisarum a Dione proditum isto in loco fuisse. Hoc liquet, patetque. Quia autem semel id agendum esse V. Cl. est visum, ut ad hanc Traiani expeditionem accommodari epocha, in numo signata, posset, laborandum omnibus quoque modis fuit, ut contraherentur, quantum speciose fieri posset, tempora, quia secundum usitatam chronologorum supputationem annus Arsacidarum CCCXXXIII. in Vespasiani impe-

perium incidit. Eo Consilio et instituto fortissimis Vaillantii, Loydi, Fabretti Norisii, Pagii, et Basnagii, rationibus, immo numis natum ipsorum fidei, opponere Corsinius Tillemontii, Petavii, et Baronii opinionem, non dubitavit, tantum ut Sexennii detractionem suae sententiae lucraretur. Omnes tamen numi repugnant, qui memoriam Parthicae Victoriae conservant, in quibus VI. Traiani consulatus. A. V. IↃCCCLXV. sane gestus. Nam subtili narrationi non Dionis, sed Xiphilini, non eo solum loco, res diversissimas perperam, ut Saranatore dignum erat, coniuugentis, et Zonarae, docte iam satis fecit Arnzenius, ad Plinii Paneg. c. II. n. 7. p. 14. et superant plura antiquitatis monumenta, cum cognomine optimi Principis, diu ante Parthicam expeditionem. Nec maioris momenti argumentum est in numo cum profectione Augusti, qui ad Dacicam expeditionem pertinet, neque Malalae ulla in Chronologia est auctoritas, ut numus Antiochenus ante ipsius adventum cudi non potuerit: et *acta Ignatii*, aevi barbari fetum, quis contra antiquitatem incorruptam in testimonium advocet? Numum autem Gesneri eo minus moramur, quia nemo spoponderit, nihil ex nota numerali detritum atque deletum esse. Et in reliquis nihil conficitur, ob quod peritissimos et exactissimos rei numariae et Chronoli-

gicae

gicae Auctores deserendos putes. Tanti fuerat, virum eruditissimum, ac ingeniosissimum sua coniectura nunquam incidisse in hunc Minuisarum ex Scribarum errore enatum, an ex detriti numismatis fugientibus elementis? Itaque cum animadvertisset, ne sic quidem veri ad speciem aliquid profici, ut ut demtis istis sex annis tempore expeditionis Traiani Parthicae: aliam viam ingressus, ipsam Arsacidarum epocham, magno consensu ab hominibus doctis, praeter paucos, receptam oppugnat. et eam pluribus, quam viginti annis iuniorem ostendere epnatur, tantum ut indicat in A. U. C. IↃXXV. et hic numus ad Traiani aetatem referri queat. Magnus apparatus doctrinae; multae et rarae litterae, singulare acumen in tractatione rerum tam abstrusarum apparent; modo amor suscepti negotii non fefellisset, ut de iis quoque cogitaret, quorum humanissimus, et politissimus elegantioris doctrinae vindex Froelichius admonuit. Tanto autem modestiae circa dissensus temperamento est usus, ut nihil dignius illo nostris his litteris optari queat. Cum autem potissima quaeque argumentorum certis sub capitibus complexus sit, qua ratione ordini, et evidentiae consulitur, nos hinc ipsum sequemur, ut collatis utriusque sententiis iudicandi eo liberior potestas fiat. Prima dubitatio est de inscriptione numismatis, quod,

quod, si non idem sit, atque Stoschianum cuius delineationem Froelichius Ant. Fran. Gorio in acceptis retulit, eiusdem certe typi esse videatur. Adeo reliqua, ut intuenti patet, conveniunt: unde et figuram Tab. V. n. 2. ex delineatione Goriana subiiciamus. At in nomine Regis, et fine vocabuli σωτερος, in figura elementi omisa est diversitas. Scribitur enim illud, non MIKNIΣAP. sed AΔINNIΓAO α ο non orbiculari, sed quadrata figura exprimitur. Multum autem fidei, et diligentiae Gorii, de accuratione descriptionis religiose testantis, merito tribuitur. Unde certo suspicio haud erit iniusta, restare in archetypo vestigia longe alia litterarum, quam in quibus Minnisari nomen deprehendatur. Altera dubitatio oritur de loco excerptorum a Theodosio ex historia Dionis, in quo nullum Minnisarem regem recte statuit, memorari, Froelichius, tum quod vocabulum regis ipsi non tribuatur, quo tamen Mebarsapes ibidem appellatur, tum quod restitutio Armeniae vel ipsiusCorsini confessione, et arbitrio Fillemontii ad quem provocaret ad ipsum potius Chosroëm, quam istum ad Mauisarum pertinuerit. Quare vitiosum, et male cohaerentem, et ambiguum esse istum locum, verissime pronunciat, quem nos paullo ante, modesta emendatione, et interpretatione, ad historiae fidem exacta, sic constituisse nobis

bis videmur, ut Rex quidem certe non tamen Armeniae, aut Arsacida, sed Abgarus Osrhoënes, ibi proditus intelligatur. Tertium dubitat Corsini humanissimus adversarius de regno Armeniae, quod aetate ista nulli Minnisaro, florentibus praesertim illic Chosrois rebus, sed Parthama viridi solum, ob charissima scriptorum testimonia, tribuere liceat. Aequissima sane postulatio, et cui nemo temere, ne ob istum quidem lacerum Theodosii locum, aut controversam numi huius epigraphen, repugnet. Quarto loco, omnia alia ex ipsa numi specie a Corsinianus rationibus Froelichius colligi posse putat. Ille enim argenteum, et tetradrachmum hunc numum esse, cuiusmodi fere plerique Parthorum atque Armeniae Regum numi esse soleant, dixerat; Hic Horchianum Adinnigai numum aeneum, aut fors subaeratum esse admonet. Ex Vaillantio probat plures drachmales, quam tetradrachmos, hodie Arsacidarum numos superesse. Addit argumentum pulcherrimum a fide *oculata*, cum inter Parthicos numos XXXVIII. in Museo Francisci *Imp. Aug. Instit. Pii Felicis* et a studiorum quoque amore dudum nominis *immortalitatem* adepti, non plures, quam V. tetradrachmi reperiantur. Ipsius Tigranis Armeniae Regis, inquisitor harum lautitiarum diligentissimus argenteos tetrachrachmos nonnisi unius typi apud

apud Vaillantium Hist. Seleuc p. 388. et 400. ed. Paris 1681. deprehendit; aeneos vero, et minoris formae, quatuor ipse in Annal. Reg. Syr. p. 115. exhibuit. Et cum de Seleucidarum numis potius constet, plerosque esse argenteos tetradrachmos, argumentum hoc a forma et metallo numi nihil hic, ad illum Arsacidis asserendum, valere recte iudicat. Aliud reperisse se credidit Corsinus, cur vultum hunc Arsacidae esse statuerit, in similitudine cum numo Monnesis, publicato a Vaillantio Hist. Arsac. p. 339. At Froelichius praeter solam barbam, nihil commune cum specie Arsacidarum, in numis comparere ait. Diadema enim mirum quantum differt, et ipsa coma, ut Parthis nusquam conspicitur, in cincinnos peregrino ritu composita, valde abhorreat. Ceterum, capitum cum barba et diademate de Seleucidis plura cxempla adtulit, ut his annumerari potiore iure Minnisarus, an Adinnigaus posse videatur. Ne illam quidem similitudinem alterius partis, in qua Hercules sedens signatus est, admittendam censuit, cum alii et longe pleniores, in Monnesis aliisque Parthicis numis tituli βασιλεως βασιελων σωτηρος επιφανους aut σωτηρος ἐυεργετου, occurrant, et formae Elementorum Λ ο et ⊏ diversae notentur. Probavit praeterea eruditissimus Corsini monitor, imaginem Herculis cum clava sedentis usitatam quoque Seleu-

leucidis fuisse, qualem argenteum tetradrachmum Antiochi II. ipse Annal. Reg. Syr. Tab. IV. exhibuit: σωτηρος elogium Antiochi I. et Demetrii I. in numis est obvium. Unde tandem colligit, non deesse rationes, ob quas inter Seleucidas, ex typo et adiunctis referri ignotus hic Rex possit. —Ad partem inde secundam Corsinianae diatribes, in qua de reperienda veriore Arsacidarum epocha, disquiritur, accedit disceptator humanissimus. Primum, de quo admonet, varietas est opinionum, de initio exactae epochae Parthicae; ob quam miretur; quid in mentem venerit eruditissimo Corsino, quod omnes Chronologos et eruditos in Sententiam Vaillantii concessisse tam observate tradat. Ipse sane Froelichius exceptione se defendit, quia in duobus opusculis, ubi de calculis huius epochae agendum fuit, nihil definivit. Addit Theoph. Sigestr. Bayerum, Henr. Valesium, aliosque a Vaillantii rationibus multum dissidere. Quum autem Corsinus omnia prope veterum Scriptorum testimonia, de initio Parthorum collegerit, et multa inde speciosa dicta ad formandas novas coniecturas adtulerit, ut contrahere in arctius spatium epocham Arsacidarum, demtis viginti et aliquot annis, posset: Froelichius tam docte illa excussit, tam paratus, et instructus ad singula occurrit, ut consentire Vaillantiana ratione

fide

fide digniores quoque testes ostenderit, et sic interpretatus sit locos scriptorum plerosque, ut initia Regni Parthici temporibus Antiochi, quem Deum dixere, adsignanda esse, longe credibilius fiat. Quam erudite de omnibus disputaverit, quam exacte, vera, certa, atque manifesta, ubique a falsis, ambiguis, et obscuris distinxerit, quam sagaciter errandi occasiones, quae nonnullis fuerant, indagaverit, hoc loco exponere non possumus. Maxima enim limatissimi opusculi pars huc transferenda esset, ne excerpendo, argumentorum robur minueremus. Unum nobis non levis momenti visum est, quod suae sententiae praesidium in testimoniis quoque Mosis Choronensis, et Marcondi Persae reperit, quorum in rebus orientis auctoritas merito valet. Deprehendit autem ipse Corsinus, quantum his, quibus novam suam Epocham Parthicam stabilire voluerat, adversentur numi Vologaesio III. apud Vaillantium Hist. Arsac. p. 364. et 366. in quibus anni 451. et 460. signantur, tum alius in Museo Theupolo p. 363. cum nota anni 454. Ex his enim epochae Arsacidarum initium, ante annum U. C. D. reiiciendum adparet, secundum omnes chronologos. Itaque ut solveret hunc nodum, ne istam opinionem de ducendis recentiore a primordio annis Parthicis implicaret, finxit olim Vologaesem, Artabani IV. fratrem, omisso nomine

mine a Dione in Caracalla memoratum, regnum Armeniae obtinuisse, et Artabano, ab Artaxerxe Persa everso, et occiso diutius superfuisse, atque Arsacidarum adeo epocha in Armenia usum fuisse. Haec autem, nullis veterum idoneis testimoniis firmat. Froelichius longum coniecturarum agmen vocat, et accuratissime circa successionem Regum Parthicorum ordinibus, temporum digestis clarissime evicit, numos alii Vologaesi, quam ex ordine, qui tertius et Artabani pater fuit, tribui non posse. Succedit egregia disputatio de illis numis, qui post finem Artabani IV. Arsacidarum ultimi, nomen Arsacis, et recentiores epochas praeferunt, et ad quos Corsinus provocaverat, ut coniecturam de Vologaese IV. Armeniae rege, et usurpata ab illo numeratione Parthica stabiliret, Vaillantium et Froelichium refutaret, qui Persis Parthia potitis, tribuerant. Sed Froelichius praeclare docet, nihil Armenici in illis deprehendi, et quum de appellatione Arsacis eruditissime disseruit, eamque simul cum Regno, succedentibus in Arsacidarum vocum Persis ad tempus cessisse, pluribus veterum auctoritatibus probavit; tum alia etiam argumenta gravissima, quibus illa numismata monetae sub Persis Parthicae vindicantur, adiecit, quibus album calculum adiicere eo minus dubitamus, quo luculentioribus ubique petitae et

usus

usus in re numaria speciminibus eminent. Postrema concertationis, ut doctissimae ita humanissimae quoque et amoenissimae, versantur in consideratione numi aerei e cimeliis imperatoriis Vindobonensibus, quem et nos n. 2. pingendum curavimus, ut ob raritatem et singularitatem lectores nostros delectet. In eo, ut primum Regum vet. numism. ancedat. p. 13. ipsum publicavit. Froelichius epigraphen legerat: ΒΑΣΙΛΕΩΣ — ΡΣΑΜΟΤ ΘΕΟΣ ΕΒΟΤΣ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟ. — Ita nomen fuisse ignotoRegi Arsami crediderat. Hinc Corsino materia coniiciendi, digna ipsius et acumine et copia nata est, ut in varios Arsames, Arsanes, Arsabes, regesque Ciliciae, Parthiae, Armeniae et diversos locos scriptorum, numos urbium Graecarum inquireret. At Froelichius, pro candore suo, et insigni illa verecundia, atque publicorum iudiciorum reverentia singulari, fatetur hic ultro, se postea Bozio V. Ill. Acad. Paris. elegant. litterar. collega, et a Secretis, atque Cimeliarchii Regii Custode, submissis duorum numorum ectypis admonitum, et conspicello usum ad contemplandum rursus typum numismatis, a vetustate exesum, deprehendisse, pustulam solam aeris esse, quae autem litterae Ρ α corrosi initii speciem praebuerat. Inde, quod agnoscit, concidunt, quae de Arsame quodam docte quidem, sed nullum respectu numi

in

in usum, ipse atque Corsinus disseruerant. Statuit tamen hic, referri posse numisma Vindobonense et Parisinum, cuius et hic n. 3. imaginem subiecimus, illum ad Samum, Chrysogoni fil. Antiochi M συντροφου de quo Polybius Lib. V. p. 499. edit. Gronov. Putat enim, huic forte ab Antiocho M. aut eius filiis dynastiam quamdam ad Euphratem adiecto regis titulo, nisi eum ipse usurpavit. Elegantem coniecturam; quam eruditis suspicionibus confirmet, et quae alia ad explicationem horum numorum adiecerit; praestiterit ex ipso, quam e nostris excerptis cognoscere. Attulit autem et aliud Xerxis numisma, quod a Bozio adiectum acceperat, Reguli Armosatae, tempora Antiochi IV. quod similiter hic nos n. 4. exprimendum curavimus. In huius de quo minus dubitationis, quam de Samo adhuc superat, capite, eadem prope mitra, quae in Vindobonensi numo (Tab. nostrae n. 2.) conspicitur, et in parte altera victoriae typus Parisino (Tab. nostrae n. 3.) respondet. Sunt alia plura, quae congruant. In Parisino caput, quod ipse antea Apollinis crediderat, nunc Antiochi IV. seu Θεȣ esse, comparatis pluribus illius numis, in quibus idem vultus, statuit, ad coniectationem horum temporum eum deduxit; et quae porro interpres ut vindex rei antiquariae et numariae, quamdiu vixit, eximius eam in

rem

rem addidit. Utrumque opusculum ob praestantissimae, et uberrimae doctrinae copiam, lectu et admiratione est dignissimum, utrumque optaremus iterata editione coniunctim in Germania publicari, utriusque Auctoris merita pro eo, ac par est, suspicimus. Si tamen et nobis dicendae sententiae locus est, breviter sic censemus. quantum in litteris exuberat, instruit, erudit, Corsinius: tantum praecipit, castigat; admonet, et cautionem necessariam exemplo docet Froelichius, cui ob usum et scientiam callentem, nemo temere comparatur.

I) *Edvardi Corsini Cl. Reg. Scholar. Piar. in Academia Pisana Humaniorum Litterarum Professoris Epistola de Burdigalensi Ausonii Consulatu. Pisis apud Giovanellum Anno MDCCLXIV. plagg. 3. in 4to.*

Tota quanta inserta est novis actis eruditorum Lipsiensium Mens. April. Anno MDCCLXXIV. hac brevi praefatione. Epistolam bonae frugis plenam celeberrimi Corsini tarde ad nos delatam, integram leetoribus nostris malumus, quam excerptam in manus tradere.

K) *Eduardi Corsini Cl. Reg. Scholar. Piarum in Academia Pisana Philosophiae Professoris Institutiones Philosophicae ac Mathe-*

thematicae ad usum Scholarum Piarum. Florentiae typis Bernardi Paperini Tom. I. II. III. Anno MDCCXXXI. MDCCXXXII. 8. Alph. 3. plag. 12. Tab. aenea. 13. Ad nova acta Eruditorum, quae Lipsiae publicantur. A. 1735. p. 218.

Clarissimus Auctor fieri non posse iudicans, ut in qua Philosophorum secta omnis veritas contineatur, exemplo Veterum Academicorum, eorumque, qui hodie ecclectici vocantur, illustriora quaeque cum antiquorum, tum iuniorum placita, accurato ordine, singulari rerum delectu, cultoque et proprio sermone, Philosophiae studiosis tradere instituit. Huius operis admodum probandi tres nuper partes in lucem prodiverunt, quarum altera Logicam, altera Physicam generalem, complectitur. Praemissa est in universam Philosophiam luculenta praefatio, ubi de nomine, origine, incremento, partibus, praestantia, et methodo Philosophiae, imprimis vero de ipsis Philosophis, eorumque sectis, et successionibus, tractatur: praetereaque etiam singulares huius generis praefationes singulis sunt adiectae disciplinis, historiam earum, constitutionemque, et divisionem exponentes. In Mathematicis institutionibus non modo Euclidis propositiones, meliori ordine di-

ge-

gestae, accuratisque et partim novis demonstrationibus comprobatae, sub finem vero, sine demonstrationibus, secundum ipsum ordinem Euclidis repetitae, et certis numeris ad priores relatae, sed et complures ex Archimede Apollonio, et aliis, cum antiquis tum recentioribus Geometris selectae,' asseruntur. In Physices Auctor ampliorem exspatiandi campum nactus, de principiis corporum, quae in Metaphysica, mechanica, et sensibilia distinguit; de generatione, caussis, proprietatibus, et qualitatibus eorumdem, ac de plerisque huc pertinentibus controversiis ita disserit, ut omnium fere Philosophorum placita perspicue, et succincte explicet, argumentisque melioribus firmet modo iudicium interponens suum, modo nihil definiens. Non opus esse videtur, ut de singulis quatuor Tractatibus in quos omnem Physicam generalem distribuit, separatim dicamus. De tertio saltem commemorandum est, in eo agi de Proprietaribus corporum, de extensione, et divisibilitate, de tempore et loco, de motu eiusque continuatione, acceleratione, et reflexione, de aequilibrio gravium, cum Solidorum, tum fluidorum, atque adeo de tota Statica, et Hyrostatica, itemque de effectibus, qui ab aëris gravitate dependent. Iam quod ad partes reliquas harum Institutionum Physicarum adtinet, quas

in posterum se editurum Doctissimus Auctor pollicetur, eae quatuor erunt numero, et de huiusmodi tractabunt argumentis: de coelo et mundo, sive de corporibus inanimatis de anima de doctrina morum, ac denique de Metaphysica, et Theologia pagana.

L) *Eduardi Corsini C. R. Scholar. Piarum in Acad. Pisana Philos. Proff. Institutiones Philosophicae ad usum Schol. Piar. Tom. IV. et V. Florentiae in eodem Typographeo Anno MDCCXXXIII. et MDCCXXXIV.* 8. *Alph.* 2. *pl.* 15. *Tab. aen.* 2. *Ad Nov. Act. Erudit. Tom. II. p.* 546-47.

Duo priora volumina huius Libri iam alio loco (Suppl. ad Nova Acta. Tom. I. Sect. V. p. 218.) recensuimus, atque laudavimus, nunc de quarta, et quinta parte pauca dicenda sunt. Illa Pyysicam particularem, sive tractatum de anima, porroque Metaphysicam; haec Ethicam sive Philosophiam moralem complectitur. Clarissimus Auctor Institutum suum, methodumque persequens, Physicam particularem quatuor disputationibus absolvit, quarum una de animae nomine, natura et speciebus: altera de anima vegetativa, sive de plantis: tertia de anima sensitiva, sive de Brutis; quarta de anima rationali, sive de homine agit. Metaphysices,

quae

quae post Mathesim et Physicam pro tertia Philosophiae parte numeratur, tres sunt disputationes ad hunc modum inscriptae. De Ente vel Ontologia; de Spiritibus, sive Pneumatologia; De Deo sive Theologia. Deniqae Ethices sunt partes seu disputationes quatuor huius argumenti: de ultimo fine, summo bono, felicitate hominis; de actibus humanis, de virtutibus et vitiis, de variis hominum vitiis. Cum pleraque operis huius sane egregie iam sint distracta, novam eius editionem multo nitidiorem, uberioremque Nobilissimus Corsinius nunc meditatur.

CORREA (*Franciseus Andreas a S. Iacobo*) Piarum Scholarum Ordinem amplexus, cursuque sublimiorum Scientiarum emenso, Rhetoricam, Philosophiam, ac Theologiam ingenti cum gloria docendo est professus. Hac de caussa non vulgaris doctrinae, sacrarumque discipliniarum cognitione praeditum hominem Benedictus XIV. Summus Ecclesiae Catholicae Antistes Episcopum Rippatransonensem in Marchia constituendum esse putavit, quam dignitatem tam insigni prudentia Consilii maturitate, modestia, et animi demissione, atque effusa pro viribus in egenos liberalitate annis quindecim ornavit, atque ita virtutum suarum memoria semper victurus apud posteros, ex caducarum re-

rerum tenebris ad immortalem lucem susceptis magna religione Sacramentis religiosissimus, Praesul rei bene gestae conscia mente Anno MDCCXXXVIII. evolvit, plures homilias, sacrosque sermones variis occasionibus publici iuris fecit.

CREMA (*Ludovicus a S. Thoma Aquinate*) Siculus vitales auras delibare coepit Panormi Anno MDCXCII. Iuvenis litteris humanioribus eruditus, liberalique praeditus indole, Scholarum Piarum desiderio flagrans, earum Instituto se totum ritu solenni devovit A. MDCCXIII, Demum omnes conatus atque ingenii vires ad excolendam rerum humanarum atque etiam Divinarum scientiam attulit; ex hac insigni contentione nata est ipsi uberrima laudum seges. Nam in Grammatica, Rhetorica, Philosophia, Theologia dogmatica et morali docendo ita se versatum probavit, ut consultor *Qualificator*, quaesitorque ordinarius communi adclamatione ac omnium votis eligeretur. Postremo plena potestate Provinciae Praefectus Ecclesiam Sancti Silvestri magnifico apparatu exornavit, ac Bibliothecam selectissimis adiectis voluminibus illustriorem reddidit, ac locupletiorem. Postremo aetate gravis et improvisa vasorum fractione ad iter aeternitatis ineundum paratus diem vixit

xit supremum Panormi Anno MDCCLXXIV. typis mandavit.

1) Librum de Vita, et gestis Venerabilis Fratris Alipii a Conceptione Beatissimae Virginis Mariae Ordinis S. Augustini Discalceatorum. Panormi A. MDCCLIX. 8vo.

2) Elogium Historicum Cangiamila Fidei Quaesitoris ibidem Anno MDCCX. in 8vo.

CREMONA (*Ioannes Iosephus a S. Francisco*) Italus Mutinensis qui cum per annos plures Rhetoricam Florentiae laudabiliter docuisset, sacrae dictionis ad populum misterio se totum dedit, atque huiusmodi munus ingenti cum plausu, atque Ordinis nostri Scholarum Piarum commendatione in Urbibus Italiae celeberrimis exercuit. Rector Domus nostrae Canonensis, Volaterranae, et Probationis Florentinae, deinde Hetruriae Praeses, Domorum sibi Commissarum, et Provinciae suae incrementum pro viribus curavit, ac provexit, et Fundationem nostram Corrigiensem stabilivit. A viris spectatissimis, etiam Principibus magni habitus est, atque a Benedicto XIV. Pont. Max. superiorum generalium privilegio decoratus Ordinis Comitiis Anno MDCCXLVIII - MDCCLIV - MDCCLX. interfuit. Postremo cum in domo nostra S. Pantaleonis Deo, animaeque suae saluti totam mentem

tem intenderet, viribus paulatim prostratis, aetate provecta, oppressus Catarrho, Sacramentis omnibus religiose susceptis, ad divinum illud animorum Concilium plenus migravit, decimo septimo Calendas Aprilis Anno MDCCLXII. Romae, postquam vitae annos unum supra octoginta, in nostro Instituto quinque ac sexaginta exegisset, plura typis mandavit nempe:

1) Quadraginta dierum solenni ieiunio accommodatos sacros sermones. Romae Anno MDCCLIII. 4to.

2) Orationes panegyricae in festis Sanctorum diebus ad Concionem habitae Anno M. DCCLV. Romae 4to.

3) Librum de Civili Conversatione, ac regulis in ea cum vario hominum genere observandis Anno MDCCLVI. 8vo.

4) Lectiones de Morali Philosophia. Romae Anno MDCCLVII. 8vo. Praestantissima haec ingenii Monumenta mira Hetruscae linguae pulchritudine, multiplici eruditione, ac spiritu Evangelico referta Lectoris animum, miro modo delectant, atque ad virtutem sectandam excitant, et inflammant.

CRISPI (*Ioannes Baptista a S. Maria*) primam aspexit lucem, Romae Anno salutis M. DCCXXXVII. Adolescens praestanti ingenio Scho-

Scholis Piis nomen dedit. Anno MDCCLIII. Vir in humanarum et divinarum rerum scientia egregie versatus, qui post emensum de more studiorum curriculum Philosophiam, et Theologiam in variis Provinciae Romanae Domibus, sed praesertim Romae in Collegio Nazareno summa nominis celebritate docuit. Postea Rector, et Parochus constitutus, utrumque munus pro dignitate sustinuit. Tandem cum Domui Civiplebensi praeesset, ac singulari prudentia, laudabilique studio administraret, putrida febri ad extrema redactus religiosissime susceptis Sacramentis inter vivos agere desiit Anno MDCCXC. Huic sequentia debemus ingenii monumenta.

1) De caussa elevationis fluidorum intra tubos Capillares Dissertatio Physica Ioannis Baptistae Crispi Cler. Reg. Scholarum Piarum in Collegio Nazareno Philosophiae, et Matheseos Professoris. Romae MDCCLXXV. 4to.

2) Le principali proprietę delle curve coniche Trattato di Gian Battista Crispi de Scuole Pie in occasione di un publico esercizio matematico sostenuto dal Conte D. Girolamo Padulli Convittore del nobile Collegio Nazareno. In Roma nella Stamperia di Giovanni Zempel nell' anno MDCCLXXVII. in 8vo.

CSANKI (*Gabriel a B. Iosepho Calasanctio*) natus est in Provinciae Nittriensis vico *Emöke* A. MDCCXXXVII. Instituto Scholarum Piarum se addixit A. MDCCLV. Emenso Tyrocinio, ac consveto studiorum cursu Classes Grammaticae per aliquot annos laudabili solertia docuit. At quoniam ad dicendum a natura factus esse videbatur, maiorum Auctoritate Scholarum doctrinam cum sacri oratoris munere commutavit. Quam personam tanta nominis sui gloria, et Instituti commendatione multorum annorum spatio sustinuit, ut etiamnum Nittriae, Szegedini, Vacii, Magno-Karolini, Szigethi, in Provinciae Aradiensis Oppido S. Annae dicto, Ketskemethini, Debrecini apud Concionem Hungaricam iucunda et grata memoria supersit. Modo Debrecini sacras dictiones ad examen revocans has Moecenatibus adfulgentibus edere parat. Publici iuris fecit ab integerrimis, doctissimisque Praesulibus laudatum opus Plurimum Reverendi Domini Goffine opera sua Hungarice redditum in Typographeo Trattneriano Pesthini Anno MDCCXC, et MDCCXCIII.. Tomis duobus in 8va forma maiore. Prior singulis diebus Domini, Posterior omnibus festis diebus per annum occurrentibus adcommodatam, ex Evangelio derivatam somplectitur doctrinam. Obiit A. MDCCCVI.

CUR-

CURLO (*Paulus Ioannes Baptista a S. Theresia*) Ligur Tabiensis ex Patricia familia Genuensi primam aspexit lucem Anno MDCCXII. Adolescens nobilissimus Instituto Piarum Scholarum nomen dedit Anno MDCCXXVIII. Tyrocinium religiosam, et humanae, Divinaeque scientiae cursum exsuperans, Philosophiae, ac Sacrae Theologiae docendae admotus, eo munere Albigauni, Savonae, ac Genuae per quatuor, et decem annos magna cum laude perfunctus est. Ad Collegium Calasanctium Romae nuper apertum accitius, iterum per alios duodecim annos dogmaticas et morales disciplinas, mira, facilique Methodo explanavit. Porro inter Liturgicos Academicos adscriptus plures coram immortalis memoriae Pontifice Maximo Benedicto XIV, qui Episcoporum Examinatorem hunc ipsum renuntiavit, doctrina insigni refertas habuit dissertationes. Recusato postea Domus *Professae* regimine, Institutum prosequi maluit, atque interea frequenter orationes Panegyricas in variis Deo dicatis aedibus, in Patriarchali Sanctae Mariae Maioris Basilica solenni quadraginta dierum ieiunio adcommodatos dixit sermones. Cum vero Ioanni Antonio Camblasi a S. Antonio, qui *Assistentis Generalis* ex Liguriae Provincia anno MDCCLX. munus dimiserat, suffectus ad Domum Sanctum Panta-

ta-

taleonis transferretur, maximam temporis partem pietatis operibus transmittendam putavit. Apud eminentissimos Cardinales Spinellio Lante, et spinulam auctoritate ac gratia florens Examinator Synodalis Ecclesiarum Velitrensis, Portuensis, Praenestinae, et Farfensis votis ad amussim satisfecit, Amplissimoque Cardinali Columnae Urbis Vicario in Clero ad rationis, et religionis leges periclitando magnam tulit adprobationem. Anno demum salutis MDCCLXXII. *Assistens Generalis* meritus Ordinis Comitiis interfuit, et quemadmodum ante triennium Liguruiae Provinciae Praefecturam, ita tunc omnem dignitatis gratum recusavit. Postremo hunc Virum praestantem, atque integerrimum febris inflammans per duos fere menses gravius affecit: quam post plures dies, quibus a morbo respirasse videbatur sequuta Diarrhea, et lenta tabes ita in augustias coniectum prostravit, ut mortem sensim adventantem prospiceret. Aucto malo sacris mysteriis roboratus magno pietatis, ac religionis sensu de vita decessit Romae Anno M. DCCLXXVI. Reliquit vir doctissimus decem volumina praelectionum, ac singularum Dissertationum Theologicarum, ac praeterea insignem Tomum orationum sacrarum, quae singula ob illaetabiles temporum vicissitudines Romae ad Pantaleonem in Archivo Generali publica luce carent, et adhuc manuscripta delitescunt.

CZABAK (*Leopoldus a S. Alexio*) Natale lolum obtigit huic Viro Lipnicium Moraviae oppidum Anno MDCLXXXV. Clericali Scholarum Piarum veste amictus est Anno MDCCIII. Subsecivis a publico docendi munere horis Mathesi, atque Astronomiae tanta contentione, tamque acri studio se addixit, ut brevi tempore vastam cognitionem adeptus ingenii sui acumine *Machinas effingeret, atque insigni arte construeret, pluraque alia, quae cum memoratis coniunguntur scientiis ad posteritatem transmittenda Chartis non perituris mandaret.* Invitatus a nobilissimis Comitibus Braida, et Tautmanusdorf, educandorum in spem reipublicae filiorum gratia provinciam sibi decretam magna sui nominis gloria, communique approbatione, ac summa fide absolvit. Pari laude in Collegiis Slanensi, Litomisliensi, Richnoviensi, et Freudenthallensi Rectoris personam sustinuit. Postremo in natali solo, hectica consumtus vivere desiit Anno MDCCLVII.

CZANDRA (*Georgius a Visitatione B.V. Mariae*) Bohemus in mundum venit Anno MDCCXVIII. atque ordinem Scholarum Piarum amplexus est MDCCXXXV. qui placidissimis, et integerrimis moribus praeditus classes vernaculas, et humaniores diligenter tzadidit, et

va-

varios nobilitate conspicuos Iuvenes instituit. Rector Budvicii electus saepe elegantis ingenii specimen edidit, licet senex Febri catarrhali correptus, ac Sacramentis religione summa susceptis inter adstantium Fratrum preces spiritum Deo reddidit Nicolsburgi Idibus Februarii anno MDCCXXXIX.

CZAPINSKI (*Georgius a S. Bernardo*) Lithvanus ex Palatinatu Vilnensi oriundus nobili genere in lucem editus est MDCCXVIII. Vir eximiae virtutis, ac litteraturae, Institutique Scholarum Piarum amantissimus; cui se Iuvenis ingenio praestans totum devovit Anno MDCCXXXIV. Religiosum Tyrocinium emensus confecto studiorum curriculo iuniores classes magna diligentia, et discipulorum progressione in litteris, ac pietate docuit. Cum vero praeclarorum hominum opera litterae situ, et squalore deformes a sordibus repurgarentur, et barbaries cum densa rerum ignorantia, quae toti Provinciae incubuerat profligari coepta paullatim exularet, Georgius nihil antiquius habuit, quam ut optimos eloquentiae Romanae Scriptores diurna, nocturnaque manu versaret, et partam eloquentiam adiecto Chronologiae, Geographiae, Mythologiae, ac Historiae studio exornaret. Itaque labore improbo id adsequutus est, ut vix ali-

aliquis purius, ac emendatius in scribendo, latino sermone uteretur, et aliis ad tersam, casigatamque scribendi rationem viam redderet, expeditam. Quare Magister constitutus, sexennio nostros Dombrovicii primum, dein Neodolsci tanta dexteritate in Romana eloquentia instituit, ut hodie sui Auditores, eorumque discipuli florentem veteris memoriae latinitatem sectentur. Eodem tempore socius Magistri Novitiorum constitutus, exemplo suo docuit, cum virtute studia esse coniungenda. Porro ex assidua Poetarum latinorum lectione tantum profecit, ut omnis generis carmen feliciter, imprimis vero epigrammata insigni acumine chartae mandata patefaceret. In primaria Vilnensi Cathedrali Ecclesia sacram ad Concionem verba facere iussus, quantum in sacris litteris, Patrumque lectione suum intenderit conatum, quantum sacra eloquentia valeret, luculento demonstravit argumento, eo quod nulla festa dies, vel nobilior funeris memoria peracta fuerit, quin ad illam invitatus egregii oratoris non sustinuisset personam, plurima huius generis monumenta ingenii typis edita nomen celeberrimi oratoris reddit immortale, quem amplissimi Praesules, et Magnates, dum vixerat cum magno Instituti nostri decore suspexerunt. Comitiis anni MDCCLIV. generalibus Romae celebratis adfuit. Inde in patriam

redux

redux Statuni Rectorem, Vilnae Praefectum studiorum, Neodolscii Scholarum Prarfectum strenuum egit. Tandem se itineri accingens inopinate gravi paralysi affectus in hospitio Zelvensi Divinae conformis voluntati ex his tenebris ad sempiternam lucem excessit Anno MDCCLXVIII. Publici iuris fecit:

1) Plures Orationes panegyricas vetus latium redolentes cum iunior esset, nomine Provinciae praecipuis Magnatibus Lithvaniae consecratas in folio.

2) Aliquot elegantia Latina Poëmata, inter quae potissimum eminet illud, quod Lithvaniae Mareschallo Michaeli Casimiro Radzivillio dedicatum, atque oblatum fuit in folio.

3) Syllogen sacrarum Concionum in duos Tomos tributam typis Universitatis S. I. Vilnensis. Anno MDCCLIV. 4to.

D.

D.

DALHAM (*Florianus a S. Theresia*) Austriacus, primum vitales in auras eductus est Anno MDCCXIII. Vir integritate vitae instituti amore, omnigena eruditione, ac severiorum praesertim disciplinarum culturae eximius, qui absosoluto anno MDCCXXX. Lipnicii vitae religiosae tirocinio, in variis provinciae Germaniae domibus scholas cumprimis humaniores singulari cum Iuventutis progressu docuit, tum Litomislii, et Cremsirii Philosophiam nostris, atque exteris, summa cum doctrinae laude praelegit. Provincia Germaniae divisa in Austria mansit et in collegio Iosephino iuniores nostros Hebraica lingua erudivit, simulque Provinciae Praesidi ab epistolis fuit. Ad Academiam Liechtensteino-Sabaudicam cum primis incolis missus per sexennium Physicam theoreticam, et practicam nobili Iuventui tradidit, et institutionibus Mathematicis, physicis, ac psychologicis eodem tempore in usum Auditorum suorum elucubratis, publicaque luce donatis, ingentem domi forisque celebritatem sibi comparavit. Subinde cum Comite Burgstall Venetias, Pataviumque profe-

ctus, ubique ab eruditis admirabili cum dignitate acceptus fuit. Redux Viennae in collegio Iosephino aeque ac Nobilium Loewenburgico Pro-Rectoris, et Moderatori Provinciae a Consiliis munere tamdiu functus est, donec anno MDCCLX. Romam ad Comitia Generalia suffragator accederet, illisque absolutis Italiam totam, magnamque partem Galliae Bataviae, atque Angliae peragraret, qua occasione insigne opus suum, sive de ratione recte cogitandi, loquendi et intelligendi libros tres publici iuris fecit, quos eruditi Lipsienses in Actis suis litterariis iure merito summis laudibus etulerunt. *a*) In Austriam re-

---

a) Horum Iudicium, cum laudato auctori perhonorificum sit mihi placet referre, quod his verbis conceptum ad annum MDCCLXII. legitur. „ Solet „ hoc queri de Philosophia genus homanum, quod „ tristior, et senticosa Amatores suos minime solet „ invitare, sed fugare potius, si quis delicatior sit „ Quod quamquam recte fieri arbitramur, ut ca- „ sta faemina, Philosophia, qui voluptatis causa „ ad se veniunt, eos arceat; tamen gratiae haben- „ dae sunt laetioribus ingeniis nonnullis, quae ei „ auctoritatis, et castitatis nihil, severitatis ali- „ quid demserunt, et addidere ornatum, ut nec „ ab hac parte aliquid deesset. Qua in re ele- „ gantissimum, et copiosum in scribendo Dalha- „ mum S. Cl. merito suo commendamus, qui et „ prodest, ut acutus, et delectat, ut comtus et „ et

reversus nobilem Academiae Sabaudicae Iuventutem in Historiae Universali biennio instituit:

Post-

„ et uber Philosophus genere dicendi floribus,
„ exemplis elegantissimis, et gravitatem cum co-
„ mitate felicissime in hoc, quem dicimus libello,
„ coniunxit. Auctor hic hoc libro initium scriben-
„ di fecit a multiplici ratione cogitandi. Ait pri-
„ mum, de Angelorum modo cogitandi nihil dici
„ posse, quod de eorum natura paucissima scimus'
„ vetores autem Patriarchas, aut minus recte
„ cogitasse, aut minus accurate loquutos fuisse;
„ qua de re disputari fortasse multa possent,
„ sed est res talis, ut fuse tractari debeat, quod
„ hoc loco non est necessum. Iudaeos dicit para-
„ bolis, et apologis usos esse, svavi re, sed re-
„ motiore a cogitandi veritate. Nos moneremus
„ non posse ostendi, quod sola ea ratione usi
„ sint, adparens contrarium potius, deinde vero
„ quomodo hae rationes absint a cogitandi veritate
„ nondum videmus adcurate, verum hoc ommit-
„ tamus. Aegyptii Symbolis usi sunt, Sinenses
„ hieroglyphica disciplina quadam per figuras, quae
„ ratio minus idonea existimatur. Graeci antiquio-
„ res, dum duplex Philosophia esset, altera vitae
„ communi, altera Scholae similior; priorem coluere,
„ posteriorem non ita, quamquam neque huic de-
„ essent sui cultores. Revocantur autem ab au-
„ ctore nostro omnes Philosophi, quamquam ne-
„ que huic deessent varii modi, ad haec quatuor
„ genera. Idealistarum sive eorum, qui minus
„ adtenti ad res ceteras, ingenioque confisi suo
„ nulla alia utuntur re ad indagandam veritatem,
„ quam

Posthac, dum collegio Loewenburgico Rector uno anno praefuisset, ad Principem Colloredo Episco-

---

„ quam semetipsis, quem in numerum nobiles „ Philosophi famil as videmus relatas. Secundam „ classem Auctor constituit Empyricorum, qui ad „ experimenta rerum capienda omnia referunt, „ et dicere malunt, quid fiat, quam suis ingeniis „ id tribuere inveniendum. Qui certe, quamquam „ tutiori multum viae insistant, tamen absolutius „ aliquid praestarent, si priorum industriam cum „ sua prudentia coniungerent. Tertiam classem „ ponit eorum, quos Semicaecos adpellat, qui „ neque ipsi adniti ingeniis, neque experiundo „ verum discere volunt, sed aliorum sub auctori- „ tate delitescentes, malunt, quae alius invenerit, „ existimaveritque discere, quam ipsi invenire „ quidquam, aut experiri Infelix genus ita ab „ omnibus exagitatur. Nos vero defendi id posse „ iuraremus sic, ut modestiam laudaremus, quod „ summis Philosophis se minime aequet, praeser- „ tim cum melius sit discere, si imbecillior sis, „ quam velle nescio quid in medium proferre. „ Nam inter sexcentos homines vix unus, atque al- „ Philosophorum Iudex sine arrogantia esse pot- „ est. Quartum genus est Scepticorum, qui aut „ nunquam, aut aegre inveniri posse verum, pu- „ tant. Sophistae instabiles, et elegantes illi, qui „ bene mallent dicere, quam vere. Qua in re id „ tantum nobis in mentem veniebat, quem Iudi- „ cem harum rerum constituere debeamus. Sunt „ enim etiam illis rationes, quibus se purgent,

„ aut

Episcopum Gurcensem transitum fuit, apud eumdem Theologi officio functurus eousque, nec

---

„ aut defendant. Has itaque in classes rationes „ cogitandi diversas Auctor redigit. Causa autem „ veritatis haec esse videtur, quod animus hu„ manus veri adpetentissimus prout in uno quo„ que proclivior aliam est ad rem, ita etiam Phi„ losophus libentius sibi obsequitur et facultati, „ si qua valet, aegre vero se ipse alio deflectat, „ quam quo velit natura sua, quoniam libertate „ sentiendi omnes gaudemus. Ita cui plus in se „ potestatis est, adtentior est, ac diligentior, „ partim in suis actionibus in rebus exterius ex„ periundis; imaginationi vero facultati idearum „ longe maxima pars mortalium obtemperat, mi„ nime enim id laboriosum est. Tangimur enim „ omnes aut mollitiei aut arrogantiae stimulis, „ prout aut conscii nostrarum virium, aut earum „ negligentes sumus. Mira quidem ac nova o„ mnes adpetimus; gaudemus enim nobis ipsis „ fieri quasi meliores, qui amor dubium est, plus„ ne profuerit, nocueritve Philosophiae. Inde So„ phistae, inde Sceptici, non tam Philosophiae „ hostes, cui saepe profuerunt dubitando, quam „ Philosophorum, qui, ut apiculae pungunt, si „ quis cereas eorum substructiones turbare velit. „ Voluntas vero humana cum infinitis modis pro ra„ tione hominum, corporum, aetatum, temporum „ regionum, fortunae dissentiat, dissentientes quo„ que sententias progerminet, necesse est. Cui „ rei, quis Iudex, constituitur? Itaque saepe ri„ de-

donec idem, Archi-Episcopus Salisburgensis eli- geretur: tum vero apud eundem non tantum Theo-

„ demus, cum quis ad aequitatem suam provo- „ cet, quasi vero ullus sit, quin suae sententiae „ aequior sit, quam alienae. Verum redeamus.— „ Notiones, enuntiationes, et ratiocinia, ac me- „ thodus denique argumentum primi libri consti- „ tuunt, qui est de ratione recte cogitandi. Ha- „ bet vero hoc animus primum, ut sentiat quae- „ dam, deinde ut ea, quae senserit, ulterius pos- „ sit meditari. Hoc ideas adpellamus, quarum „ aliae per quinque illos sensus, quasi canales ad „ animum devehuntur, aliae ab animo ipso effi- „ ciuntur relationes potissimum rerum, accedunt- „ que ad ideas illas, quae per sensus ad nos de- „ venerunt. Quum pro arbitrio animi cogitantis „ sine obiecto externo fiant, duas species habent „ imaginarias, quas ubertas animi fingit in rebus, „ quae aut non possunt esse, aut non fuerint per „ se, sive connexae inter se sint. Intelligibiles „ contra sunt formae rerum incorporearum, quae „ revera etiam extra cogitationem sunt. Ideae „ porro simplices, si nullis aliis, quasi partibus „ constent; compositae, si plures ideae singula- „ res in unam quasi coalescant. Simplices rerum „ corporearum ideae nobis non possunt tradi, „ nisi per sensus, quamobrem, si sensus non sa- „ tis distincte quaedam tradunt, notiones etiam „ persaepe tales fiunt. Compositae e pluribus u- „ nitis oriuntur sive heterogeneis, sive homoge- „ neis sive etiam indeterminalis. Omnes artes „ ideae

Theologi, et Bibliothecarii munere, sed etiam Consiliarii Ecclesiastici dignitate, ac praerogativa

---

„ ideae compositae sunt, eoque difficiliores, quo „ plura sub se habent. Ideae, si referantur ad obiectum, adaequatae sunt, si neque plus, neque „ minus, quam in subiecto est, contineant, in„ adaequatae, si secus. Dicitur vero adaequata „ etiam tum, cum tantum habet, quantum Con„ silio huic vel illi satis est, quod, nisi ita esset „ nullae fere nostrarum idearum pro adaequatis „ haberi possent; multa enim nos in omnibus re„ bus latent, igitur, si satis sufficit idea, eam „ adaequatam persaepe adpellamus. Singulares „ sunt, quae individuae exprimunt, quibus ple„ rumque vulgaria ingenia contenta sunt, uni„ versales autem cum id consideratur, quod plu„ ribus individuis commune est. Reales, quae in „ rerum natura fundamentum habent, ut sint, aut, „ ut esse tamen possint, non reales, si secus. „ Ideas porro, si ratione cogitantis consideres, „ sunt clarae et obscurae, distinctae et confusae. „ Clara, si rem ea in luce exponat, ut internosce„ re eam ab aliis queamus, qua in re pro natu„ rae felicitate usuve unus alterum antecellit. „ Quae ideae, quo maior minorve claritas, iterum „ in confusas et distinctas dividantur. Distincta „ itaque idea est ea e claris, quae non distinguit „ solum, verum conditionem subiecti ipsam per„ spicit, eo nempe modo, ad quem pro infirmita„ te nostra adspirare licet, quae res adtentione „ debet ad nonnullam perfectionem adduci. Con„ fusa e contrario erit, quae distinguit quidem

„ rem

tiva ornatus ad finem vitae in aula Principis effulsit. Plurima hoc tempore ingenii monumenta

„ rem ab aliis, sed sine interiori cognitione. Obscura vero erit, quae quasi per tenebras conspecta, neque agnosci iterum, neque dignosci facile potest. Distincte cogitamus tunc, cum compositas ideas quasi comminuimus in simpliciores, quibus deinde adtenditur sedulo. Iam vero in ideis adventitiis, id est eis, quae ope sensuum ad nos deveniunt, cavendum est, ne quod sensus nostros sic, vel aliter movet, id etiam obiecto ipsi inesse putemus, colorem rebus, saporem esculentis, qua de re Physici multa monent. Debet vero commotio sensus tamen nos admonere de praesentia rei, constructi enim ita sunt sensus, ut tunc variis modis percellantur Quae res hanc imprimis cautionem habet, ne idea adulteretur admistis alienis, qui fons uberrimus est errorum, quod ex. gr. in oratoria etiam artificiosum habetur. Imaginariae ideae, quae saepe pulcherrimarum rerum, quasi quaedam archetypa sunt, coercendae tamen sunt, ne ultro lasciviant. Phantasticis vero abstinendum est, quae tales notiones, coniungunt, quarum una alteri repugnat. Species autem alienae, ut, si angelum nobis, quasi Iuvenem alatum fingamus, quamquam non carent omni utilitate, possunt enim signare quaedam, et illustrare, tamen eo ipso, quod alienae sint, naturam certe rei nunquam declarabunt; sed si semel usu receptae sint, notaeque, non sunt temere mutandae. Simplices ideae, sive per unum sensum „ ad

menta, reconditae eruditionis testes transmisit ad memoriam temporum sempiternam, quae mox

---

„ ad nos veniant, sive per plures, ut figura, quae
„ tactu potest, visuque intelligi; sive per sensum
„ cum reflexione, ut dolor, variis modis, pro va-
„ rietate animorum, corporumque solent singulos
„ adficere. Facit porro nostra imbecillitas, ut id-
„ eas compositas pro simplicibus habeamus, quod,
„ quibus illae aliis constent, non satis discerni-
„ mus; saepe etiam simplicem pro composita, quia,
„ ut eam rite perpendere queamus, id, quod na-
„ tura sua unum est, quasi per partes contempla-
„ mur e. c. Deum, eiusque adtributa. In com-
„ positis vero ideis hoc praecipue tenendum, ne
„ alias subiiciamus. Universales ideae sunt ab-
„ stractae; ortae enim sunt e multitudine indivi-
„ duorum convenientium in hoc vel illo, e quibus
„ deinde genera rerum, speciesque sortimur, et
„ videremus eo plures species, quo plus valere-
„ mus intelligendo. Adaequatas vero ideas per-
„ paucas habemus, per imbecillitatem hanc no-
„ stram, variasque alias causas, quas Auctor or-
„ dine recenset, idearum obscurarum, et confu-
„ sarum causa est, vel ipsa intellectus vitiositas
„ vel rei difficultas, vel denique vocum, abusus.
„ Errorum causae sunt permultae; quaedam in
„ ipso animo, aliae in corpore, aliae denique in
„ rebus externis quaerendae. Facit iam educatio,
„ ut adsvescamus falsis opinionibus, vitiosaeque
„ rationi, quo fit, ut vulgi errores ad nos eadem
„ via deveniant. Mater vero errorum prima est
„ sciendi cupiditas, quae facit, ut multas res ita
„ de-

mox enumerabimus. Gravis aetate nunquam a solita studiorum contentione remisit. Verum re-

„ devoremus, ut famelicus escam sine discrimi„ne sine ordine, id quod deinde etiam plus no„cet mole sua, quam prodest, ordo medebitur „huic gravitati, ut quid primum, quid ultimum „esse debeat, intelligamus, et qua ratione in sci„entia quavis sit versandum. Praefidentia, id est „animus sibi plus satis confisus, dum nihil non „nostro ingenio datum iuris, cognitumque puta„mus, plurimum obest, quo fit, ut in rebus „sacris, quin et in omni genere scientiarum au„dacissime multa tententur. Amor porro novita„tis, ut singularia proferre et recondita videa„mur: inde tot novae opiniones, tot recoctae sen„tentiae, et multum in omnibus disciplinis in„anis splendoris ab otiosis hominibus ingesti: „parum veritatis. Raro enim veritati cum novi„tate convenit, imaginatio, si fecundior sit, fa„cile animum abripit, ut speciosa pro veris ca„piat, cui contrarium in alteram partem vitium „est torpor ille, qui, quasi concretus inertia „sua, aegre se ad liberales artes movet, et quid„vis potius excusationis adfert, quam, ut ido„neum quid in commune edat. Causae porro „errorum sunt in animo, si cupiditati serviat, et „adfectibus: amori, odio, irae, superbiae, et „talibus, quo fit, ut animus tranquillitate amis„sa, omniaque quasi per aquas turbidas conspicere „soleat. Non quod existimandum, eruditum fri„gidum esse debere, nihil minus, periret enim „vis ita omnis: sed quod regi voluntas debet, mi-

„ nime

repente vi morbi oppressus ad moriendum rite comparatus vitam caducam cum immortali commuta-

„ nime vero ipsa intellectum regere, vitiosae vero cupiditates omnes procul abesse debent. Sed de his ethica praecipit. Ne vero harum, vitiorumque omnium cum agnitio, tum emendatio tam difficulter procedant, eligendus est bonus vir, cuius fidei commendare nos, praeceptisque possimus. Fertilis porro proventus errorum e corpore est, sive illud mole sua, atque inertia ad laborem sit incommodius, sive etiam fragilitate sua imbecillum: qua in re multum possunt aetas, et tempus. Adcurrendum itaque est ad fomenta medicinae, sive diaeteticae, sive morborum profligatricis. Alia origo est in temperamentorum diversitate. Nam cum unusquisque veritatem, neque aliter possumus, ad sensum referat suum, sensus vero et animi plurimum pro conditione et sua, et corporum, in quibus diversantur, differant; fit, ut vere dictum sit, quot capita, tot sensus esse. Veritas autem, cum in tot millibus diversissimarum sententiarum non possit nisi una esse, facile videmus, saepe unum tantum sapere, reliquos volitare per umbras. Temperamentorum autem varietas notior est, quam ut hoc loco eam exponamus. Iam de sensuum incommodis parce est querendum, ne id erroris, quod ex vitioso, de rebus perceptis, iudicio provenit, pro re ita percepto habeamus; quam in rem multa multis libris dicta sunt. Quamquam itaque nos dicimus sensus non fallere, ignorationis tamen,

„ et

mutavit. Salisburgi XIX. Ianuarii Anno M. DCCXCV. *Series Operum editorum.*

1)

„ et errorum occasiones esse possunt. Saepe et-
„ iam, cum adtente animus ad unam rem com-
„ ponitur contemplandam, alienae per sensus il-
„ labuntur; cui rei occurrendum est ita, ut aut
„ sensus, aut animum avertamus Iam ubi per
„ sensus experimentum est hac vel illa in re ca-
„ piendum, caute id et circumspecte fieri debet,
„ ne dum nos decipimus ipsi, sensuum deinde
„ vitio nos deceptos queramur, cum illi neminem
„ fallant, fallat autem perversum de sensibus iu-
„ dicium. Cautiones in usu sensuum, experimen-
„ tisque capiendis adhibendas hac in brevitate
„ nostra exponere haud licet. Multos errores e-
„ ducatio inserit animis, quae, ut fit, non sa-
„ pientissimis hominibus demandatur, animis ve-
„ ro teneris, et prava disciplina solet in alteram
„ quasi naturam vertere; quo fit, ut nemo plus
„ opinionum, plusque confidentiae habeat, quam
„ qui recentissimi ex umbra hac progrediuntur,
„ ac temerariae illae sententiae aegre possint ex
„ animis evelli. Praesertim vero si longa consve-
„ tudine sint opiniones illae confirmatae, quod
„ multis exemplis intelligitur. Nam animus, quo
„ facilius aliquid cogitat, et etiam id verius esse
„ putat. Iam Auctor agit de praeiudiciis e reli-
„ gione profectis. Atque hic Lutheranos exempli
„ loco ponit, qui ita depingamus libris nostris Pon-
„ tificem Romanum, ut per omnem deinde vitam
„ Catholicos horreant. Sed heus tu! quae religio
„ alia haereticos occidere....iubet? ecquae reli-
„ gio

1) Systema methodicum Philosophiae, cui per biennium operam navavit, ac tandem super sub-

„ gio absurdissimas fabulas de nobis narrat?
„ strictim nos itaque defenderimus, veluti etiam
„ strictim laesi sumus. Nam in genere verum est:
„ sed praeiudiciorum segetem potius in sinu san-
„ ctissimae Matris Ecclesiae Romanae deprehen-
„ disset. Iam sive cum vivis sociis, sive cum
„ mortuis colloquutoribus, libris, versemur, oritur
„ ex iis ipsis quasi quaedam errorum contagio
„ illis familiarium, ut ex nobis familiares fiant.
„ Sunt vero peculiares saeculi uniuscuiusque sen-
„ tentiae, cui libenter solemus adhaerere, quam-
„ quam id fortasse nolimus; sed cum educatione,
„ et animus et corpus adsuefiat, si minus rate fu-
„ erimus assuefacti, excutimus id prauitatis vix
„ multo tempore, et labore, quod inhaesit. Quam-
„ obrem id beneficium tribuamus adolescentum
„ aetati, nt primum virtutis amoris adsuefaciamus,
„ dein ideis utilibus, et commodis porro discipli-
„ nis aptis huic aetati, qnae possint in omni vita
„ prodesse, praeceptoribusque bonis, quasi mu-
„ niamus, indulgeamus etiam aliquid imbecllitati
„ iuvenili, quo plus auctoritatis in grandibus re-
„ bus habeamus Boni vero Magistri etiam infi-
„ mae sorti hominum addendi sunt, qui eamdem
„ nobiscum naturam, et grande saepe in totius
„ Reipublicae salutem momentum habent. Cor-
„ pus vero obdurandum est ad labores, sed eos,
„ quos conditio corporum ferre possit. Plurimum
„ aëris, terraeque unius cuiusque conditio in a-
„ nimos humanos valet, qua in re pro ubertate

„ sua

subnexis propositionibu- disputavit Illustrissimus Dominus Philippus S. R. I. Comes ab Althan

---

„ sua lautus est Auctor noster ; ad quem „ lectorem remittimus. Sed ille ipse genius „ non ita pendet a Climate ; ut non persaepe „ etiam alias ob res mutetur. Plurimum „ vero efficaciae habet in animos civium regimi- „ nis forma, quae prouti liberior est, aut adstri- „ ctior, melior vel iniquior, ita etiam ingenia in- „ colarum uniuscuiusque terrae esse solent: quo- „ rum regiminum vim, acute, et fuse explicat „ DALHAMUS. Haec ergo hactenus. Iam pro- „ cedendum est ad enuntiationes. Reflexio autem, „ ita enim dicitur, simpliciter intelligitur, alia „ simplex, alia composita. Itaque primum de re- „ flexione simplici, quid, et quotuplex sit, videa- „ mus. Iudicium describitur ita, ut sit interna „ mentis sententia quae ideas inter se compara- „ tas, vel ad se mutuo pertinere decernit vel a „ se invicem removet. Rectum vero iudicium ab „ ideis claris, et exactis procedit, ac subtiliter „ adtendi debet, quid sentiat unaquaque de re a- „ nimus, ne plus. neve minus dicamus. Iudicium „ vero, si verbis sit pronunciatum, enunciatio di- „ citur, quarum quaeque constat subiecto, prae- „ dicato, et verbo, quod copulam solent adpella- „ re. Iam de propositione adfirmante, et negante „ de subiectis et praedicatis, de propositione iden- „ tica universali, ac particulari sive adfirmante, „ sive negante, simplici, ac composita, idque a- „ perte, aut etiam implicite. Composita de enun- „ tiationibus coniunctivis, disiunctivis, hypothe- „ ticis,

than in Academia Nobilium Sabaudico — Liechtensteiniana Viennae Austriae. Anno Aerae vulgaris

---

„ ticis, causalibus, discretis, reduplicativis, relativis, porro de iis, quae implicite componuntur, quaeque exponibiles adpellantur, exclusiva, exceptiva, comparativa pluribus agitur; quae quoniam nota sunt, omittemus; velut etiam id de modis, possibili, impossibili, necessario, et contingente. Iam de enuntiationibus, quae axiomata, postulata, theoremata, problemata, consectaria, lemmata, scholia, proverbia adpellantur, varia dicta inveniemus. Oppositionem, subalternationem, conversionem, et aequipollentiam non repetimus. His igitur relictis, ad cetera nos conferamus de veritate, eiusque notis. Veritas, quae tot artibus, tot litibus quoque Philosophorum quaesita est, res saluberrima, sed saepe recondita. Cuius tria genera constituunt: ethicum, quod veracitatem dicunt: metaphysicum, quod habetur in rebus propria sua undiquaque natura constitutis: et logicum, quod est conformitas idearum cum obiectis suis. Iam, cum omnis veritas est e certitudine sensuum, haec a corporibus de eo, quod praeter ideam nostram corpora sint varie potest adversus idealistas disputari. Nam, qui corpora negant extra ideam nostram esse, spiritus quoque negare debent esse, extra ideam nostram. Si hoc quoque dubitent; de Deo ipso eadem ratione poterunt dubitare. Quamquam id in universum dictum est ioculare Philosophorum genus idealistas et Scepticos esse, quod lascivia disputan-

„ di

vulgaris MDCCLI. die XXIII. Aug. Ex typogr. Trattneriana. 4to.

2)

„ di invicti a vita communi quotidie, atque suis „ factis refellantur. Contra, si spiritus adfirmant „ esse, eum non possint indicare modum, quo „ illa idea ad se devenerit, neque corpora nega- „ re debebunt, quod modum communicatarum „ idearum de corporibus non intelligunt. Nam id „ in se quisque experietur, aliud esse fingere sibi „ tempestatem, aliud expeririri. Sed revera id dici- „ tur summam quamque stultitiam vix ne refelli „ quidem sine stultitia posse; neque enim sciunt, „ quid dicant, nec credunt ipsi. Via itaque du- „ plici devenitur, ad veritatem experimentis sen- „ suum, et meditando. Sensu, quae percipiun- „ tur, longe clarius pellunt animum, quamsi fin- „ genda nobis tantum essent, et firmior longe „ memoria ad omnem vitam transmittitur. Nam „ sensus etiamsi non carent imperfectione, tamen „ prae summa, quam praestant, utilitate, reliqua „ facile emittuntur. Iam vero cum sensus res „ eas, quae nulla materia constant, minime adse- „ quantur, meditationis reflexionem adpellant, be- „ neficio id consequimur. Utraque vero ratio, „ quamquam non sit omnis rationis expers, tamen „ pluribus in rebus, idonea testis veritatis est. „ Criterium autem veri, experientiae, est primum „ intima conscientia obiecti, de quo agetur: de „ inde consensus in eamdem rem plurium, sed „ aptorum hominum. Quod, quamquam interdum „ etiam non veró communicetur, tamen non sem- „ per id fit, sed rarissime, modo ne negligenter

„ in

2) Floriani Dalham Clerici Regularis e Scholis Piis et in Academia Sabaudico Liechtensteiniana

„ in re gravissima versemur, laboremque impen-
„ damus omnem, ut, veritatem sine occupato ani-
„ mo integri sectemur, conferamusque interse,
„ separatim, ut quam clarissima, et quam exactis-
„ sima fiat cognitio veritatis. Quod praecipue te-
„ nendum est in hac vitae imbecillitate, in qua
„ multa nos latent, multa minus exacte cognoscun-
„ tur: quamobrem saepe una res altera eviden-
„ tior est, ut itaque caveamus supra modum hu-
„ manae cognitionis, aut certitudinis adscendere,
„ id est nimis sapere velle, quod est nihil sape-
„ re. Certos etiam nos facit aliorum consensus,
„ qua in re, si alterius tantum auctoritati credi-
„ mus, ut fit in rebus ignotis, veritatem minus
„ evidentem dixerimus; sin vero id accedat, ut
„ ipsa res se in animis nostris illustret, eviden-
„ tiorem dixerimus. Sic in rebus historicis prius
„ genus obtinet: in rebus, quae per causas, aut
„ effectus necessarios cognoscuntur, etiam poste-
„ rius. Probabile vero dicimus, cui, quamquam
„ non omnia insint; quare verum sit habendum,
„ insunt tamen plura; ita quidquid probabile est
„ ita esse, id etiam est possibile, minime vero si
„ vertamus. Probabilitas vero cum certitudine
„ minime debet confundi: in qua uber fons est
„ mendaciorum omnis generis, ut solet tunc prae-
„ cipue fieri, ubi voluntas in alterutram partem
„ propendet. De eo vero, quae sit certitudo hu-
„ manarum historiarum multa disseruntur, quae
„ brevius recensebimus. Certitudinem definit Au-

 „ ctor

niana Philosephiae Professoris Institutiones Physicae in usum nobilissimorum suorum Auditorum, qui-

---

„ ctor esse intimam mentis securitatem. De veritate propositionis cuiusdam, quae certitudo, si cognita rei veritate desumitur, interna dicitur; si propter testimonium alterius, externa. Metaphysica dicitur, si ita evidens est, ut propter rationes metaphysicas refragari non possimus; physica, si cuius securitas experimentis cognita, naturae in legibus fundatur. Alia vero certitudo est moralis, quam Auctor nominat securltatem natam ex aptis testimoniis, ut, quoniam securior nulla alia via est rerum facti cognoscendarum, hac contenti sumus, quae sane persaepe satis certa esse potest. Ut autem in ea re, quam tutissimi simus, duo sunt spectanda: primum de testibus, deinde de illius rei cui testimonium fit, securitate. Sed cum testium auctoritas sit in eo, ut et possint verum dicere, et velint, videmus humanam auctoritatem semper fere suis dubitationibus obnoxiam esse, quis enim animas perspexerit? Ita humanum testimonium ultra plus minusve probabilitatis non adsurgit, sed multitudo et gravitas testium summam rei probabilitatem conciliare potest, ut ridiculi essemus, si novare quid vellemus. Qua in re multa debent convenire, ut auctoritas testimonio alicui fiat; nam singula minime hoc efficiunt. Ita probitas testium, si sola sit, nondum facit, ut sit aliquid verum. Contra si plures signi diversi testes conspirent plus momenti in ea re positum est, neque enim, quasi

quibus ceu subsidium praemittuntur Institutiones Mathematicae. Tomus I. Institutiones Mathematicas,

---

„ quasi ex pacto videntur egisse, quo aut se„ iuncti, aut etiam adversi inter se fuerunt, et „ quo plus est inter homines diversitatis, eo plus „ accedit lucis veritati. Sed saepe etiam unus „ testis tantum auctoritatis habet quantum plu„ res, si gravis sit, si publice proposuerit testi„ monium, neque ullus contradixerit. Plurimum „ vero auctoritatis est monumentis publicis, est „ enim concordi traditione: sed in universum haec. „ Possunt enim exempla occurrere, ubi tamen „ pro re nata omnia alia statuenda sint, quod pe„ culiaris est tractationis. Ut haec signa veri„ tatis pariter in mendacium conveniant, aut ra„ ro fit, aut e prima serie rerum, si velis iudi„ care. Saepe affectus, saepe pravitas, saepe ne„ negligentia, aut ignorantia figmentis colorem „ veritatis addere solet; quo loco consensus non „ multum valebit, si vel maximus sit. Contra si „ plures nulla re coacti post idoneum rei examen, „ diversique illi, tamen in aliqua re consentiant, „ si sapientes illi, bonique praecipue, plurimum „ illorum consenus potest. Derogatur vero testibus „ auctoritas, si quid aperte falsum, sibique], aut „ ceteris rebus notis repugnans tradant; qua in „ re hoc tamen caveamus, ne quod nostrae opi„ nioni repugnans ipsum statuamus quod longe „ alia res est Universam historiam, si ad has „ exigamus regulas, contenti esse debeamus hoc „ Catone, id est, ut cogitemus humana esse, at„ que imbecillia quae sciamus. Verum haec „ hactenus.

ticas, nempe Arithmeticam, Geometriam, et Trigometriam complectens. Viennae Austriae typis

„ hactenus. Nam de iudiciis aliqua supersunt, „ et cetera praeterea permulta. Quamobrem nunc „ quidem hic subsistimus, reliqua alio forte tem„ pore propposituri". — Intorrupta fuit huius eximii operis recensio, quam deinde Eruditi viri eodem anno Mense Aprilis suppleverunt eamdem subiicio. „ Meminimus praeterita hieme nos ex„ cerptum haud ita breve ex hoc libro commen„ tariis nostris inserere. Sed illud ipsum consilium „ nescimus quomodo nunc nobis displicet, quod „ aut omnia transferenda sunt, quod non recen„ sere, librum esset, sed quasi totum edere, aut „ lineae quaedam ducendae, omissis singulari„ bus, in systematibus, et compendiis laudandis „ minime sufficit. Nam Helenam, si quis vellet „ pulcerrimam ostendere, si sceleton, quod aiunt, „ nobis compositum ex istius feminae ossibus o„ stenderet, nihil ostendaret, quam quod com„ mune esset pluribus, praestantiam speciei in„ tegram vix ex eo intelligeremus. Quare ne os„ seam aliquam compagem pro DALHAMIANA „ copia et pulcritudine Lectoribus sistamus, bre„ vitatem sequuti, cum dispendio rerum praestan„ tiorum, omissis de opinione, dubio, hypothesi, „ errore et ignorantia capitibus, de fide divina et „ humana, secundum auctorem quaedam, age, „ videamus. Fides enim est mentis adsensus, qui „ alterius testimonio perhibetur: haec divina di„ citur, si obiectum in Deo, divinisque rebus „ habet: si auctore Deo nititur, humana, si se-

„ cus.

typis Ioannis Thomae Trattner Universitatis Typographi. Anno MDCCLII. 4to.

3)

„ cus. Iam, ut nobis de auctore aliquo constet,
„ si res, si ratio loquendi ab eius aetate, con-
„ svetudine, et sic porro recedat. Si stulta, si
„ impia invenientur, a quibus abhorruisse scimus
„ eum, qui libri auctor dicitur, si, quae post
„ eius aetatem demum orta sunt, aut innotuere,
„ insint, si quaestiones, et controversias tractet
„ sua aetate inferiores, liber aut suppositus, aut
„ interpolatus habebitur. Idque eo magis, si co-
„ aevi, aut memoriam eius libri nullam faciant
„ aut reiiciant etiam. Quae omnia si rem falsam,
„ non reddunt, tamen suspectam, quod adcurate
„ tenendum. Auctori ipsi fides erit, si sublimia
„ tractet is, qui par sublimibus est, res sensuum
„ simplicitati subiectae etiam a rudioribus accipi
„ queunt, suum, qui sensum adhibuit, non raro
„ plus fidei habet, quam, qui aliorum; si ani-
„ mus eius occupatus fuit, multum decedit, aucto-
„ ritati, si Allegorias amat, et fictiones ingenio-
„ sas, historicis in rebus parum valebit; qui hau-
„ sit ex aliis auctoritatem etiam e fontibus habet.
„ Si tacet praestantior, qui rem scire potuit, de-
„ buit, scivit, scribere potuit, scripsissetque, si
„ vera essent, id argumentum a silentio saepe non
„ parum valet; Divinae fidei potiora capita sunt
„ haec: si et utile, et necessarium est, Deum se
„ manifestum reddere, si falsae revelationes a vera
„ facile, et clare distingui possunt, iudicium Ec-
„ clesiae.....adsit, et quae sunt alia. Quae, quo-
„ niam a Theologis uberrime tractantur, non opus
„ est

„ est hic plura dicere. Consentire vero rationem, „ et fidem, in quo oppugnando arcem se petere „ rerum intelligunt homines improbi, egregie au„ ctor declarat cum multis aliis. De necessitate, „ ut definitas et claras de rebus ideas animo in„ fixas habeamus, quodque id modo sit institu„ endum: porro de utilitate, rationeque divisio„ num, nihil iam ulterius dicemus, quoniam ea „ melius evolvi apud Auctorem possunt, sicut „ etiam capita, quae de argumentatione univer„ sa, de syllogismo, de enthymemate agunt. E „ quibus omnibus saepe inter se connexis, apto„ que modo conclusis demonstratio oritur, id est „ argumentatio, quae e certis principiis proposi„ tionem unam, vel plures elicit, intellectumque „ hoc modo, quasi illustratum ad certitudinem „ ducit. Sed pro ratione disciplinarum primum „ principia, deinde etiam modus tractandi, tan„ demque conclusarum rerum ratio differt, quae „ omnia diligenter servanda sunt. Principia qui„ dem sunt, aut intellectus, aut experientiae. „ Potest autem unum principium multarum con„ clusionum ferax esse. Demonstratio vero, sive „ sit a priori, quae a causa ad effectum procedit; „ sive a posteriori, ab effectu ad causam, dili„ genter examinanda est, quo sine universalis „ ars nihil est. Argumentatio ad hominem, quem „ aiunt, non tam, quid verum sit, quamquid ex „ alterius opinione fluat, videt. Oritur autem ex „ his scientia; id est, ut in veritate percepta ad-

„ qui-

„ quiescamus. Solent vero disciplinae quoque sci-
„ entiae adpellari, quae si tantum in contempla.
„ tione versantur, speculativae dicuntur, sui actio-
„ nes exigant, ut finem suum practicae integro
„ capite adversus Scepticos Auctor disserit, homi-
„ num genus in poenam, cui saepe etiam profuit,
„ sed philosophorum natum, qua in tota dispu-
„ tatione nobis se ille probavit. Lepidum caput
„ est de sophismatibus veterum, quo multa iu-
„ cunda, et utilia narrantur, vel, uti etiam tota
„ ars sophistica melius auditur, quam refellitur.
„ Pedantismum, si cui volupe est cognoscere, ad-
„ est caput octavum, quod ita acute et copiose
„ scriptum est, ut nihil supra. Idealismus, qui
„ in eo continetur, ut extra ideas nihil quid-
„ quam esse dicamus. Fanaticismus, qui in prae-
„ valente imaginatione est, deprimit reliquas fa-
„ cultates. Enthusiasmus peculiari divina, aut
„ supernaturali inspiratione se agi credit, quam-
„ obrem deinde vehementior praeter causam ad-
„ petitio, aut aversatio alicuius rei enthusiasmus
„ dicitur. Hi, ut sunt graves morbi, et credere
„ nescii, ita communes saepe multis; cuius rei
„ exemplis ferax est vita humana. Analogia, quae
„ est adfinitas, qua res diversae alias inter se
„ conveniunt, quamquam est interdum valde fal-
„ lax, tamen et saepe invenit, et confirmat res
„ valde bonas. Nam ubi est similitudo rerum,
„ proprietatum, causarum, effectuum, ubi no-
„ titia haberi petest, etiamsi in iis haud sine cau-

„ sa

Tomus II. Primam Physicae partem de corporibus et elementis, eorumque proprietatibus com-

---

„ sa id valebit, quae nondum ita cognita habe„ mus. Quamobrem ad similitudinem hic argu„ mentamur, quamquam id argumentum tantum „ valebit interim, donec certiora adferantur, sive „ pro rei veritate, sive contra. Methodorum o„ mnino varia sunt genera. Erit autem methodus „ apta, idearum, cogitationum, et argumentorum „ dispositio, qua breviter, clare, et facile veri„ tas demonstratur, cuius regulae in universum „ sunt hae: primum, ut quaestio ipsa, quam ad„ curatissime, et luculentissime proponatur, et „ definiatur, deinde ut argumentis firmis corro„ boretur; porro distinguere suas partes, prout „ id et rei, et instituto aptum fuerit. Iam a fa„ cilioribus ad difficiliora, ab intellectis ad non „ intellecta progressus fieri debet, denique et fir„ mae res sint, et firmiter inter se cohaereant, oportet. „ Verum ad hoc praestandum opus est viro exercitato „ in suo genere, praeterea magna solertia. Nam si „ vel plurimum regularum complexi fuerimus, ta„ men, ubi ad rem venitur, quasi tirones iterum „ sumus, quod multis accidit, qui praeceptis ab„ undant, exempla de se ipsis praestare non pos„ sunt. Sunt autem duo genera summa methodo„ rum; Analyticum et Syntheticum: quorum il„ lud a quadam re peculiari, concretam dicunt, „ adscendit ad generaliora; hoc autem a genera„ lioribus potius ad specialiora descendit. Utrum-

„ que

complectens. Ibidem apud eundem Anno M. DCCLIII. 4to.

4)

„ que variis regulis subiectum est, quae in se „ sunt necessariae, sed sine multa exercitatione „ parum proderunt. Iam de methodo Socratica, „ ut per colloquia, et amicas interrogationes ve- „ rnm inveniatur: porro de μεϑοδειαις compilato- „ rum, Plagiariorum, de methodo eius, qui epi- „ tomam nectit, de logomachia et eristica arte, si „ artes sunt, subtiliter disserit DALHAMUS no- „ ster, quae res digna lectu est, quoniam rarius „ scribi de his rebus solet. Ars vero est apta et „ conveniens collectio et dispositio regularum, et „ actionum, idem fere cum scientia, nostro sci- „ licet significatu. Quamobrem operationes for- „ tuitae ars non sunt. Seriem harum artium et „ scientiarum, quam contexit auctor noster eam „ relinquimus benevolo lectori evolvendam. Hu- „ manam autem imbecillitatem, quamquam in se „ ipso nemo fere agnoscere, solet, quod proxi- „ mum tamen erat; ita necessarium tamen est co- „ gnoscere, ne nimium forte nobis tribuamus. „ Nam neque corporis, animique connexionem „ scimus; neque quomodo alii spiritus in nos a- „ gere possint. Causarum ignoratio saepe efficit, „ ut causas indagemus, ubi res ipsa nunquam „ vere exstitit. Auctoritatis vis tanta est, ut sae- „ pe integra saecula ab uno aut altero errante „ in errorem adigantur; deinde avitarum opinio- „ num immemores nihil amplius sapimus, externa „ rei specie decepti, huic immoramur, nunquam

„ ultra

4) Floriani Dalham Clerici Regularis e Scho-Piis, et in Academia Sabandico-Liechtensteiniana

„ ultra penetrantes. Sic quoque genus dictionis
„ interdum admirati, res parum curamus. Porro
„ si quid non statim intelligimus, aut probamus
„ in universum, id reiicimus mox tamquam in-
„ firmiores aegri cibos paullo solidiores. Hinc
„ tot dissensiones etiam doctissimorum virorum,
„ nec compositae, nec componendae, haud par-
„ vum indicium nostrae imbecillitatis. Multitudi-
„ ni sic vel aliter sententiam tribuimus saepe,
„ quod argumentorum ponderi tribuendum erat.
„ Instabilis porro turba sumus, inque annos mu-
„ tamur, modo sic, modo aliter. Eminemus li-
„ benter ipsi, quocunque id modo fieri possit,
„ alios nolumus eminere, usque detrahimus, tor-
„ pemus in faciendis operibus, caligamus in per-
„ spiciendis rebus, et plus saepe fortuitus casus,
„ quam omnis nostra opera invenit, et efficit. Quae
„ si quis omnia considerare velit adcurate mode-
„ stius de se sentet, demet superbiae, addetque
„ viribus suis. Quibus impedimentis superatis,
„ qui eluctari vult, veritatemque sectari; primum
„ ut voces sibi clarae sint, curet: deinde ut res,
„ praeterea neque sibi, neque aliis nimium fidat.
„ Nam homines sumus, liberique, et expediti ve-
„ ritatem ante omnia sectemur, quantum quidem
„ pro modulo nostro fieri potest. Magna praeci-
„ pue cautio in principiis stabiliendis adhibenda
„ est, sive ea sint in claris ideis, sive in enun-
„ ciationibus universalibus, sive denique in com-

„ plexu

naPhilosophiae Professoris Institutiones Physicae in usum nobilissimorum suorum Auditorum Tomus

„ plexu plurium, quem systema solemus nomina-
„ re; coniecturas fortasse latine diceres, et pro-
„ blemata. Caveamus autem auram popularem,
„ gloriamque, aut alia caduca commoda specta-
„ re, ne animus, qui, quasi arbiter honorarius
„ sedere debet, eo pacto corrumpatur. Fortes
„ porro esse debemus, patientesque laboris, ac
„ taediorum, qualia multa obrepunt praesertim
„ cum primae cogitationes non semper sint opti-
„ mae, ut continuandus adeo sit labor. Denique,
„ ut aliorum iudicia de nobis neque magni, neque
„ parvi faciamus, quorum alterum laboriosum,
„ alterum periculosum est. Habent practerea no-
„ stra tempora vocem, quae sensum adcuratum
„ recti, veri, utilis, et decori in una quaque re
„ solent adpellari, bonum gustum id adpellant.
„ Describitur ratio sic, ut sit sensus decori, com-
„ modi, et utilitatis, e rerum ordine et dispu-
„ tatione prodeuntis, cum quadam voluptate a-
„ nimi coniunctus, qui, quamquam aliquid de-
„ beat, tamen studio, et labori plurimum debet,
„ consvetudinique cum virorum eruditorum collo-
„ quiis, mortuorum libris, ut adtenti simus ad
„ omnes res, avidique nova discendi, nihil un-
„ quam supervacanei faciamus, ant loquamur,
„ aut summis idonui, aut mediocribus apti fia-
„ mus, adsvescamusque bonis, idque variis, et
„ multiplicibus. Restant duae aliae Logices par-
„ tes, quae in loquendo, et interpretando con-
„ ti-

mus III. in quo agitur de Geographia physica, et de rebus caelestibus. Ibidem apud eumdem Anno MDCCLIV. 4to median.

5)

„ tinentur. Nam de loquela praestantissimo DEI
„ in mortales munure, quid adtinet dicere ςηγο-
„ ρικως, quae ut signa cogitationum nostrarum ex-
„ hibet, et communicat, Ita etiam saepe alia si-
„ gna sermonis vicem gerunt. Voces autem, soni
„ illi articulati, quos arbitrium hominum plurium;
„ qui in societatem coivere, constituit, ideas de-
„ clarant, quae in nobis sunt, nam alienas non-
„ nisi demum per aliud quid cognoscimus. Ho-
„ mines autem persaepe in voce conveniunt, ideas
„ pro diversitate animorum alias substituunt, aut
„ etiam contra: e quo multa incommoda orian-
„ tur, necesse est. Sunt voces, quae simplices
„ ideas declarant, sunt, quae complexas; aliae
„ modos, hae abstracta, illae concreta exprimunt,
„ generales, speciales, adaequatae, clare, obscu-
„ rae, aequivocae, anologae. Ridet Auctor, et
„ merito veritatem eorum, qui in novis rebus no-
„ va nomina refugiunt, quae neque Cicero ipse,
„ prout erat Vir minime Scholasticus, refugisset.
„ Sed in universum Horatius recte, qui voces fo-
„ liis cadentibus comparat, et renascentibus. Vo-
„ ces sane parum constantiae habent, quod ideas
„ in hoc homine absolutiores, in altero non ad-
„ curatas, idem nomen significat; saepe desunt
„ voces, ubi quid curatius definiendum, descri-
„ bendumque est; saepe sunt ambiguae, nec suf-
„ ficiunt ad constituendas adcurate ideas; saepe
„ tem-

5) Floriani Dalham Clerici Reg. e Scholis Piis, et in Academia - Sabaudico - Liechtensteiniana Philo-

---

„ temporis successu mutant significationem; sae-
„ pe a similitudine potius quadam, quam a rei
„ natura sunt traductae; saepe anomalae, aequi-
„ vocaeque, idque ut vix sentiamus, nisi post
„ incommoda accepta. Nec lingua linguae aequa-
„ lis est, sicuti nec natio nationi. Inde idiotis-
„ mi et rerum, et scientiarum, quibus adcurate
„ exprimendis alia lingua non sufficit, et pecu-
„ liaris comitas, quae transferri sine detrimento
„ vix potest. Saepe nocet constructio claritati;
„ saepe rhetoricus stilus sinceritati idearum ob-
„ est, qui magis quid placeat, moveatque, quam
„ quid adcuratum sit, spectat. Saepe voces ob-
„ scurae, et perplexae finem, propter quem vo-
„ ces omnes inventae sunt, omittunt? Animi hu-
„ mani, ut plurimum e climate trahunt, sic et-
„ iam linguae duriorem pronuntiationem septem-
„ trionales, rigidioresque populi retinent; alii
„ lenius omnia dicunt. Orientales fervidum di-
„ cendi genus sectantur: sunt enim ipsi fervidi.
„ Septemtrionales simplicius solent loqui. Mu-
„ tentur linguae, ut vestes: praecipue, quae vi-
„ vae dicuntur. Nam pendent haec omnia a ra-
„ tione Reipublicae, morum, fortunae, regionis
„ etiam. Est etiam una lingua altera aptior ad
„ artes scientiasque prodendas; etsi pure loqui
„ velimus, id est usitatis verbis uti, saepe rei
„ nocetur, quae fortasse verbis, modisque loquen-
„ di aliis uti debet: quod gaudemus Auctorem

„ no-

Philosophiae Professoris in usum nobilissimorum Auditorum suorum Psychologia, seu doctri-

---

„ nostrum vidisse, cuius auctoritas eo maior in
„ hac re est, quod scit latine scribere, etiam si-
„ ne inani adfectatione. Haec igitur de vocibus.
„ Stilus ipse, qui est compages verbornm, phra-
„ sium et periodorum, ita variat, uti vultus hu-
„ mani. Pendet enim a natura rerum, quae tra-
„ ctantur, pendet ab animis scribentium: alius
„ sublimior, alius inferior, medius aliquis etiam
„ inter utrumque. Docentis praecipue est facili-
„ bus verbis uti, et significantibus recidere, quae
„ possint recidi, adtemperare se indoli eorum,
„ quibus dicit. Linguam universalem, hoc est
„ talem, quae omnibus communis sit, conati
„ sunt aliqui invenire, res voti est. Et si quan-
„ do succedat negotium, mirabile id ipsum erit,
„ quod successit. Non sufficeret loqui, nisi scri-
„ bere, quoque possemus, ut vocum nostrarum
„ diuturnum aliquod signum esset: quae ars,
„ quando inventa sit, rudibus fortasse initiis non
„ satis constat. Hieroglyphicas, Sinensesque figu-
„ ras scimus. Phoenicii et orientales modi scri-
„ bendi, et apud diversissimos populos etiam quam
„ diversissimi. Neque eidem materiae subscripse-
„ re litteras, neque eadem re litteras duxere.
„ Oritur hinc ars diplomatica, quae versatur in
„ temporum cognitione, quibus diplomata, sive
„ litterae publicae tribui debent. Qua in re haec
„ potissimum tenenda sunt, ut sint ad manus in-
„ dubia documenta, ad quae cetera conferuntur.
„ Sti-

ctrina de conditione ac praerogativa nostrorum animorum, cui subiungitur de anima brutorum Dis-

---

„ Stili praeterea ratio mosque in scribendo con-
„ servatus haud parum hic possunt. Quamobrem
„ tempus considerari, et chronologia consuli debet,
„ quo anno, quo tempore scripta sint, quae tunc
„ populi gesta, quae rerum facies, quique mores
„ hominum fuerint monogrammata, subscriptio-
„ nes, sigilla, examinanda materia, in qua scri-
„ ptum est, atramenti genus De cryptographis,
„ quomodo et instituenda sint, et explicanda ni-
„ hil iam addimus, quibus Dalhamus librum se-
„ cundum suum claudit. Tertius restat liber de
„ ratione recte intelligendi. Docet autem haec
„ ars, signa, verba et sententias, quibus aucto-
„ res usi sunt, cum claritate, dexteritateque ex-
„ ponere. Periti igitur esse debemus et illius ra-
„ tionis loquendi et nostrae: porro nota esse no-
„ bis debet indoles auctoris, mens, et quid intel-
„ ligi ex suis dictis voluerit. Candore porro uta-
„ mur et aequitate. Retineri debet communis u-
„ sus nisi quid contra svaserit: ubi seipsum ex-
„ plicat auctor, hunc potissimum sequamur, aut
„ si hoc non praesto est, consilium eius univer-
„ sum spectemus, modosque. Obscuritas cum sit
„ aut in vocibus, aut in sensu, si vox dubia est,
„ lexica versionesque adeundae sunt; contendan-
„ tur inter se loca, quae aut verba aut rem com-
„ munem inter se habent, impropria et allego-
„ rica non sequamur, nisi gravi de causa, con-
„ iungamus, quae Auctor coniungi voluit, seiun-

„ ga-

Dissertatio Viennae Austriae Anno MDCCLVI. Ibidem apud eumdem 4to.

6)

„ gamusque. Commentatio vero, qua uberioribus „ adnotationibus Auctor illustratur, grammaticae „ inniti debet, philologia ornari, perspicacia illu- „ strari: vitemus nimiam ubertatem, quin etiam „ doctrinam nimiam Paraphrasis, quae est la- „ xior quasi, et diffusior versio; Analysis, quae „ auctorem in suas partes digerit: ut sunt sane „ non levis ingenii opera, ita etiam pro diversi- „ tate rerum varienda etiam ipsa sunt, Criticam „ dicimus eam artem, quae vera a falsis recta „ a pravis in arte litterarias diiudicat. Cuius tres „ partes constituunt, quarum prima voces, et „ constructiones spectat, et grammatica est, altera „ errores emendat librariorum, si qui irrepserint; „ tertia auctori suos fetus vindicat, et suppositi- „ tios eliminat. Fontes autem mendorum quatuor „ sunt, antiquitas liberarii, oritici, impostores. „ Saepe antiqultas lacunas fecit, saepe mendae a „ librariis inductae sunt. voces litteraeque per- „ mutatae, litterae suppressae, integra commata „ elisa, glossae in textum receptae, male saepe „ interpunctum, cum vetustis temporibus inter- „ punctiones non essent; saepe error e similitu- „ dine litterarum, et vocum ortus. Ignorantia „ orthographiae, saepe ferax errorum exstitit. Scri- „ bae, non satis intellectis, aut aliis substitutis, „ plurimum obfuerunt: praecipue verò per com- „ pendia vocum, nostri abbreviaturas vocant, id- „ que maxime in nominibus propriis, et numeris,

„ Verum

6) Floriani Dalham Clerici Regularis e Scholis Piis Philosophicarum, et Mathematicarum disci-

„ Verum etiam ipsa Critica ars, ad emendandum „ orta, corrupit interdum libros, ut aut expungerent, aut insererent, quae non sic debebant. „ Falsarii autem non contenti integros libros, et „ particulas subiecisse, etiam in addendis, de- „ mendisque vocibus multum licentiae adhibuere. „ E quibus omnibus orta est varietas lectionis. „ In quibus antiquiores Codices plus auctoritatis „ habent. Sic etiam si plures melioresque con- „ sentiant, et quod non contemnendum est, si „ altera lectio sensui sit aptior. Critica, cum es- „ set antiquissimae originis, una cum ceteris bo- „ nis artibus, obscuris illis saeculis exstincta est: „ qua contemta, cum etiam grammatica contemne- „ retur, ruina omnium bonarum artium sequuta „ est. Nam illa omnia ita inter se sunt copulata. „ ut, quae uni labes inferatur, pertineat ad o- „ mnes artes. Et quamquam a temporibus Caroli „ M. ipsis multa tentata sint, tamen id quasi in- „ vitis satisfactum, parum successus habuit, donec „ nostris saeculis res felicius incrementum caperet. „ Cabala id est vetus tractatio de usu librorum „ sacrorum arcano triplex est. Prima mystico „ sensu scripta explicat: secunda per illum arca- „ num sensum miranda effecta praestare adfectat; „ tertia varia coniunctione, immutatione, vel trans- „ mutatione litterarum arcanos sensus scrutatur. „ Prima Elementa, secunda Notaricon, tertia Te- „ mura dicitur, quae res, aut omnis inanis est,

sciplinarum Historiarumque Professoris Vindobonae in Academia Sabaudica, Caesareae Regiae.

„ aut tamen parum utilis, nec multorum hominum,
„ Id denique vehementer optandum esset, ut et in
„ omni vitae ratione placide, et tranquille degeremus, agnosceremus aliorum merita, humani si quid accidisset, ignosceremus, sicut etiam nobismet ignosci volumus. Sed sicubi liber, quis in lucem prodiit, sedent censores, iique saepe vitio creati, non nimis humani tamen, quo facto alteri nocemus, litteris parum prosumus. Accedatur bono animo ad legendum, consilium scriptoris ante oculos habeatur, nihil temere statuamus, nec propter unum locum doctrinam aut virtutem auctoris damnemus, praesertim si quasi in transitu quid adiecerit, si minus adcurate loquutus est, fortassis aut sensit adcuratius, aut sentiret tamen admonitus; careamus adfectibus, turbulentum enim aliquid secum ferunt; si magnus liber est, compendio complectamur; si quid nobis displiceat, id potius ex illius aetate, sententia, fortunis, quam e nostra opinione iudicemus; quaedam delectationis, alia usus causa amemus; ignoscamus scriptori; si saeculum magis in culpa fuerit, quam ipse. Sed censor siquis esse vult, primum sit par ei, quem iudicat; deinde etiam aliquantum superior: nihil enim iniquius est homine imperito. Haec est illa critica, quam nostro more, non antiquo dicimus, cum ubique nostrum iudicium interserimus; sed quod necessarium non erat. Si

„ quis

giaeque Scientiarum Academiae Roboretanae Socii: De ratione recte cogitandi, Loquendi, et

---

„ quis iudicii sui auctoritate stare vult, primum,
„ quam eruditissimus fiat, deinde quam iustissi-
„ mus; porro iustus, et amans eruditionis, et e-
„ ruditorum, proborum hominum. Nam sicut la-
„ tronibus lusus est iugulare homines: ita etiam
„ improbis viris lusus est invehi in aliorum famam;
„ quod vitium nostris temporibus valde proprium
„ est. Sed neminem adhuc vidimus impune tulis-
„ se, qui hac via gloriolam adfectavit, et qui no-
„ cuit aliis, ei alii deinceps nocebunt. Sint igitur
„ hae quasi lineae praestantissimi libri ductae, qui
„ philosophiam ita eleganter exponit, ut per hor-
„ tos elegantissimos ambulare videamur. Est et-
„ iam sane sua laus asperioribus. Neque enim
„ indulgendum est genio, si philosophari velimus,
„ sed tamen opus est exstare bonos libros, qui
„ mitigato aspero philosophiam nobis amoenam
„ reddant; qua in re postponendus nulli est cla-
„ rissimus Dalhamus, qui ita se ipsum pinxit hoc
„ libro, ut coram eum videre nobis videamur
„ virum excellenter doctum, candidum, probum."
Haec eruditi Lipsienses. Adiungo huic elogio aliud perhonorificum auctori a celeberrimo V. D. Lami in adversariis Florentino-litterariis, quod latine redditum Lectoris oculis subiicio.
„ Postquam vir doctus P. Florianus Dalham e
„ Scholis Piis in plerisque Institutionibus logicis,
„ quae circumferuntur, adverteret adstrictam et
„ aridam docendi methodum, et vanis distincti-

„ unculis,

Intelligendi Libri tres, in quibus praecipua Logicae, Criticae, et Hermeneuticae capita illustran-

„ unculis, Scholasticorumque formulis refertam,
„ hanc minime adprobandam putavit. Cum enim
„ logica sit ars cogitandi non solum usui Scho-
„ larum, sed omni artium, et hominum generi
„ adcomodari debet. Hinc necessarium esse du-
„ xit quaelibet, themata exemplis obviis, et cla-
„ ris collustrare, quod praeter lucem etiam uber-
„ tatem, et amoenitatem studiis his alias aridis
„ adfundit. Secundo operam in eo posuit, ut
„ imaginationem cohiberet, et inanem ex proprio
„ Cerebro sapiendi libertatem. Tertio cura fuit
„ eliminare praeiudicia, ac genuinas, sicubi ad
„ verum pertingere concessum est, vias common-
„ strare; in aliis autem eruditis quaestionibus su-
„ spendere sententiam, et intra humanae imbe-
„ cillitatis septa contineri, quin ipse victas sae-
„ pius porrigat manus. Et quoniam recte cogi-
„ tandi institutum a recta intelligentia proficisci-
„ tur breves quasdam adiunxit loquendi, et in-
„ terpretandi leges. Verbo ut dicam: Haec est
„ quaedam Logicae encyclopedicae imago, et o-
„ mnis ars et scientia praesertim Theologia suam
„ legere potest utilitatem, cum vices agat com-
„ pendii variae, multiplicisque eruditionis. Et
„ quoniam P. Dalhamo Germania Heterodoxorum
„ frequentia culta domicilium praebet, non omit-
„ tit referre praecepta et exempla, quae respi-
„ ciunt contraversias, nos inter Catholicos, et
„ Acatholicos agitari solitas, ut sic lectorem suum
„ aptum

strantur. Ad Amplissimum, et Honoratissimum Virum Georgium Parkerum, Comitem Macclesfieldium Regiae Societatis Scientiarum Londinensis Praesidem. Augustae Vindelicor. sumtibus Matthaei Rieger Bibliopolae A. MDCCLXII. 4to med. *a)*

„ aptum reddat ad occurrentes disceptationes; „ quemadmodum Magistra experientia in illis re- „ gionibus constitutus didici.“ Novell. Letter. di Firense per l'Anno MDCCLII. pag. 550.

a) Hanc epistolam cum elegantia, et doctrina coniunctam hic loci inserendam putavi utpote paraenesim ad Philosophiam rationalem solertius, excolendam Ampliss. et Honoratiss. Viro Georgio Parkero, Comiti Macclesfieldio Florianus Dalham S. P. D.

Ex quo Baconus de Verulanio novum suum organum in lucem evulgavit, compertum fuit usu et reipsa non Scholarum modo, professorumque peculiarem elegantiam, sed publicam etiam felicitatsm, et quae huius scaturigo sunt, artium omnium, et disciplinarum instaurationem atque incrementa unica dependere a recte cogitandi, adplicandique intellectus ratione. Nam cum difficillimum sit, maximeque necessarium, veritatem videre; Democrite cum plerisque Philosophis ἐν βυθῷ reconditam intelligere, quid ex tanta utilium, sublestarum rerum permistione deligendum sit studiis pro dono humanae societatis, et qua demum via, et methodo ad illud commodissime obtinendum coniti oporteat: cumque etiam humana mens praeiu-

7) Eosdem libros una cum Psychologia multis accessionibus locupletatos, atque Excellen-

iudiciis, et sexcentis passionibus a teneris innutrita, cibi plerumque, suisque ludibriis pareat; si quis vitae et artium curriculum ingreditur, sine praevia eorum, quae mox adtuli, cautiene; ac sine necessaria tanti a Platone olim habita προπαιδεια, ille merito eruditionis loco in vulgi fabulas recidet, et conversam in ridiculum disciplinarum dignitatem, sine ullo emolumento insequetur. Cuius quidem tot nobis exempla recurrunt in omni anteacta hominum aetate, atque inter eos, ipsos, qui magna nominis celebritate sapientiam professi sectas condiderunt, quique, quod fieri apud Graecos olim Anacharsis miratus est, artifices iudicaverunt, cum ipsismet non essent artifices. Omnes hae vicissitudines tam morosam imaginem antiquae eruditionis offerunt posteriorum oculis, ut dicere liceat, cogitandi rectitudinem, et ab ovo disciplinas rite ordiendi, haberi deberet pro ratis quibusdam epochis, atque signaculis, quae ex obscuritate remotorum temporum, et nationum belle elucent, et pretium totius antiquitatis in se concludunt. Atque in hoc tanto, tamque arduo negotio perspicax Baconi ingenium mirifice enituit, dum et lumina, et naevos veterum ad correctionem et emolumenta suorum temporum traducens, tam admirabilia consilia ad evehendas disciplinas palam eduxit e profundis suis meditationibus, ut exemplo multi in Britannia exstiterint praeclarissimi homines, qui spiritu illius animati, con-

lentissimo ac Illustrissimo D. D. Iosepho Durazzo Patricio Genuensi utriusque S. Caesareae et

---

conductique, novarum artium eximia argumenta protulerunt, atque in aemulationem tanti conatus reliquas etiam Europae Musas evocaverunt. Rara fuit haec equidem, Comes honoratissime! et vastissima intellectum dirigendi, excollendique ratio, maxime, quod non modo adtulerit, et normam praeparandi intellectum ad scientiarum semitam feliciori auspicio ineundam, sed etiam quod ipsorum obiectorum, quae perpoliri debeant naturam, et difficultates, qua licet acutissime despexerit, et indicaverit. Non mihi haec eadem, fateor, neque tam ampla provincia in mente fuit, cum ad has recte cogitandi institutiones amicorum hortatu, et subsecivis studiorum meorum horis conscribendas animum adpuli, in id dumtaxat collimavi, ut praecipuos obices evellerem, qui remoras iuventuti faciunt ad elegantioris vitae genus, atque ad maturum iudicium adspiranti, immo, qui veteranos litterarum sectatores a veritatis adsequutione non raro prohibuerunt; quod certo, quin perutile, ac salutare permultis futurum sit, nullus ambigo, praesertim dum Canones passim adiungo, quorum ope humanae ideae evolvuntur, et mens maiorem sui extensionem obtinet ac firmitatem aspersis illis etiam reflexionibus et cautelis, quae mihimetipsi studiorum meorum tempore obvenerunt. Quem quidem Conatum pertenuem Tibi Praeses amplissime, eo cum maiori veneratione ac fiducia offero, Tuoque Nomini dedicatum esse cupio, quod

et Regio-Apostolicae Maiestatis Actuali Intimo Status Consiliario, et ad Serenissimam Rempublicam Venetam Legato dedicatos Venetiis recudendos curavit Alexius Horányi eiusdem Instituti in Collegio Regio-Theresiano Vaciae AA. LL.

---

quod in praesidio Regiae Societatis, tanquam in specula humanarum scientiarum collocatus, eas sapientissime moderaris, et apertissime intueris eas vias, quibus nobilissimae scientiae et inchoantur, et ad summum perfectionis apicam perducuntur, ea praesertim in Britanorum gente, in qua praestantior illa cogitandi methodus priori saeculo veluti renata est, et e cuius sinu, tamquam ex equo Troiano, innumeri clarissimi litterarum heroes prodiverunt, qui in hodiernum usque diem admirabilibus in omni scientiarum genere inventis locupletant litterarum orbem. Quod quidem singulare beneficium tantum et mihi semper inspiravit cultum, ut illius quin Tibi Tesseram qualem offerrem, nec tumultu grassantium bellorum, neque terrarum, mariumque intervallis coerceri patiar. Quodsi etiam brevem hancce meam de primis recte cogitandi elementis elucubrationem gravissimo Tuo iudicio fuisse probatam intellexero, tum demum maximum conatus mei praemium me adsequutum gaudebo, animumque ad ulteriora incitabo. Vale Vir Amplissime, et Honoratissime! et scientiarum incrementis quam diutissime, vive. Dabam Augustae apud Vindelicos III. Idus Octobr. anno Aerae vulgaris M. DCCLXI.

LL. Philosophiae et Mathematnm Professor Publicus Ordinarius Venetiis typis Hieronymi Dorigoni Anno MDCCLXX. Tomi II. 8vo.

8) Floriani Dalham C. R. e Scholis Piis etc. Lettera sull' epera de *animabus Iustorum* etc. publicato dal Padre Tomaso Manachi Domonicano in Venezia appresso gli Baglioninell' Anno MDCCLXX. 8vo.

9) Floriani Dalham Presbyteri e Scholis Piis SS. Theologiae Doctoris, Archi-Episcopalis Salisburgensis Consiliarii Ecclesiastici, et Bibliothecarii: De Canone Dogmatum Christianorum, quo decernitur ex solo verbi Dei revelato esse repetendum, quidquid ad immutabilem Christianae fidei substantiam pertinet; hanc ea de causa Divinam esse: alia ad Religionem ab humanis studiis adiungi non sine vicissitudine Liber Primus. Cum tabulis pluribus aeri incisis rem Christianam antiquariam illustrantibus Vindobonae typis Ioan. Thomae Nob. de Trattnern A. MDCCLXXIV. 4to.

10) Floriani Dalham Presbyteri e Scholis Piis SS. Theologiae Doctoris Archi-Episcopalis Salisburgeusis Consiliarii Ecclesiastici, et Bibliothecarii. De Canone Disciplinae Ecclesiasticae,

qua

qua praecipua disciplinae capita, etiam, quae controversa sunt ad suum principium revocantur, et illustrantur Liber secundus. Cum tabulis pluribus aeri incisis rem Christianam antiquariam illustrantibus. Vindobonae typis Ioannis Thomae Nobilis de Trattnern Anno M. DCCLXXXIV. in 4to med.

11) Concilia Salisburgensia Provincialia et Dioecesana iam inde ab Hierarchiae huius origine, quoad Codices suppetebant ad nostram usque aetatem celebrata; Adiectis quoque temporum posteriorum Recessibus ac Conventis inter Archi-Episcopos et vicinos Principes, rerum Ecclesiasticarum causa initis. Recensuit, digessit, ac pluribus anecdotis auxit Temporum, Archi-Episcoporum, Romanorum Pontificum, atque Principum serie, charta Theodosiana, et Hierographica, criticisque animadversionibus illustravit, atque de ortu Hierarchiae huius progressu, libertatibus et finibus, praefatus est Florianus Dalham Presbyter e Scholis Piis SS. Theologiae Doctor Archi-Episcopalis Salisburgiensis Consiliarius Ecclesiasticus, et Bibliothecae Praefectus Anno Aerae vulgaris MDCCLXXXVIII. Augustae apud Vindelicos sumtibus Matthaei Riegger p. m. filiorum p. 688. in folio cum indice; sine dedicatione, operis conspectu, praefatione, et qui-

bus-

busdam adnotationibus 42 paginas implentibus in folio; Accedunt ad haec maioris perspicuitatis atque ornamenti gratia duae mappae Geographicae. *a)*

DAMBROWSKI (*Stanislaus a S. Aloysio*) originem traxit a praenobili et per Poloniam diffusa familia in Palatinatu Cracoviensi Anno MDCCXV. Humanioribus litteris imbutus Scholis Piis nomen dedit, Anno MDCCXXX. Philosophiae ac Theologiae cursum praeclara ingenii atque industriae laude emensus, Grammaticae classes primum ac deinde per plures annos Rhetoricam potissimum Varsaviae ea nominis sui, atque Instituti commendatione docuit, ut Oratoris excellentis nominationem passim adipisceretur. Inde Philosophiam Recentiorum experientiae innixam ac Theologiam aliquamdiu docuit. Postremo Radomiae ad Concionem sacram dicturus in ipso sermonis exordio gravi apoplexia ictus Vir longiore dignus vita, inter homines agere desiit Anno MDCCLVII. Huius laudabili contentioni sequentia debemus ingenii monumenta scilicet

1)

a) Vid. Allgemeine deutsche Bibliothek, 117. Bandes erstes Stück. Kiel MDCCXCIV. pag. 172—173. seq.

1) Panegyrim Iosepho Szembek Episcopo Chelmensi, dum ad suam Cathedram solenni ritu ingrederetur, typis Reipublicae et Collegii Scholarum Piarum Varsaviae MDCCXXXVII. in folio.

2) Panegyrim Iudicibus Legatis ad supremum Tribunal Regni congregatis Varsaviae ex eodem typographeo Anno MDCCXXXIX. in folio.

3) Grammaticam Gallicae linguae ad usum Polonorum, quae primum prodivit Varsaviae ex eodem typographeo Anno MDCCXL. saepius deinde recursa, et quidem postremo ibidem MDCCLXXXIX. 8vo.

4) Orationem de laudibus Divi Thomae Aquinatis typis Varsaviensibus Anno MDCCXLV. in folio.

5) Subsidium ad condiscendam sacram, et profanam eloquentiam, selectissimas phrases, sententias similitudines ex Classicis auctoribus depromtas, continens: studiosae Scholarum Piarum Iuventuti dedicatum. Varsaviae typis S. R. M. et Reipublicae in Collegio Scholarum Piarum Anno MDCCXLVI. in 8vo.

6) Orationes XIII. M. Tullii Ciceronis cum argumentis earumdem, analysi et notis, quin excerptas ex iis selectissimas tam morales, quam politicas sententias, ad calcem uniuscuiusque ad-

adiicit. Varsaviae typis S. R. M. et Reipubl. in Collegio Schol. Piarum Anno MDCCXLVIII. in 8vo.

7) Panegyrim Principi Adamo Komorowski nomine Collegii Cracoviensis, cum auctoritate suprema destinatus esset Archi-Episcopus Gnesnensis, et Primas Regni. Varsaviae Anno M. DCCXLIX. in folio.

8) Arcana status Francisci Alberti Pelzhoffer S. R. I. Lib. Bar. de Schönau D. Leopoldi I. Imp. a Consiliis e latina lingua Polonice reddidit. Opus postumum Varsaviae prelo subiectum fuit MDCCLX. in 4to.

DARABOS (*Sigismundus a S. Rocho*) Hungarus primam lucem aspexit in Ketzel, Provinciae Solthensis pago, Anno Salutis MDCCL. Rhetoricis ac Philosophicis institutionibus in Pestano Scholarum Piarum Athenaeo Iuvenis imbutus ad salubre harum Institutum adspirans eidem se ritu solenni devovit Ketskemetini Anno MDCCLXXII. Post absolutum tirocinii religiosi, ac Theologicarum disciplinarum cursum fundamenta linguae latinae, et Grammaticae Scholas magna diligentia docens, et praecipue Religionem in Deum, ac pietatem in Principem, et Patriam Iuventuti tenerae instillavit. Pari contentione, ac solertia in Claudiopolitana Transil-

va-

vaniae Academia, dein Nitriae ac Pestini eximium iuventutis florem litteris humanioribus erudivit. Iam exorto bello Turcico, atque post hoc erumpente Gallico in legione Caesarea Equitum Hungarorum (vulgo Hussarorum) Castrensem rei sacrae praefectum agens magna nominis sui gloria, Institutique commendatione per plures annos grave munus tamdiu sustinuit, donec, confecta pace, auctoritate Regia viribus multum imminutis ad illustrem castrensis per totam Hungariam Superioris dignitatem Anno MDCCCII. eveheretur. Hac ratione otium nactus peropportunum suos perpoliendi sermones, quos ad Militem Hungarum breviter, perspicue, ac nervose habuit: hos ille posteris profuturus in iustae molis volumen collectos publici iuris fecit hac inscriptione: — Darabos Zsigmondnak az Ahetatos Iskolák Szerzetesének Felséges Tsászárrol nevesztetet első Nemes, Vitéz Huszár Sereg Hadi Papjának Istenes Hadi Beszédi, és Tanitási, mellyeket a' Közelebb elmúlt Török és Frantzia háborúk alkalmatosságával mondot vagy mondani szándékozot. Budae typis Regiae Universitatis MDCCCII. 8vo. Partem primam plures excepissent, nisi mors inopinata piis conatibus finem adtulisset 5.Martii A. MDCCCIV. Budae. Incredibile dictu est quanta Vir iste religione ac pietate munus suum

ex.

exsequutus fuerit. Hac de causa ob singularem animi sui candorem, et promtum aliis inserviendi, ac de omnibus bene merendi studium ita devicit sibi hominum mentes, ut militarem funeris pompam multi Illustres Viri, Cives Budenses, aliique amici frequentia, luctu, et lacrimis ad tumulum usque longo ordine prosequuti fuerint.

DELBECCHI (*Iosephus Augustinus a S. Nicolao*) natus est in Liguria Unebiae Anno MDCXCVII. Humanioribus litteris excultus Instituto Scholarum Piarum se addixit Anno M. DCCXIV. et Vir temporis progressu religionis virtutibus, ingenio et doctrina spectatissimus enituit, qui emissa in Siciliae Provincia ritu solenni ordinis professione, ac emenso laudabiliter studiorum curriculo, in Philosophicis primum, deinde in Theologicis disciplinis Romae, atque alibi suos, et exteros magna tum sui, tum Instituti nostri commendatione per plures annos instituit. Dimisso docendi officio Siciliae Praeses semel, atque iterum renuntiatus Provinciam sibi creditam insigni prudentia, et aequitate administravit. Procuratoris generalis munere decoratus plurimum contulit ad provehendam Divi Fundatoris apotheosim, et coeptum negotium ad optimum finem feliciter perduxit. Novi

vi Collegii pro publicis Scholis, et pro nobilium adolescentium convictu Romae a fundamentis excitandi susceptum animo Consilium, opere adgressus industria, et dexteritate summa prosequutus est. In Comitiis generalibus Anno M. DCCXLVIII. indictis communibus Patrum Convocatorum suffragiis Moderator Instituti universi constitutus, huius nomen ac decus verbo, atque exemplo auxit, ac geminavit. Verum vix triennio sui muneris exacto, confestim Serenissimo Carolo Emanuele Sardiniae Rege, cui ob sua praeclara merita, et doctrinae praestantiam acceptus erat, nominante, ac proponente ad Episcopatum Algveriensem in Sardinia adsumtus, et post decennium ad totius Insulae primariam Archi-Episcopalem Calaritanam sedem translatus vigilantissimi Pastoris partes pro viribus, et dignitate omni ex parte implevit. Unde nihil mirum videri debet tot saluberrimas Constitutiones, tot Decreta et leges ad religionis integritatem, ad veterem Ecclesiae disciplinam retinendam, ad exsecrandos abusus tollendos, ad corruptelam morum propulsandam ab ipso in lucem publicam prodivisse. Eluxit autem ex huius Antistitis vultu, et quotidiana consvetudine singularis modestia, mansvetudo liberalitas, et de aliis bene merendi studium. Tandem senectutis incommodis vexatus, gravissimisque morbis exagi-

gitatus, inter nostrorum, atque exterorum tanti Viri iacturam deplorantium preces rite ad mortem obeundam comparatus supremam diem vixit I. April. MDCCXXVII. Calari. Edidit. Sapientissimus Praesul auctoritate Apostolica praeter alias sanctiones innumeras, Decreta pro restituendo, et conservando disciplinae Religiosae candore in Calaritana Provincia Ord. Min. Observ. Augustae Taurinorum typis Regiis Anno MDCCLXV. 4to med.

DELTL (*Nicephorus a S. Donato*) editus est in lucem Viennae Austriae Anno MDCCX. Oratoria et Poesi excultus Piarum Scholarum Instituto se totum Lipnicii superato tirocinii religiosi tempore obstrinxit. In hoc postquam severiores disciplinas egregie condidicisset, easdem post traditam grammaticam et Rhetoricam pluribus annis insigni cum laude docendo professus est. Tandem regendis Domibus admotus, ubique prudentiae, mansvetudinis, et caritatis luculenta praesetulit specimina, ob quae communibus Patrum suffragatorum votis Provinciae Austriacae Praeses constitutus est, quo in munere hortatibus atque exemplo ad pietatis, litterarumque studium sibi subiectorum animos mirifice incendit, atque inflammavit. Iam modo rude donatus liberali otio fruitur Freystadii, quod

oppidum superioris Austriae ad limites Bohemiae situm, quatuor milliaribus Lincio divellitur. Huius Viri superest elegans.

1) *Oratio latina occasione illius festae diei ad nobilissimam Concionem habita, cum Iosephus Calasanctius a Matre Dei Fundator CC. RR. Scholarum Piarum auctoritate Benedicti XIV. Pontificis Maximi Beatorum numero adscriberetur.* Viennae Austr. MDCCXLIX. in folio.

2) Versantur in multorum manibus plerique excusi sermones funebres in obitu praeclarorum Virorum ab eo diversis annis habiti.

DEMBICKI (*Eustachius a S. Ioanne Chrysostomo*) natus est in Krasiczyn, quod oppidum est in Dioecesi Praemisliensi, A. MDCCXXXVII. Iuvenis post absolutas humaniores litteras, et superatum probationis religiosae biennium ritu solenni Scholas Pias professus est Anno MDCCLIV. Vir optima indole, atque acutissimo ingenio praeditus vastam humanarum Divinarumque rerum doctrinam sibi comparavit. *Rhetoricam* insigni iuventutis progressione docuit. Philosophiam ac Mathesim tanta perspicuitate, atque acumine tradidit, ut fama huius per plures provincias propagaretur: utinam supervixisset! editas legerent posteri egregias Philo-

so-

sophicas et Mathematicas institutiones. At morte praeventus ex phthysi contracta vivendi, ac scribendi finem fecit Anno MDCCLXXXII. Ad Patriae utilitatem haec industriae specimina prelo subiecit

1) Principis Matronae de Beaumont insignem de prolibus educandis librum Gallica lingua concinnatum, polonica loquentem induxit hoc titulo: Penuspromtuaria ad recte ineundam cum puerorum educatione morum liberalisque doctrinae rationem. Opus hoc in quatuor tomos tributum prodiit Varsaviae typis Reipublicae et Collegii Scholarum Piarum A. MDCCLXVI. 8vo.

2) Tractatum Cl. Fontenelli de multitudine mundorum e Gallico in Polonum idioma versum Varsaviae iisdem typis edidit Anno M. DCCLXVIII. 8vo.

DEMÉNYI (*Ladislaus a S. Nicolao*) ineunte octavo decimo saeculo Trenchinii genere nobili editus est in lucem. Studiorum curum varias inter vicissitudines papillas feliciter absolvit. Mox suscepto Scholarum Piarum Instituto eidem se arctius ritu solenni devovit. Severioribus disciplinis egregie imbutus Scholis docendis maxima sui nominis commendatione vacavit, sed cumprimis humaniores litteras maxima ingenii laude, ac discipulorum fructu Prividiae,

Szegedini, Nitriae docuit, meritoque inter primos collocandus, qui aureae aetatis Auctores scholis notos, ac familiares reddiderunt. Specimen huius rei luculentum dedit subiectis prelo tersis, atque elegantibus orationibus haec inscriptione:

1) Ladislai Damiani a S. Nicolao e Scholis Piis Clerici Regularis Sacerdotis, et Eloquentiae Professoris orationes in variis Hungariae Gymnasiis habitae. Tirnaviae typis Academicis Soc. Iesu Anno MDCCXLII. 8vo. Has amplissimo Magistratui Liberae, ac Regiae Civitatis Trenchiniensis Patronis gratiosissimis beneficiorum memor grati animi causa consecratas esse voluit. Placet hoc ipsum Auctoris verbis referre: „ Quoties enim memoriam ultimam pueritiae meae repetebam; offerebat sese religiosissima pietas, et peculiaris omnino sollicitudo, qua me pupillum olim, utpote in tenella aetate utroque Parente orbatum complecti, sub defensionem admittere, ab adversariorum incuriis tutari voluistis. Studiosissima haec curantia vestra eo clarius distribuit, quo propius periculum res nostrae versabantur. Nam altero, quam dulcissimam genitricem extuleramus anno, rapacissimi vultures, fortunae bonis, quorum haereditatem adire per aetatem nondum mihi licuit, tanta aviditate inhiare coeperunt; ut nescio, quibus ar-

artibus, semel atque iterum Principis diploma, ad causae suae patrocinium extorserint: et relictas ab optimis genitoribus in Regia Civitate vestra possessiunculas, magnam partem imminuere conati sunt. Et reapse, quod iniquo conceperant animo nefarie perpetrassent; nisi vigilantia vestra vaferrimis conatibus moras primum, tum insuperabiles impeditiones opposuisset. Sed, quorsum servatas Beneficio vestro facultates memoro, quas maturiore aetate sponte dimisi? ut unusquisque vestrum luculenter videat, quod non solum Romanae et Apostolicae fidei agnitionem et custodiam, non solum optimarum disciplinarum studia, a quibus nullum vitae meae tempus abhorruit, verum etiam sacri, et religiosi status, quem ab Scholarum exercitiis, et a pietate superis iurata Scholas Pias nuncupant, conditionem, et locum vobis secundum Caelites referam accepta. Nisi enim providentissima curatio vestra patrimonium a direptione vindicasset, ad prosequenda humaniorum scientiarum exercitia, necessario sumtu destitutus, cum de victu, de vestitu, de libris, reliquaque scholastica supellectile, pro honestate, ipse mihi providere in aetate imbecilla nondum possem, maximi beneficii loco, dum vivam, repositurus sum; quod artes ingenuas opportune combibere, et ad ineundam

re-

religiosae vitae rationem praeparare me, occasionem nactus sim expeditam. " O mentem liberalem!

Subiicio Indicem orationum eo ordine quo habitae sunt.

I. De Sposalibus D. Catharinae habita Prividiae Cal. Dec. Anno MDCCXXXIII.

II. De Neglectu humaniorum litterarum habita Szegedini VI. Cal. Nov. A. MDCCXXXIV.

III. De Sepultura D. Catharina habita Szegedini VII. Cal. Dec. Anno MDCCXXXIV.

IV. Eucharisticon pro novo Theatro habita Szegedini Cal. Aug. Anno MDCCXXXV.

V. De Divo Stephano primo Hungarorum Rege habita Nitriae XIII. Cal. Sep. Anno M. DCCXXXVII.

VI. De patrocinio D. Catharinae habita Nitriae VII. Cal. Dec. Anno MDCCXXXVII.

VII. De instauratione Magistratus Mariani habita Nitriae VI. Id. Dec. A. MDCCXXXVII.

VIII. De Laudibus Ladislai Matthyasovszki Episcopi Nitriensis, ac Fundatoris Collegii, ac Gymnasii Schol. Piar. in Anniversariis eius parentalibus Nitriae IV. Id. Maii A. MDCCXXXVII.

IX. De litterurum Cultura et felicitate habita Nitriae XVII. Cal. Iun. A. MDCCXXXVIII.

X. De Visitatione B.V. Mariae habita Nitriae VI. Non. Iulii MDCCXXXVIII.

XI. De Verborum proprietate concinnis et fuco eloquentiae praeferenda habita Nitriae in Schola Eloquentiae Cal. Aug. A. MDCCXXXVIII.

XII. De Castitate Divae Catharinae habita Prividiae VII. Cal. Dec. Anno MDCCXXXIX.

XIII. De expedita ratione Philosophiae studendi habita Prividiae Prid. Cal. Iul. Anno M. DCCXL.

XIV. De Assumtione B. V. Mariae habita Prividiae XII. Cal. Sept. A. MDCCXL.

XV. De Patrocinio D. Ioannis Nepomuceni scripta non habita pro Aedicula Domus Rosenbergensis apud Scholas Pias A. MDCCXLI.

2) Sacrae et Piae Meditationes in omnes anni Dominicas, et festa Hungariae celebriora potissimum de SS. PP. lectae, et ex Evangeliorum serie diribitae Posonii litteris Ioannis Michaëlis Landerer Anno MDCCLIV. 8.

3) Ars orandi cum Szegedidos Libros quatuor quam ab Rhetorica, et Poesi Szegediensi privata industria collectam Venerationi Illustrissimi Domini Comitis Domini Andreae Koháry de Csábrág et Szytnya perpetui in Muranyi S. C. R. A. Maiestatis unius Regiminis Desultoriorum Colonelli, eiusdemqae Sacr. Maiestatis Consiliarii, Camerarii, Inclyti Comitatus Hontensis Supremi ac perpetui Comitis obtulit Nobilis, ac eximius Iuvenis Ernestus a Beer Rhetor. Alumnus

mnus Anno MDCCXXXV. Budae typis Ioannis Georgii Nottenstein. 8vo. Desiit vivere. Vir relgiosissimus magno sui relicto desiderio Carponae Anno MDCCLXI.

DEMKA (*Alexander a Nativitate B. V. Mariae*) nobili genere vitam accepit Nitriae A. MDCXCI. Absoluto Tirnaviae humaniorum litterarum, et Philosophiae cursu Ordini Scholarum Piarum adscriptus est Anno MDCCXI. In hoc inferiores classes, et Rhetoricam docuit, sacrique Oratoris ad Hungaricam concionem munus implevit. Rector Ketskemethiensis constitutus, morum candore, adfabilitate, ac laudabili de aliis bene merendi studio ita Civium animos devinxit, ut et rem familiarem augeret ac templum ad consummatam molem educeret, scholarum aedes amplificaret, hacque ratione alter Collegi Ketskemethiensis Pater, ac Stator haberetur. Hanc personam cum et Magno-Karolini, et Ketskemethini secundo egregie sustinuisset, senio, et laboribus fractus rite ad aeternitatem comparato animo vivorum contubernium deseruit Anno MDCCLX. postquam vitae annos novem supra sexaginta, et ex his in nostro Instituto novem, et quadraginta superasset. Vir hic patria eloquentia praestans ea occasione, qua Scholarum Piarum Fundator, et

Vin-

Vindex Iosephus Calasanctius a Matre Dei Beatorum albo ritu solenni Romae a Benedicto XIV. P. M. adscriptus Anno MDCCXLVIII. et insequente in Hungaria celebraretur, vitae ac rerum gestarum seriem idiomate patrio perspicue complexus est paucis mutandis luce dignissimam, quod opus Mstum, munusculum non ignobile ab amico mihi donatum inter litteraria mea κειμήλια conservo.

DESERICIUS (*Iosephus Innocentius a D. Thoma Aquin.*) e nobili Hungarorum origine Nitriae vitam accepit Anno MDCCII. Pueritiae, et iuventutis tempus liberalium artium temporibus tam felici progressione transmisit, ut moderatores et fautores suorum conatuum et laudatores nancisceretur. Adolescens Piarum Scholarum Ordini adscriptus, humaniorum litterarum, et severiorum disciplinarum doctrina illustris emicuit. Mox Theologia Dogmatica Clerum Iuniorem Iaurini magna ingenii fama, et praeclara reconditae eruditionis opinione erudivit, quam prelo subiectis operibus luculente confirmavit. Egregie demandata docendi provincia defunctus, compluria Instituti nostri Gymnasia, et Collegia rexit, ac deinde Romam destinatus, inter illos relatus est, qui cum Universi Ordinis Praeside, eiusdem res potestate summa mode-

nan-

rantur, et vulgo *Adsistentes Generales* adpellantur. Subsecivis horis Bibliothecas Urbis celeberrimas, et cumprimis orbe toto facile Principem Vaticanam perscrutatus Iosephi Simonii Assemani huius Praefecti benevolentiam, et amicitiam sibi conciliavit, hacque occasione multa sane singularia et anecdota in sua retulit adversaria. Cum vero nostrum Desericium incredibilis semper Patriae ornandae amor ad praeclare audendum excitaret, et *Vindicias Litterarum Hungariae* paucis abhinc annis Romae non sine ingenii sui laude, ac gloria typis ederet, scribenda de patriis rebus commentaria suscepit; quod intelligeret plurima de origine gentis nostrae perperam, et sine ulla veritatis similitudine a nonnullis conscribi a multis etiam impudenter defendi. Quorum sententias ut everteret, ac patriae splendorem, dignitatemque tueretur ad hos confutandos studium omne convertit. Quod etsi intricatissimum ac multum ambiguum in ipso aditu visum sit, celeberrimorum tamen scriptorum subsidio, quibus Romanae et Florentinae Bibliothecae instructae sunt, et collatis cum Viris gravissimis Consiliis, hoc effecit, ut quidpiam tandem certi, atque perpetui de Initiis, atque Originibus nostris existimare possimus. Neque illud vulgari solum sententia, sed illorum etiam Hominum, quibus Romae libri censendi summa religione, et au-

ctoritate committuntur: qui Commentaria huius non modo laudaverunt: sed suffragio quoque suo putaverunt dignissima, quae in manibus et oculis omnium versarentur. Et iam elegantibus typis opus in Urbe excudi coepit, cum maximis de causis non sine Benedicti XIV. Pontificis O. M. voluntate Auctori nostro in Transalpinam Daciam discedendum fuit. Iccirco retractas a prelo lucubrationes suas (cum de iis se absente, apte, eleganterque imprimendis plurimum dubitaret) secum ferre statuit. Tum vero maiori conatu quam successu confectis Buchuresti apud Principis curiam negotiis, cum interea diuturna, permolestaque peregrinatione (sub illo praesertim coelo barbaro, et inhospito) valetudinem prorsus detrivisset, aegre in Hungariam relatus est. Quoniam vero per afflictas ac pene conclamatas vires coepto insistere operi haud amplius valeret, pro vetere suo in Martinum Biro Weszprimiensium Episcopum studio, et observantia conscriptiones has suas, munus profecto gratissimum eidem donavit. Praesul vero, cum et Virum insignem permulto aestimaret, atque Litteraturam eius minime vulgarem propius nosset, plurima insuper praestantissimis in Commentariis observaret, quae oculatissimos Scriptores effugere operae pretium se facturum esse arbitratus est, si monumenta fidei suae concredita luce

et posteris dignissima non modo iuris publici faceret, sed Augusto Coronae Principi octenni Iosepho dedicaret. Id quod Antistes longe doctissimus liberalitate sua egregie ad exitum perduxit. Interea Desericius peraegre in Hungariam redux vires pristinas paullatim recuperans Vaciam sibi pro incolatu delegit, ubi a loci Episcopo, et Venerabili Sacerdotum Collegio magni habitus veterem, paullulum interruptam studiorum rationem repetens pluribus annis otio litterario svavissime vacavit, elucubrationesque suas summis, atque ornatissimis Viris inscriptas publica luce donavit. En praestantium conatuum series :

1) Tractatus non vulgari eruditione refertus *ad probandam piacularium flammarum existentiam.* Causam hunc scribendi dedit Minister Helveticae Confessionis Sacra Romanae Ecclesiae Catholicae amplexus. Iaurini Anno MDCCXXXVIII. 8vo.

2) Lapis angularis sive praemotio physica Thomistica, primum ac potissimum Scholae Divi Thomae fundamentum, dilucide exposita, quod profecto sit Germanus Angeli Doctoris partus legitimis vindiciis adserta adversus Iacobum Spreng S. I. Tyrn. MDCCXLI. 4to.

3) Pro cultu litterarum in Hungaria, ac speciatim Civitate, Dioecesique Nitriensi vindicatio. Romae MDCCXLIII. 4to.

4)

4) Iosephi Innocentii Desericii Hungari Nitriensis Clerici Regularis Scholarum Piarum de Initiis ac Maioribus Hungarorum Commentaria, quibus accedit circa finem Libri secundi insigne, ac perantiquum Manuscriptum ex Vaticana Bibliotheca depromtum, hactenus desideratum. Tomus primus Budae typis Veronicae Nottensteinin Viduae. A. MDCCXLVIII. fol. Hic Tomus Coronae Principi Iosepho dicatus fuit a Martino Biro Episcopo Weszprimiensi, et Cancellario Serenissimae Reginae Hungariae.

5) Iosephi Innocentii Desericii Hungari Nitriensis Clerici Regularis Scholarum Piarum de Initiis ac Maioribus Hungarorum Liber tertius, qui est exegeticon: De Scythis, Amazonibus, Hunnis atque Magaris. Opus reconditis antiquitatibus, memorabilibus Chronologiis, et Genealogiis, nec non Inscriptione, et Alphabeto Scythico haud ingratum futurum. Budae ex typographeo Leopoldi Francisci Landerer. Anno MDCCLIII. in folio Tomus secundus dicatus Comiti Ludovico de Batthyán Regni Hungariae Palatino, et Locumtenenti Regio.

6) Iosephi Innocentii Desericii Hungari Nitriensis Clerici Regularis Scholarum Piarum de Initiis ac Maioribus Hungarorum Attilae videlicet, eiusque Decessoribus proximis Liber quartus. Opus vel ex eo gratum futurum, quod pal-

mares lapsus, Antilogias, Anachronismos Domesticorum Scriptorum retegat, et avitam Hunnorum Historiam, suae chronologiae et nativo ordini, veritatique iusta cum crisi et illustrationibus, ex optimis, ac pervetustis Auctoribus, petitis reponat Budae ex typographeo Leopoldi Francisci Landerer Anno MDCCLVIII. folio. Tomus tertius ab Auctore consecratus Regni Hungariae Apostolo, et primo Regi Divo Stephano.

7) Iosephi Innocentii Desericii Hungari Nitriensis Clerici Regularis Scholarum Piarum de Initiis ac Maioribus Hungarorum Liber quintus: cuius Pars prima complectitur filios, et reliquias Attilae: Pars altera potior Hunnos Abaros: Pars tertia potissima Hungaros usque ad nativitatem Auspicatissimam D. Protoregis, et Apostoli Stephani Sanctorum posterorum Genearchae. Pestini typis Francisci Antonii Eitzenberger Civit. Typographi Anno MDCCLX. folio. Tomus quartus Martino Biro Praesuli Weszprimiensi tamquam Moecenati oblatus.

8) Iosephi Innocentii Desericii Hungari Nitriensis Clerici Regularis Scholarum Piarum Stephanus supremus ac ultimus Maiorum Hungarorum atque adeo Corona et Coronis sive Apex consummatissimus Libri quinti ac totius operis Commantariorum de Initiis ac Maioribus Hungarorum. Hac suprema Auctor manu exsequitur

tur locupletissime Beatissimi Protoregis res, acta, gestaque inde a prodigiosa nativitate usque ad gloriosissimam Apotheosim moderata cum crisi, et confutatione evidenti Cavillatorum, ac sugillantium. Enarrat simul singulatim ac discutit universa, quae sub regimine Divi Protoregis domi forisque intervenere ad Historiam Patriae pertinentia. Tomus quintus Pestini ex eodem typographeo, eodemque anno in folio.

9) Dissertatio Apologetica Iosephi Innocentii Desericii Clerici Regularis Scholarum Piarum Auctoris Commentariorum de Initiis ac Maioribus Hungarorum amice alloquens Georgium Pray S. I. Auctorem Annalium Veterum Hunnorum Avarum et Hungarorum in folio.

10) Dissertatio II. Apologetica Iosephi Innocentii Desericii Clerici Regularis Scholarum Piarum Auctoris Commentariorum de Initiis ac Maioribus Hungarorum super Epistola Georgii Pray e S. I. Auctoris Annalium veterum Hunnorum, Avarum, et Hungarorum in folio.

11) Parergon perenni memoria dignum adnexum Dissertationi II. Apologeticae Iosephi Innocentii Desericii e CC. RR. Scholarum Piarum Auctoris Commentariorum de Initiis ac Maioribus Hungarorum adversus Epistolam criticam Georgii Pray e S. I. Scriptoris posterioris Annalium Veterum Hunnorum Avarum, et Hungarorum

rum in folio. Singula haec opuscula edita sunt Pestini typis Francisci Antonii Eitzenberger Civ. Typogr. Anno MDCCLXIII. Capita Controversiarum Lectori luculentius infra patebunt.

12) Iosephi Innocentii *Desericii* e CC. RR. Scholarum Piarum Historia Episcopatus, Dioecesis et Civitatis Vaciensis una cum rebus Synchronis, et catalogo Praesulum. Opus postumum ex eodem typographeo in folio exeunte anno MDCCLXIII. Et hoc est ultimum, quod Benedictus Getto vulgavit Desericianae in patriam suam pietatis monumentum, cui supervixisset utinam! non sane deessent, quae ad temporum nostrorum memoriam posteris commendandam in fine operis desideramus. Indicata enim tantum esse reperies, quae ille sibi dum viveret, et deducenda copiosius, et ornanda sumsit illustrius, sed, ut sunt fallaces hominum spes, ita Desericium nostrum tum maxime, cum plurimum sibi de praesenti opere perficiendo polliceretur, destituerunt; sic enim plane accidit, ut mortuum se antea, quam aegrotum *senserit*: quippe cum pridie ea foret valetudine, quae pro illius aetate commoda duci posset, aut saltem eiusmodi, quae nihil minus, quam morbi gravitatem portenderet, factum est inopinate prorsus, ut e somno vigil, laevam viribus destitui, caputque acutissimis tentari sentiret doloribus,

bus, itaque malum, quod dein revera sequutum est, proxime sibi impendere ominatus, tempus, quod exiguum supererat, ac pro eo dumtaxat, ei divinitus plane datum est, omne tamen illud in animae salute procuranda posuit, mox somno tam profundo (λήθαργον Graeci dicunt) est abreptus, ut eidem fuerit omnino ultimus, qui et a suprema manu opus laudatum fere media parte prohibuit, et Viri Clarissimi maiora molimina intercepit. Vixit ergo Desericius longiore vita dignus, annos tres et sexaginta; neque annum sibi infestum, quem per ridiculum aemulus illius traduxit in epistola sua responsoria, producere ultra potuit, id quod ipse sibi quacumque ratione praesagire visus est, cum ultimam dissertationem apologeticam conclusit; immo quasi certo futuri praescius, huic operi solito insistebat acrius, ut eo perfecto ad commentarios suos, secundis ut, aiunt, curis perpoliendos se converteret, quos non a suis tantum, sed etiam exteris, quorum litteras prae manibus habemus, immo iis fere omnibus, qui citra invidiam iudicant, avide admodum expeti intellexit. Nam quod nonnulli de illis querebantur, eos non ad eam svavitatem dicendi, quam hodierna tempora desiderant, esse exactos, ii nimirum fabulam, aut ad summum historiam sibi narrari petunt, adeoque, quia ni-

mis delicatis sunt auribus inter Commentarios, et Historiam discernere nesciunt. At ii vellem adverterent, aliud esse res gestas sua serie, quam ipsae per se offerunt, promta iucundaque ratione persequi, aliud abdita ex vetustate eruere, contendere inter se tot illustrium Virorum sententias, tot etiam remotas, ac fere ipsi ingenio impervias regiones vestigare, nullo certo, nullo expedito duce, quandoquidem, si unquam de aliquo, de Hungarorum certe initiis, quot scriptores, tot fuere sententiae. Ex his ergo, dum adfulgeat aliquid, nervosius sane, ut vestigandum, ita disceptandum est; quod scribendí genus, quia iudicium non aures requirit, quid mirum, si ea venustas deesse nonnullis videtur, quam alii citra tantum incommodum ex cultissimae linguae translatione mutuantur, ac rebus in aperto positis adiiciunt? tum vero concedimus ipsum iudicium sponte nasci oportere. Quod quidem quam liberalissime cum Terentio, ut est in prologo eiusdem ad Eun. dictum volumus. Sed bene agitur, quod haec eorum sunt iudicia, qui dictaturam litterarum a nemine unquam delatam sibi soli, sua nimirum voluntate sumserunt, atque ide o fortasse non advertunt, quod A. Hirt. Pansa de Caesare dicebat *a*); constare nimirum inter omnes, nihil

a) In praefatione ad Balbum, quae Libro VIII. belli Gallici praemittitur.

tam operose ab aliis esse perfectum, quod non illius Commentariorum elegantia superetur, *qui sunt editi, ne scientia tantarum rerum Scriptoribus deesset, adeoque probantur omnium iudicio, ut praerepta non praebita facultas Scrptoribus videatur.* Quorum illud, quod proprium Commentariorum Hirtius aiebat, Desericius ita praestitit, *ut rerum scientia facultatem Scriptoribus iam omnino praebuerit*, *nisi quis et alterum in eo* requirat, quod nec erudita antiquitas in Caesare requisivit, sed obstupuit *a*). In laudato opere multa occurrunt, quae ab antiquorum temporum etiam in domesticis Scriptoribus obscuram cognitionem, diversamque sententiam, illam dicendi aequabilitatem non admittunt, quae tamen non inelegans, immo (absit verbo invidia) venusta et pro rerum dignitate gravis est quotiescunque narrando non disceptando agendum est. Constituerat enim non exordia tantum Vaciae, illiusque Episcopos, sed res etiam synchronas, quam brevissime

 per-

---

b) Cl. Cellarius in adnotationibus ad Caesarem p. 7. sic commentatur: Summo Viro Gerh. Vossio de Philolo. p. 71. videtur Caesar. abusus Commentariorum nomine, qui proprie sint similes picturae inchoatae, et materiam tantummodo delineent. Adde Cicer. de Cl. Orat. CLXXV.

persequi, ut, ubi illorum res gestae in singulos annos non adessent, haberet Lector, quod aliunde accerserét, atque ita rerum Hungáricarum seriem a condita Vacia ad sua usque tempora, tanquam Iliadem in nuce contemplaretur, quae studiosiorem quemque ad uberiores fontes, unde omnia hausta sunt, facillime deduceret, id, quod ille in temporum nostrorum commemoratione praestitisset aliquanto copiosius, quod in his multa pace belloque ab Augusto gesta sunt, quae summam operi dignitatem adtulissent, sed enimvero huic proposito immortuus, nihil nobis, nisi eorumdem indices quosdam reliquit. Quos quidem a funere Viri Clarissimi raptos, edendos tamen Benedictus Cetto Vir Instituti eiusdem omnigena eruditione praeditus, ut superesset, etiamnum, quod summum illius amorem erga patriam, etiam in ultima aetate ostenderet, quam quidem tantopere dilexit, ut ad eam ornandam omne ingenium, quod tamen in sublimiori doctrina fuit plane excellens, huc tamen intenderit, ea de causa dicere solitus; partes quidem esse Historici, ut verum, quam maxime potest, omni causa procul habita persequatur, ubi vero adessent solum probabilia, non oblivisci debere se Civem esse patriae, ideoque ut hostem ferro, ita ignominiam ab ea propulsandam. Quod, quam egregie praestiterit, illius

scri-

scriptis innotuit. — Sed longius digressi sumus, veniamus ad controversiam, quae inter celeberrimum Desericium nostrum et eloquentissimum Annalium Hungaricorum Scriptorem Prayum intercessit; quod in Apologeticis loco superiore innuimus. Quatuor haec potissimum capitibus definiri potest, quorum primum agat de *origine Hunnorum*; alterum *de Martyrio D. Ursulae et Sociarum Virginum*; Tertium *de rebus ab Attila fere gestis*: postremum denique *de Turcarum incunabulis.* Causa et origo controversiae fuit Prayus, qui in praefatione operis sive Annalium toties laudatorum ita de Desericio animi sui sententiam patefecit „ Repente aliquid spei obortum fuit, ex opere Innocentii Desericii Clerici Regularis Piarum Scholarum, quod de Initiis ac Maioribus Hungarorum edidisse ad me adferebatur. Legi avide ac diligenter, vidique opus sane eruditum, et magna conscriptum esse cura. Cum autem de gentis nostrae origine nihil aliud dici viderem, quam quod in Graecis scriptoribus ante legeram, idque ob *incertas*, ac *tenues* coniecturas non omnibus probari, tantum abest, ut cupidini facerem satis, ut novo etiam, ac maiore ad inquirendam Hunnorum originem desiderio accenderer. „ Quibus provocatus Desericius ad sua tuenda animum aiecit, dissertationemque Apologeticam edidit,

qua

qua primum demonstrat Hunnorum aborigines inde ab Armenia trans Araxem esse repetendos, qui post Diluvium ceteris ad campum Senaar proficiscentibus ibi remanserant, ac proinde infert nequaquam origines Hunnorum posse deduci ad eas colonias, quae facta linguarum confusione ad Sinarum Viciniam sint progressi, tum, quod contrarium e Scrptoribus Graecis, ceteris evincatur, tum quod Prayus praeter Genealogiam aliquam Tartaricam, et nudam adsertionem nihil rationis ad robur suae sententiae conciliandum adtulerit, Hunnos a Scythis Scythas a Magog, et Magogum a Iapheto profectum, et in hoc desinit disputatio *ratione originis.* Altero capite in eo dissenserat Prayus, quod S. Ursulae interfectores nequaquam *Sunnos*, sed *Hunnos* fuisse contenderet, idque ad annum CCXXXVII. circa tempora Alexandri Severi, aut Maximini Thracis referret. Adsertum suum stabilivit manuscripto quodam Codice Romae reperto; hunc proinde impetit Prayus tamquam male sibi cohaerentem, et vetustate atque auctoritate destitutum. Erroris insimulat, quod ad Iulium Capitolinum provocet, qui de hoc asgumento non scripserit; quod inscriptio sepulchralis, quae annum CCXXXVII. refert, tardius sit conficta; quod denique anachronismo laboret, cum eos, qui primi caedem hanc Hunnis adpinxerint, dicat

eat vixisse circa dimidium saeculi VI. Mox Desericius respondet Manuscriptorum auctoritatem non antiquitate magis, quam ratione valere, et cum saeculum saltem sesquitertium excedat, quidni dici posset, utcunque vetustus? Et licet Lampridius, et Capitolinus in iis, quae exstant operibus, non meminerint, quidsi alibi uspiam auctor Anonymus quidpiam legerit, cum constet multa intercidisse, et nobis esse incognita veterum monimenta? Agere praeterea contendit Prayum et rigide et indecore, quod Coloniensem Urbem in suspicionem tituli conficti adducat, quin hoc ille demonstret, sed pro arbitrio duntaxat adserat; et anachronismum haudquaquam esse Auctoris, sed typi mendum, cum facile ex iis, quue hoc ipso loco dicentur, constet Saeculum XIV. et XV. Cetera de hoc argumento, eo tendunt, ut difficultates, quas Prayus e numero virginum, et peregrinatione adducit, Desericius vel praetermittat, ut incertas, vel ubi verosimiles sunt, conciliet, ac tandem Prayum his conveniat: „Tu internecionem Sacrarum Virginum Attilae, eiusque militibus affricas, quo argumento? coniectura tui Callesii? putat, coniectatque Callesius, ergo verum ėst: credat, qui volet; immo contrarium ęvincit ex Attila, qui Christianis pepercit, ut Leoni Papae, Pupo Episcopo Threcensi etc.“

His

His positis ad Attilae res tuendas digreditur. Inficiabatur quippe Prayus Attilam aetatis XXV. anno missum fuisse a Patruo in Italiam, ut Ducem copiarum, cum eo anno contra fas haeredis regnum illius Patruus, et Curator usurpasset; sed nec CDXXVIII. regnasse Attilam contra Desericium vel inde contendit Prayus, quod legati orientis non ad Attilam, sed ad Rovam destinati sint. Contra Desericius vel ex ipsis Prayi verbis demonstrat anno XXV. necdum regnasse Attilam, nec ius fasque violatum, quando veteri consuetudine Hunni liberae electionis studiosissimi, non prius quempiam etiam haeredem ad capessendum Regnum admitterent, quam gentis optimates censerent, consentirentque: hinc Patruum senio gravem, et rei militaris summe peritum, et fortunatum diutius malebant, dum Attila Iuvenis XX. annorum licet minus praeceps, et ferox maturus regno videretur. Porro non observavit Prayus duos Patruos rerum ante Attilam potitos, Suphtarem, sive Ottarem unum. Daciae Transtibiscanae Praefectum, cui in bello contra Burgundiones extincto anno CDXXVIII. successit Attila; Rovam alterum Magnae Hungariae Ducem superstitem, ad quem legatio missa est; quo expedito subiungit Desericius. *Vide itaque an non in Scirpo nodum quaesiveris, et iniuria subiunxeris: Belii, Desericii ce-*

te-

terorumque, qui Attilam anno CCCCXXVIII. Hunnis iam imperitasse existimarunt, argumentum iam funditus labascit. Adstruit denique Prayus Rovae, alteri Attilae Patruo annum CCCCXXXIV. emortualem fuisse, atque hoc ipso Attilam regnum sumsisse, additque trigesimum aetatis annum Attilam verosimiliter superare non potuisse, cum paternum Regnum universum adiit: sed Desericius docet legationem Plinthae ob mortem Rovae, quae intervenit CCCCXXIX. (ipsò Prayo contendente) et teste Prisco Rhetore eumdem Plintham illico ad Attilam, qui successerat, expeditum, adeoque oportuit Attilam anno CDXXIX. vel summum anno CDXXX. successisse. Illud mirum Desericio, quod Prayus refert; Attilam viginti annorum fuisse, dum pater moriens illum tutelae fratrum committeret; adultus sane fuisset hic minorennis, hic pupillus! tandem calculo inito demonstrat Attillam, cum regnum capesseret, fuisse annorum sex et triginta. Postremo, ut evincat Desericius bellum Cathalaunicum ad Tholosam Narbonensis Galliae urbem, ab Attila fuisse gestum, epistolam Actii adducit, quam concludit: *Ex Castris ad Tholosam.* Arguit deinceps Prayus Attilam in expeditione Italica in congressu cum hostili Duce hasta ex sonipede excussum, atque a suis sublevatum, reique

ge-

gestae testem esse cassidem, quae illi e capite defluxerit, et etiamnum Venetiis servetur. Desericius id commentum esse dicit, nec alium huius Auctorem, quam Sabellicum esse, ceteros Scriptores omnes de hoc tacere, ipsumque Sabellicum fateri se id ex vulgi Scriptoribus accepisse, eamque ipsi Desericio Veneti cassidem cum exhibuissent, eos dixisse id quidem ita circumferri, num vero ita fuerit, prorsus nescire. Eodem negotio dissolvit Prayi argumentum, quod Aquilejae obsidio semialtero mense duraverit, cum inita temporis ratione fere duo anni exsurgant, et ea, quae obsidionis tempore facta memorantur, in angustiis semialterius mensis confici nequaquam possint. Haec de Attila — De Abaribus id e Sinicis Annalibus contendit Prayus; Turcos ex veterum Hunnorum reliquiis conflatam fuisse gentem, et Hungaros postea ex his ipsis Turcis exortos. Sed quoniam Prayus nec sententiam, nec rationem a Sinicis adferat Desericius auctoritatom Pomponii Melae, Plinii, Volaterrani opponit, e quibus constat Turcas e Citerioribus Caucasi latebris et sinubus oriundos, atque e Morduanis, Androphagis, Gelonis, Budinis etc. coalitos. Hinc deinde quaestio nata est, num Hungari e Turcis oriundi? Prayus docet Turcas veteres genuinos Hungaros fuisse, idque Porphyrogenetam, qui quinquaginta annis

a

a primis Hungaris non abfuit, testari. Desericius ad haec Porphyrogenetam saepe ipsum ait, ipsoque Prayo fatente errasse, qui Hunos, Abares Slavos dixerit, cur proinde hic illi deferendum, cum constet Graeeos passim Turcorum nomen aliis gentibus dedisse, maxime cum Porphyrogeneta dicat; eos initio vocatos fuisse Turcas? ex quo liquet Graecos ignaros fuisse originis, iisque Turcarum nomen adpinxisse, quos Latini Hungaros adpellaverunt. *Neque enim consequitur*, inquit Desericius, *Sinenses aliqui Scriptores Hungaros compellavere Turcos, ergo sunt a Turcis.* Quomodo enim originis illorum conscii esse poterant, cum Turci tardius multo Sinensibus finitimi redditi fuerint? unde factum, ut victis Euthalitis idem nomen adhaeserit, quemadmodum Marcellinus notaverat Persas gentibus a se subactis suum quoque nomen imposuisse. Denique expedita Turcarum Genesi e probatis Scriptoribus, et Nicephori Bryennii errore detecto concludit Turcis diversam ab Hunnis originem adscribendam esse. Magis deinde haec disputatio provecta est, et magnis viribus producta, concludebat igitur Prayus epistola responsoria, quam adversus Dissertationem Desericii dederat, nulla demonstratione ad id opus esse, quod adseruerat, nempe Hunnorum colonias e primis fuisse, qui post factam confusionem Babelicam e Campo Senaar

discesserint, quod omnibus exploratum foret. gentium dispersionem ibi coepisse. Contra Desericius id maxime incertum et involutum aiebat, quod de plurium gentium aboriginibus, et speciatim de Romanis incertissima quaeque haberentur; eoque magis de Scythis Hunnorum ab. originibus, quod ii in Campum Senaar profecti non fuerint, sed ab illis missae Coloniae, et in Scythia Saga apud Araxem coepisse genus humanum, ac proinde Scythis principatum originis tribuendum omnes Historici tradiderint, Concedit deinde Prayus a Scythis Armeniam incultam fuisse, sed inficiatur ante linguarum confusionem: quod, ut evincat Desericius Berosi sententiam, qui id adserit, ex Heroldo, Diodoro, Iustino, Catone probat. Rursum negat Prayus fuisse ante linguarum confusionem ullam Monarchiam, idque auctoritate Fabii Pictoris demonstrare pergit. Sed ne ipse Desericius id ad struere se velle ait, sed Scythas duntaxat ibi remansisse, quibus naturali dominio Principes imperabant, donec Scytham Priscum Regem nacti ad Caucasum imperium protulerunt, et constet teste Ios. Flavio Scytharum Patrem fuisse Magog a quo Magogae, deinde Scytham Priscum, ut Diodorus scribit, a quo Scythae dicebantur. Conviciatur deinde Prayus his verbis: „ Oro te doctissime Vir, ne in argutando *tam*

prae-

praecox sis, cui enim id persvadeas, Magog liberos ex coniuge potuit suscipere, ergo Scytha Priscus Magogi filius erat." Contra Desericius tum ex praecepto Dei; *crescite*, *et multiplicamini*; tum ex vi impertitae a Deo benedictionis ad multiplicandum genus humanum. *Benedixit Deus Noe*, *et filiis eius*. *et dixit ad eos*, *crescite*, *et multiplicamini*, *et replete terram*. Cuiusmodi *benedictio* utique etiam ad nepotes (ex quibus Magog) defluxit. Quaerit deinde unde Magogae, nisi Magogi progenies? et quis credat alium, quam ex eodem genere a Magogis Regem; acceptum iri? proinde Scytha de genere Magog. Rursum illudit Desericio Prayus, quod si tam superstitiose gentium originem sumat, ut ex Armenia ducat, redeundum illi foret ad *paradisum*, ubi Adam e limo terrae formatus est. Sed ludificationem levem facili negotio absolvit Desericius, quod non omnium hominum origo, sed tantummodo Scytharum quaeratur, cum proinde hi in Armenia remanserint, nec ad Campum Senaar abierint, inde eorum incunabula esse repetenda. Postremo Prayi tendicula est haec, quod hic Desericius originem Hunnorum ex Armenia adducat, alibi vero e MS. Romano adserat pedes eorum fuisse ultra Volgam ad orientem, sed non observasse Prayum contendit Desericius sedes has fuis-

fuisse secundas, et facile tertias, nec protulerunt enim imperium, teste Diodoro, nec semper in angustiis Armeniae delitescebant, ut e vetustissimis Scriptoribus in suis Commentariis Desericius ostendit. — Denique, ut firmaret epocham Martyrii S. Ursulae Desericius, *illud* paucis in memoriam revoco, ne longus sim, ab eodem ad Coloniensium Senatum, litteras datas fuisse, qui etiam plena humanitatis atque officii epistola respondit, testatusque sepulcris ibi positis annum CCXXVIII. quem Auctor MSti adserit, esse incisum; huius epistolae exemplar postea Desericius Dissertationi *secundae* subiecit *Parergi* titulo. Prodiit post mortem Desericii aliquot mensibus haec ipsa Dissertatio, una cum *Parergo* supplementi nomine, ubi singula Prayus notulis quibusdam dispungere laboravit, quas rursum examinandas sumsit pluribus editis opusculis Benedictus Cetto Homo Instituti mei doctissimus, popularis meus, quem vide sub littera C.

In huius effigiem aeri mandatam Iuvenis *Vaciae*, sequentibus lusit versiculis:

Nosse cupis faciem Deserici: cerne tabellam
Lector, ut exsucco pallor in ore sedet
Pallorem fecit Pallas, dum succus abivit
In calamum, doctos progenerando libros
Hungariae populos Scythas, Hunnos, Avaresque
Prodidit, et primos noscere fecit avos
Cum vultu ingenium, si pingere posset Apelles
A.H. Quodvis pingentis vinceret artis opus.

DMO.

DMOCHOWSKI (*Franciscus a S. Nicolao*) Polonus egregiis Parentibus ortus est in Palatinatu Podlachiae Anno MDCCLXII. Litteris humanioribus diligenter imbutus ad Scholarum Piarum ordinem adspirare coepit, votique compos factus est anno MDCCLXXVIII. Excellente ingenio praeditus humanas Divinasque scientias feliciter condidicit. Eloquentiae institutiones docere iussus, muneri suo, utpote ipse orator et Poëta praestans, cumulatissime satisfecit. Modo in conversione rerum Polonicarum Pastor sollicitus animarum cura suscepta nostrique Instituti amantissimus in maiore Polonia versatur. Varia subiecit prelo ingenii monumenta, nempe

1) Insigne opus praestantis Dominae de Gentis, de Religione, tamquam unico felicitatis humanae, ac verae Philosophiae fundamento ex idiomate Gallico Polonicum reddidit postulante id Sophia de Comitibus Krasinsciis, Principe Lubomirski Castellana Cracoviensi, Vidua, nostroque Ordini addictissima, typisque Varsaviensibus Reipublicae et Collegii Scholarum Piarum vulgavit Anno MDCCXCI. 8vo.

2) Ars Poetica septem Poëmatibus constans, idiomate Polonico explicata typisque Varsaviensibus publici iuris facta A. MDCCLXXXVIII. 8.

3) Iudicium novissimum a Domino Joung Anglice scriptum; postea Gallice redditum Franciscus

ciscus Dmochowski Polonice interpretatus illud Ill. Adamo Nanczewicz Episcopo Coadiutori Smolescensi, nunc vero Episcopo Luceorensi Viro eruditissimo, ac Poëtae celeberrimo mente grata dedicavit. Prodiit hoc Varsaviae typis Reipubl. et Coll. Schol. Piarum Anno MDCCXC. 8vo.

4) Octo libros Iliadis Homeri versu patrio in publicam hominum lucem typis Varsaviensibus emisit Anno MDCCXCII. 8. Reliqui sperantur.

5) Anonymus multa festivo ingenio perfecta opuscula litteris mandavit adversus mordaces Censores, ac praesertim contra quosdam ex Academia Cracoviensi praematura suae mentis opinione laborantes et ultra sobrietatem sapere volentes.

DOBNER (*Gelasius a S. Catharina*). Ingentem luctum ac moerorem propemodum incredibilem Regio-Bohemica Scientiarum Societas Anno Aerae christianae MDCCXL. praeseferre visa fuit, postquam ordinarium suum e praecipuis membrum, virum scilicet longe clarissimum Gelasium DOBNER a S. Catharina e Scholis Piis primo ac septuagesimo aetatis anno Aerae Christ. MDCCXIX. die mensis Maii XXX. Pragae; in qua Metropolitana Urbe laudabili

dabili Parentum honestissimorum cura et sollicitudine liberaliter altus educatusque in Scholis latinis Grammaticae ac humaniorum litterarum cursum apud Divi Ignatii Sodales sexennio absolvit. Interea celeberrimus Professor, ac Medicinae Doctor Ioannes Antonius Scrinei, cui Dobneri soror connubio iungebatur eo potissimum suos retulit conatus, ut dilecto Affini suo ad Patres Scholarum Piarum facilem aditum patefaceret, et horum amicitiam conciliaret. Res e voto cessit. Iuvenis quotidiana per ferias auctumnales Patrum laudatorum consvetudine mirifice delectatus mox Instituti amore flagrare coepit, cui repetita Cosmonossii Pias apud Scholas Rhetorica, svadente ita Provinciae Praeside Anno MDCCXXXVI. nomen dedit. Primis religiosae vitae fundamentis Lipnicii Moravorum positis ad Scholas vernaculas docendas Vetero-Aquam missus imposito muneri egregie satisfecit. Deinde Hornae humanarum Divinarumque rerum scientia et cognitione imbutus Vindobonam Iurisprudentiae sacrae condiscendae causa migravit, quo etiam tempore in Gymnasio Rhetoricam et Poëticam magna Instituti commendatione docendo professus est. Cum vero Austriaci Anno MDCCXLVIII. separationem a Bohemiae Provincia molirentur, Dobnerus eo potissimum omnem ingenii aciem in-

 ten-

tendit, ut divisione impedita contraria animorum sudia tandem ad concordiam revocaret. Nec mora, nec requies: Provinciae suae Moderatoris nomine, a quo causae Actor constituebatur, Supremo tunc Bohemiae Cancellario Comiti ab Harrach, apud quem gratia, et auctoritate florebat, supplicem porrexit libellum. At irriti omnes evasere conatus. Nam licet Aulico-Bohemica Cancellaria hoc maxima contentione apud amplissimum Cardinalem urgeret negotium, et is auctoritate sua Romae in generalibus Scholarum Piarum Comitiis, Patres conscriptos hortaretur, ne Institutum in Bohemia aliquod caperet detrimentum, Purpuratus tamen Princeps victas dedit manus, variis persvasus momentis; atque in eo potissimum res diu anceps et dubia coaluit, ut peculiari ratione, quin Bohemiae, ac Moraviae Collegia quidpiam iuris haberent, Vicaria potestate Provinciae Austriacae Domicilia gubernarentur. Dobnerus igitur cum imminentem sibi gravissimam tempestatem animo prospiceret ob alienam a divisione voluntatem, continuo illud in votis habebat, ut maiorum indulgentia ocius Vienna Nicolsburgum, nempe ante Scholastici anni exitum ad continuandam ibidem humaniorum litterarum professionem transferretur; cuius votis annuens Provinciae Bohemiae Moderator, ipse confestim

sta-

stationem Viennensem cum Nicolsburgensi commutavit. — Sed missas facio reliquas vicissitudines utpote rem litterariam minime ornantes. —Dobneri praeclara molimina indicare placet.— Huius insigni solertiae, ac dexteritati ordo potissimum debet, postquam susceptum excitandae in Urbe Pragensi Academiae consilium clandestinis Lojolitarum artibus eversum est, concessa potestas Anno MDCCLII. ibidem coemendae Domus, quae sex Piarum Scholarum Professoribus, et quatuor distinctis Germanicae ac Bohemicae linguae classibus opportunum hospitium praeberet. Domum igitur tredecim millibus florenorum Rhenensium comparatam, cum instrueret, allectos ad se Adolescentes vera Religione, Calligraphia, vario epistolarum genere, ac stilo erudire coepit, donec ferentariis ex Instituto nostro ad docendum advenientibus Professoribus Mense Octobri Praefectus, et simul Provinciae Procurator maxima Iuventutis frequentia publicas Scholas aperiret, easque ab exculta oratione auspicaretur. — Contentiones litterarias memorabimus. — Studio, quo maxime subsecivis a publico munere horis delectabatur, erat *Patria Historia*; cuius excolendae gratia sufficientem librorum adparatum partim amicorum opera, partim sua diligentia et profuso aere sibi comparavit, et paucorum mensium spatio,

 la-

laboris improbi Historico-Geographico-Litterarium de Bohemia Lexicon scriptum plusquam ducentarum philyrarum eleganter congessit. — Cum autem propositi sui rationem Consecrato Episcopo ac Generali Vicario Wokaunio Homini patria in historia versatissimo illiusque amantissimo explicuisset, Is praecipuus Auctor Dobnero exstitit, ut suos conatus ad res patriae illustrandas cum arte critica coniungeret. Arrisit consilium Dobnero, iamque totum se historieo-critico studio devovit. Huius aliquod specimen daturus, vitam sanitate illusristrium Ludmillae, ac Wenceslai, et res hanc circumstantcs criticum ad examen revocare coepit: an scilicet opus istud a Benedicto Kristano Boleslai filio, tamquam primo auctore proficiscatur? Qua de re dissertationem elaboratam aequissimo arbitro, laudato nempe Antistiti sacram esse volebat, nisi hunc ipsum, sibi, ac multis aliis Viris doctis mors inopinata e vivorum numero surripuisset. Cum vero Hagecium latine redditum opera Victorini Gewina a Cruce Scholarum Piarum Sacerdotis mox typis edendum Provinciae Bohemicae Moderator Dobneri censurae subiiceret, is caute, et sapienter monuit a laudato Victorino plurimas Hagecii fabulas non solum non confutari, verum etiam defendi; ac proinde operis editionem Insti-

stituto nostro minime decori futuram graviter adfirmavit. — Praeses Provinciae perpensis rite difficultatibus Hagecium latina civitate donatum Dobnero ea ratione impense commendat, ut hunc Scriptorem ob vetustatem fundamenti loco quidem haberet, sed praeterea necessarias observationes adiiceret, ac narrationibus reiectis fabellis, atque ineptis opinionibus fidem conciliaret. Atque hinc enata est Annalium Hagecianorum egregia industria, nec minori ingenii acumine illustratorum critica investigatio, recognitio, ac tandem, ut deinceps patebit, opportuna publici iuris faciendorum occasio. — Durante Pragae Anno MDCCLVII. Borussica obsidione admirabili contentione, invictoque animo Instituti sui Domum, in quam praeter multos e tormentis emissos globos, undecim quoque ignem vomentes, tribus enectis militibus inciderunt, ab incendio, et maiore ruina vindicavit. Mox, maius Collegium, Ordo in parte Urbis, *nova Civitate* dicta molitus est. Sed huic labori exantlando manum admovere Dobnerus non potuit, ut, quod voluntate Principis Mansfeldii, a quo ad erudiendum pietate ac litteris Georgium invitabatur, obsequendum foret, simulque ad elaborandum coeptos arte critica Hagecii Annales plus otii ac temporis nancisceretur, cuius operis Pars prima iam Au-

no

no MDCCLXI. publicam eruditorum lucem subivit.—Lapsu temporis plura veterum Bohemorum manuscripta eidem innotuerunt; quae, quoniam typorum beneficiis, lucem non viderant, tamquam fontibus patriae historiae uti non licuit. Qua de causa, impedimenta remoturus; *Monumenta Historica nusquam ante hac edita* publico prelo subiecit quorum Tomus primus anno MDCCLIV. Pragae in quarta maiore, ut aiunt, forma prodivit. — Eodem anno Dobnerus Discipulum suum nobilissimum Georgium, quum summa sollicitudine bonis artibus imbuendum, susceperat, morte immatura, exstinctum amisit, Principique valedicens Pragensi Collegio Rector praefectus fuit. — Multa etiamnum ac fere praecipua ad complementum aedium desiderabantur: cumprimis coenaculum, et Bibliotheca, duo scilicet diversoria, in quorum uno corpus, in altero mens reficeretur. Triginta mensium intervallo Vir praestantissimus eo rem adduxit, ut Professoribus Instituti sui ex veteri domicilio in multo commodius translatis iam mense Novembri Scholas magna celebritate inchoaret. — Has inter gravissimas muneris rationes tantum abest, ut coepti operis prosequutionem interruperit, ut potius improbo labore suo Historiam critice ad nostram usque aetatem productam, et absolutam lectoribus dudum dedisset, nisi futilibus controver-

sis non tam veritatis indagandae atque inveniendae studio, quam laureolam de Mustaceo captantes cogniti adversarii Duchowski, P. Athanasius, Pubitschka praeclaros huius conatus retardassent. At neminem horum impunctum abire sivit, adeo rosponsionibus audaciam horum, ac temeritatem compressit. Cum vero his disceptationibus nobiliorem temporis partem effluere animadverteret, suos livore plenos aemulos centemtu, vel paucis verbis ad silentium redegit. Argumenta controversa erant Csehus, et veteres Zichi, a quibus Tsehos ac Bohemos derivabat. Porro cum existentia Lechi a Dobnero in dubium vocaretur, et Princeps Jablonowski, a cuius nomine Dissertationes de Slavicis rebus *Acta Jablonowiana* denominationem acceperunt, Schlötzeri responso ad quaestionem erga praemium propositam non contentus esset: ipse ad Dobnerum latinas exaravit litteras, huncque ob impugnatas de Lecho fabulas reprehendit, eo, quod hac ratione, atque auctoritate sua Schlötzero imposuerit, et suam in sententiam pertraxerit. Dobnerus summa libertate ac constantia missa epistola respondens Principem rogabat, Schlötzero, ne statutum praemium subtraheret cum bene de litteris mereretur, etsi problematis historici solutio Principis opinioni, sententiae, atque expectationi minime satisfecisset. At Princeps o-

mues conatus, ingeniique vim eo retulit, ut Lechi auctoritatem, a cuius exsistentia maximus in familiam suam splendor, ac pervetustum in progeniem suam decus iuxta suam existimationem redundare videbatur, conductis undique defensoribus contra quaecumque adversariorum molimina, quam maxime stabiliret ac vindicaret. Dobnerus victor sui dudum animo prospiciens turbinem, ac procellas altum tacebat; nec enim modus, nec tempus erat omnibus factiosis respondendi. Quadam etiam occasione idem Princeps Jablonowius, cum forte Litomericensem Antistitem, et virorum doctorum Moecenatem inviseret, et Dobnerum quoque in corona hospitum adesse conspicaretur, adeo impotens sui evasit, ut hunc nec conspectu suo, nec ullo alloquio dignum reputaret. Ipse Dobnerus in vitae suae cursu a se descripto, ac de more Societati Scientiarum Regiae oblato huius eventus verbis disertis meminit.—Sed huius generis dissentientes animi Dobnero nihil minus, quam impedimento erant, quin exorsam telam ultro texeret, ac prosequeretur. Porro Maria Theresia incomparabilis Hungariae et Bohemiae Regina, praestantiorumque ingeniorum Altrix Dobnerum ad se accitum variis, quae Regia liberalitate in lucem prolata sunt, ingenii monumentis, voluminibusque pretiosis

do-

donavit, et cum ad industriam exacuendam, tum ob patefacta eruditionis reconditae specimina, annuum, quo ad supremos dies vitae frueretur, tercentorum florenorum stipendium eidem adtribuit. Ad augendam hominis dignitatem Patres Bohemiae Provincialem Consultorem, ac deinde Assistentem nominarunt. Universi autem Ordinis Praeses, quem Generalem nuncupant praerogativa emeriti Provincialis ornandum iudicavit Societas vero Scientiarum Regio-Bohemica luculento marmore huius inscriptionis, perennem Viri, suique Sodalis memoriam commendavit:

GELASIO. DOBNERO.
BOHEMO. PRAGENSI.
HAGECII. COMMENTATORI.
SODALI. SUO.
POSUIT.
SOC. IESU SCIENT. BOHEM.
O. IX. ID. IUN. M. DCCXC.
AETATIS. SUAE. LXXI.

Nomen ipsius in eruditorum libris, ephemeridibusque litterariis tota Europa celebratur. Opera, quae Dobnerum vel post fata redivivum sistunt, et famam huius ab oblivione vindicabunt, huius argumenti sunt, quae secundum ordinem, quantum licebit, chronologicum enumerabimus.

1)

1) Orationes latinae tres; nempe *a*) De laudibus Iosephi Calasanctii a Matre Dei CC. RR. Matris Dei Scholarum Piarum Fundatoris habita dum idem auctoritate Benedicti XIV. Pontificis Maximi solenni ritu Beatorum numero adscriberetur Anno MDCCXLIX. in quarta forma maiore. *b*) In festo die S. Patritii Hiberniae Apostoli. *c*) In solennitate Beatae Mariae Virginis sine originis labe conceptae, quae omnes lucem viderunt Pragae apud Patres Hibernos in quarta for. maiore.

2) Wenceslai Hagek a Liboczán Annales Bohemorum e Bohemica editione latine *redditi*, et notis illustrati a Victorino Gewina a S. Cruce e Scholis Piis, nunc plurimis animadversionibus Historico-Chronologico-Criticis, nec non diplomaticis, litteris publicis, et Genealogica, Numaria, variisque generis antiqui aeri incisis monumentis aucti a P. Gelasio Dobner a S. Catharina eiusdem Instituti Sacerdote. Pars I. seu Prodromus quo Hageri proemium de origine gentis Bohemicae pertractatur. Cum S. C. R. et Apostolicae Maiestatis privilegio. Pragae litteris viduae Kirchnerii Regii Typographi, Factore Franc. Carolo Unger A. MDCCLXI. 4to.

3) Wenceslai Hagek a Liboczán Annales Bohemorum e Bohemica editione latine redditi, et notis illustrati a Victorino Gewina a S. Cru-

Cruce e Scholis Piis, nunc pluribus animadversionibus Historico-Chronologico-Criticis, nec non diplomatibus, litteris publicis, et Genealogica, Numaria, variisque generis antiqui aeri incisis monumentis aucti a P. Gelasio Dobner a S. Catharina eiusdem Instituti Sacerdote. Pars II. quae Bohemiae Historiam ab anno DCXLIV. usque ad annum DCCCLII. complectitur. Pragae typis Ioannis Iosephi Clauser Regii Typographi Anno MDCCLXIII. in quarta maiore forma.

4) Wenceslai Hagek a Liboczán Annales Bohemorum e Bohemica editione latine redditi, et notis illustrati a Victorino Gewina a S. Cruce e Scholis Piis, nunc plurimis animadversioni-Historico-Chronologico-Criticis, nec non diplomatibus, litteris publicis, et Genealogica, Numaria, variisque generis antiqui aeri incisis monumentis aucti a P. Gelasio Dobner a S. Catharina eiusdem Instituti Sacerdote. Pars III. quae Bohemiae historiam ab anno DCCCLII. usque ad annum DCCCCXXXVI. complectitur. Pragae apud laudatum Regium Typographum Anno M. DCCLXV. 4to med.

5) Wenceslai Hagek a Liboczán Annales Bohemorum e Bohemica editione latine redditi, et notis illustrati a Victorino Gewina a S. Cruce e Scholis Piis, nunc plurimis animadversionibus

nibus Historico-Chronologico-Criticis, nec non diplomatibus, litteris publicis, et Genealogica, Numaria, variisque generis antiqui aeri incisis monumentis aucti a P. Gelasio Dobner a S.Catharina eiusdem Instituti Sacerdote. Pars IV. quae Bohemiae historiam ab anno CMXXXVII. usque ad annum MIV. complectitur. Pragae typis Ioan. Sophiae Clauserin Viduae Factore Franc. Car. Unger Anno MDCCLXXII. 4to. med.

6) Wenceslai Hágek a Liboczán Annales Bohemorum e Bohemica editione latine redditi, et notis illustrati a Victorino Gewina a S. Cruce e Scholis Piis, nunc plurimis animadversionibus Historico - Chronologico - Criticis, nec non diplomatibus, litteris publicis, et Genealogica, Numeraria, variisque generis antiqui aeri incisis monumentis aucti a P.Gelasio Dobner a S.Catharina eiusdem Instituti Sacerdote. Pars V. quae Bohemiae historiam ab anno Christi MIV. usque ad annum MXCIV. complectitur. Pragae typis eiusdem Factore Matthia Glatz A. MDCCLXXVII in 4to.

7) Wenceslai Hagek a Liboczán Annales Bohemorum e Bohemica editione latine redditi et notis illustrati a Victorino Gewina a S. Cruce e Scholis Piis, nunc plurimis animadversationibus Historico-Chronologico-Critis, nec non diplomatibus, litteris publicis, et Genealogica,

Nu-

Numaria, variisque generis antiqui aeri incisis monumentis a P. Gelasio Dobner a S. Catharina eiusdem Instituti Sacerdote. Pars VI. quae Bohemiae historiam ab anno Christi MXCIV. ad annum usque MCXCVIII. complectitur: typis eiusdem, eodemque Factore Pragae Anno M. DCCLXXXII. in 4to. med.

8) Wencaslai Hagek a Liboczàn Annales Bohemorum e Bohemica editione latine redditi, et notis illustrati a Victorino Gewina, a S. Cruce e Scholis Piis, nunc plurimis animadversionibus Historico-Chronologico-Criticis, nec non diplomatibus, litteris publicis, et Genealogica, Numaria, variisque generis antiqui aeri incisis monumentis aucti a P. Gelasio Dobner a S. Catharina eiusdem Instituti Sacerdote. Pars VII. quae Bohemiae historiam ab anno Christi MCXCVIII. usque ad annum MCCLXIV. Continuatore P. Dominico Mader a S. Vincentio productam, sed morte huius, interruptam XXX. phyl. impressis continet.

9) Dobner Gelasii a S. Catharina e Scholis Piis Epistola Apologetica adversus Luciferum urentem non lucentem, qua Gentis Csechicae origo a veteribus Zicchis Asiae populis, et Ponti Euxini, Moeotidisque accolis vindicatur, seu appendix, et elucidatio Prodromi Annalium Hagecianorum. Pragae typis Ioan-

Ioannis Iosephi Clauser Regii Typographi Anno MDCCLXVII. in 4to maiore forma.

10) Historiophili Examen Criticum Disquisitionis nuper a R. P. Athanasio *a S. Iosepho Ordinis FF.* Eremit. S. Patris Augustini *Discal.* in lucem editae, quo ostenditur nomen Czechiae, etCzechorum ab Archipincernatu Iure haereditario Bohemiae adnexo petitum, nec verae Chronologiae, nec Historiae nec crisi respondere: contra vero simillimam esse sententiam, quae originem Gentis et nominis Czechorum ex veteribus Zecchis, seu Zichis Asiae populis repetit. Pragae apud eundem MDCCLXIX. 4to.

11) Historiophili examen Criticum alterum, quo expenduntur et profligantur dubia nuper adversus originem Czechorum u Zecchis, Zichisve Asiae populis petitam ab eximio P. Pubitsckka S. I. in serie sua chronologica rerum Slavo-Bohemicarum, quae Secundis Viennensibus curis prodiit, obiecta. — Referendae ego habeo linguam gratiae. — Eodem mihi pretio sal praebetur, quo tibi Plautus. Pragae *apud eumdem Anno MDCCLXX. in quarta mai. form.*

12) Monumenta Historica Bohemiae nusquam antehac edita, quibus non modo patriae, aliarumque vicinarum regionum, sed et remotissimarum gentium historia mirum quantum illustratur. Collegit et partim ex autographis, partim

partim ex legitimis apographis codicibus recensuit, cum variis Mss. exemplaribus contulit, plurimis animadversionibus, aerique incisis sigillis adornavit, denique locupletissimo indice instruxit Gelasius Dobner a S. Catharina e CC. RR. Scholarum Piarum. Tom. I. quo comprehenduntur — a) Vincentii Canonici Pragensis ab anno MCXL. usque MCLXVII. — b) Chronophus Siloënsis ab anno MCLXVII. usque MCXCII. — c) B. Gerlaci Abbatis Milovicensis Fragmentum ab Anno MCXCIII. usque MCXCVIII. — d) Bartossii de Drahonicz chronicon ab Anno M. CCCCLXIX. usque MCCCCXCIII. — e) Appendix ab Anno MCCCX. usque MCCCCLXIV. — f) — Schleinicii Fragmentum de Waldsteinia, et Wartembergensi stirpe — g) Centuria Diplomatum Waldsteinio - Wartembergicorum. Pragae litteris Ioannis Iacobi Clauseri Regii Typographi Anno MDCCLXIV. 4to. med. for.

13) Monumenta HistoricaBohemiae nusquam antehac edita, quibus non modo patriae, aliarumque vicinarum regionum, sed et remotissimarum gentium historia mirum quantum illustratur. Collegit, et partim ex autographis, partim ex legitimis apographis codicibus recensuit, cum variis Mss. exemplaribus contulit, plurimis animadversionibus, aerique incisis sigillis adornavit, denique locupletissimo indice instru-

xit Gelasius Dobner a S. Catharina e CC. RR. Scholarum Piarum. Tomus II. quo comprehenduntur — a) Cosmae Decani Pragensis versus leonini de Passione S. Adalberti Episcopi et Martyris — b) Anonymorum Polonorum vitae duae eiusdem Sancti. — c) Anonymi vita B. Ivanii Eremitae — d) Chronicon Ioannis Marignolae Florentini, Episcopi Birianensis — e) Anonymi breve chronicon Hunnobrodense — f) Fragmentum cuiusdam Synodi Strigoniensis — g) Anonymi diarium de rebus Matthiae Gubernatoris Hungariae, eiusdemque iam Regis solenni Pragam ingressu — h) Specimen Diplomatarii Bohemico-Hungarici Pragae litteris eiusdem Anno MDCCLXVIII- in 4to med. forma.

14) Monumenta Historica Bohemiae nusquam ante hac edita, quibus non modo patriae, aliarumque vicinarum regionum, sed et remotissimarum gentium historia mirum quantum illustratur. Collegit, et partim ex autographis, partim ex legitimis apographis codicibus recensuit, cum variis Mss. exemplaribus contulit plurimis animadversionibus, aerique incisis sigillis adornavit, denique locupletissimo indice instruxit Gelasius Dobner a S. Catharina e CC. RR. Scholarum Piarum. Tomus III. quo comprehenduntur — a) Necrologium Bohemicum saeculi XII. — b) Anonymi excerpta ex chronico a

Christi

Christi Domini nativitate usque ad annum M. CLVIII. — c) Series Ducum et Regum Bohemiae, usque ad Ioannem Regem — d) Series episcoporum Pragensium omnium.—e) Memoriae trium Archi-Episcoporum. — f) Chronica Bohemorum ab initio gentis ad annum MCCCCXXXVIII. — g) Przibiconis, dicti Pulkavae Chronicon ab initio gentis ad annum MCCCXXX. — h) Cursus Mansianorum Metropolitanae Pragensis Ecclesiae — i) Eorumdem statuta, Privilegia, et Diplomata. Pragae typis Clauserianis Factore Adalberto Mach Anno MDCCLXIV. in quarta maiore forma.

15) Monumenta Historica Bohemiae nusquam antehac edita, quibus non modo patriae, aliarumqae vicinarum regionum, sed et remotissimarum gentium historia mirum quantum illustratur. Collegit et partim ex autographis, partim ex legitimis apographis codicibus recensuit, cum variis Mss. exemplaribus contulit, plurimis animadversionibus, aerique incisis sigillis adornavit, denique locupletissimo indice instruxit Gelasius Dobner a S. Catharina e CC. RR. Scholarum Piarum. Tomus IV. quo continentur.— a) Benesii Krabice de Waicmile, Archi-Diaconi Zatecensis et Canonici Pragensis Chronicon ab Anno MCCLVII. usque ad annum M. CCCCLXXXVII. — b) Ioannis Neplachtonis Abbatis

tis Opatoviensis Epitome Chronicae Bohemicae ab ab anno DCCCXXXVIII. usque ad MCCCLI. —e) Anonymus continuator Pulkavae ab anno MCCCX. usque MCCCCXXXII. — d) Anonymus continuator Pulkavae ab anno MCCCXXXVIII. usque MCCCCLXX.— e) Ius municipale et Montanum Iglaviense scriptum circa annum MCCL. — f) Specimen Codicis Diplomatici Moravici ab anno DCCCLXXIX. usque ad MD. Pragae iisdem typis Anno MDCCLXXVI. in quarta form. maiore.

16) Monumenta Historica Bohemiae nusquam antehac edita, quibus non modo patriae, aliarumque vicinarum regionum, sed et remotissimarum gentium historia mirum quantum illustratur. Collegit et partim ex autographis, partim ex legitimis apographis codicibus recensuit, cum variis Mss. exemplaribus contulit, plurimis animadversionibus, aerique incisis sigillis adornavit, denique locupletissimo indice instruxit Gelasius Dobner a S. Catharina e CC. RR. Scholarum Piarum. Tomus V. quo comprehenditur Petri Abbatis Aulae Regiae Tertii, Chronicon Aulae Regiae in tres partes divisum, atque per duo saecula frustra quaesitum, et scriptum ex elegantissimo Codice membranaceo, codice saeculi XIV. exordientis Archivi Inclyti Magistratus Iglaviensis, referens gesta, et

et memorias Ottocari II. Wenceslai II. et III. Rudolphi I. Henrici I. Ioannis I. Regum Bohemiae; denique Caroli Marchionis Moraviae, postea Imperatoris. Pragae iisdem typis Anno M. DCCLXXIX. in quarta form. mai.

17) Monumenta Historica Bohemiae nusquam antehac edita, in quibus non modo patriae, aliarumque vicinarum regionum, sed et remotissimarum gentium historia mirum quantum illustratur. Collegit et partim ex autographis, partim ex legitimis apographis codicibus recensuit, cum variis Mss. exemplaribus contulit, plurimis animadversionibus, aerique incisis sigillis adornavit, denique locupletissimo indice instruxit Gelasius Dobner a S. Catharina e CC.RR. Scholarum Piarum. Tomus VI. quo comprehenduntur. — a) Historia Diplomatica Brzewnoviensis primi in Bohemia Monasterii Ordinis S. Benedicti ab anno DCCCCXCIII. usque ad annum MDCCXXVI. — b) Francisci Canonici Pragensis Liber tertius Chronicae Pragensis editis exemplaribus locupletior Caroloque IV. inscriptus ab anno MCCCXXXIII. usque ad annum M. CCCLIII. — c) Fragmentum codicis praebendarum, distributionum, et Officiorum Ecclesiae S. Georgii in Castro Pragensi Saeculi XIV. — d) Diplomatarium exstincti Monasterii Willemoviensis Ordinis S. Benedicti ab anno MCCXIV.

usque annum MDLXXVII. — e) Memorabilia Monasteriorum Brzewnoviensis, et Rayhradensis in Moravia saeculi medii. — f) Anonymi brevis compilatio chronologica ab anno MCCCX. usque MCCCCXXXII. Pragae A. MDCCLXXXV. 4to.

Verschiedene Abhandlungen in allen sechs Bänden der Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen.

18) Im ersten Bande von Iahr MDCCLXXV. Beweis, dass die Urkunde Boleslaus II. Herz. in Böhmen, welche in dem Archive des kl. Bezemejer bey Prag aufbewahret wird ächt, und unter den bisher bekannten die ältesten sey. In der vierten Ausgabe des gelehrten Deutschlands wird zwar auf eine Abhandlung über die Böhmische Diplomatik angeführet. Prag MDCCLXXV. aber sie ist, von den erwähnten Beweise nicht unterschieden. Prof. von Monse lies sie anno MDCCLXXXI. mit seinen und Dobners Anmerkungen wider zu Olmütz academischen.

19) Im zweyten Bande vom Iahr MDCCLXXVI. kritische Untersuchung wann das Land Mähren ein Markgrafthum geworden, und wer dessen erster Markgraf gewesen sey? Veranstaltet von Dobners Untersuchung von Mähren ein Markgrafthum geworden? eine verbesserte Auflage (durch ädlen von Monse) Olmütz Anno MDCCLXXXI. in 8vo.

20)

20) Im dritten Bande von Iahre MDCCL. XXVII. kritischer Beweis, dass die Mütze (Mitra) welche Papst Alexander II. den Böhmischen Herzoge Wratislaus verliehen, nichts als eine Chormütze, oder Bischöfliche Chorkappe gewesen.

21) Im vierten Bande von Iahre MDCCL. XXIX. Historisch-Kritische Beobachtungen über den Ursprung, Abänderung, und Verdoppelung des böhmischen Wappen-Schildes.

22) Im fünften Bande von Iahre MDCCL. XXXII. Historischer Beweis, dass Wladislaw der II. Herzog in Böhmen zu Anfang des MCLVIII. Iahres zu Regenspurg gekrönt worden; und das der goldene Reif, den ihm, und seinen Trohnfolgern Kaiser Fridrich ertheilet hat, eine wahre königliche Krone gewesen.

23) Im sechsten Bande von Iahre MDCC. LXXIV. Kritische Abhandlung von den Gränzen Alt-Mährens, oder des grossen Mährischen Reichs im neunten Iahrhundert, gegen einige den Ruhm des heutigen Markgrafthums Mähren nachthellige Sätze des Hrn. Stephans Salagius eines neuen Ungarischen Schriftstellers.

In den Abhandlungen der Böhmischen Gesellschaft der Wissenschaften seit MDCCL. XXV. bis MDCXC. stehen von ihm.

24) In dem ersten Bande: Ob das so genannte

nannte Cyrillische Alphabet eine Erfindung des Slaven Apostels Cyrill sey?

25) In dem nämlichen: Kritische Untersuchung ob das Christenthum von dem Heiligen Methud, und dessen apostolischen Mitarbeiter nach den Grundsätzen, Lehre und Gebräuchen der Römischkatholischen oder der Griechischen Kirche eingeführet worden? — Zweytens ob den Heiligen Methud vom Papst Ioanne VIII. das Slawische Meslesen geradehin, und uneigeschränkt jemals verboten worden?

26) In dem zweyten Bande: Uiber die Einführung des Christenthums in Böhmen.

27) Ebendaselbst! Geschichte Ulrichs eines noch wenig bekannten Mährisch-Lundenburgischen Fürsten samt von demselben eingeführten ältesten Brünnerrechten.

28) In dem dritten Bande: Historisshe Nachrichten von dem Herzoglichen Geschlechte der Bömischen Theobalde.

29) In dem vierten Bande; Abhandlung über das alter der Böhmischen Bibelübersetzung.

30) Vindiciae sigillo Confessionis divi Ioannis Nepomuceni Proto-Martyris poenitentiae adsertae. Pragae MDCCLXXIV. 8. kam auch in einer freyen Uibersetzung ebendaselbst her aus.

31) Dissertatio de sexagena grossorum Pragensium summa eruditione conscripta, quam Cl. Georgius Pray Annalibus Regum Hungariae Part. II. ad annum MCCCCXII. inseruit.

Inter plura, quae post se reliqit, Mss. memorantur praecipue sequentia — a) Slavicae denominationes Sanctorum secundum Alphabeti seriem veris latinis nominibus explicatae. — b) Regestum aliquod Diplomatum Bohemiae et Moraviae tam typis editorum, quam manuscriptorum ad modum Georgischii dispositum.—c) Appendix ad Glossarium medii aevi clarissimorum Virorum du Fresne, ex Carpentier ex Bohemicis monumentis, quae ambobus ignota erant, collecta.

DOGIEL (*Matthias a S. Dominico*) vitales auras primum delibare coepit in Magno Ducatu Lithvaniae Anno MDCCXIII. Doctrina, qua iuvenilis aetas erudiri solet, insigniter excultus ad Scholarum Piarum Ordinem adspiravit MDCCXXX. In hoc variis in Collegiis docta Rhetorica, et Poesi, Civili, atque Ecclesiastica Historia Philosophia et Theologia ob admirandam perspicuitatem, atque eruditionis copiam omnem tulit adprobationem. Accessit ad haec comitas, et adfabilitas, bene merendi de aliis studium, ingenii acumen, consilii ma-

maturitas, iudicandi acrimonia in subitis casibus promtitudo et dexteritas, ceteraeque virtutes, quibus id factum est, ut fama sui nominis longe, lateque propagaretur. Hac de causa Magni Ducatus Lithvaniae Mareschallus Curiae Comes Scipio de Campo, apud quem ab arcanis conscientiae fuit noster Dogiel, filium unigenam suum eiusdem curae, sollicitudini ac prudentiae religione ac litteris instituendum commisit, quo cum post aliquot annorum spatium luctuosumque patris obitum sascepto exteras in regiones itinere nobilissimas Academias perlustravit, ac celeberrimorum, doctissimorumque hominum Lipsiae Rechenbergi, Mascovii Menckenii: Argentorati Schöpfini; Parisiis Abbé Lenglet du Fresnoy et Marquis d'Angerson aestimationem, ac benevolentiam sibi, viaeque comiti mirifice conciliavit. Horum ope in Poloniam redux, quidquid in Galliae, Germaniae, Bataviae, Poloniae, consultis Bibliothecis, et Principum, Procerumque Archivis reperiri potuit ad excellens, maximique momenti opus perficiendum, copiose accepit, atque admirabili solertia digessit. Alte vero insederat dudum huius animo edendi Codicis Diplomatici, quo Tabulae Publicae tam veteres, quam recentes ad Regnum Poloniae iunctas, spectantes continentur. Tandem multorum vota exple-

plevit, cum Rege ultro assensum praebente, Senatoribusque Regni adprobantibus duos tomos edidit, ac pro sex aliis materiam singulatim dispositam reliquit. Porro peculiari opere complexus est limites Poloniae, et Magi Ducatus Lithvaniae. Praesidi Provinciae a Consiliis, et Rector Collegii Vilnensis, eiusdem bona vindicavit, fabricam refecit Ecclesiae fundamenta iecit, Bibliothecam novis accessionibus locupletavit, Typographiam obtento Regio diplomate fundavit et Palatio magno aere comparato Collegium Nobilium Vilnae aperuit. Curotrophium Comitum Scipionum ex pago ad Regium oppidum Lidam transtulit, et firmavit. Varsaviam profectus ut alium de Livonia operis tomum de Livonia Carolo Regio Principi et Curlandico Duci dedicatum offerret, inopinato letali oppressus morbo universae Poloniae, Procerum, Regisque ipsius incredibili dolore supremum vixit diem XIV. Februarii Anno MDCCLX. opera miranda typorum elegantia, chartae nitore, magnaque cura edita, et fortassis edenda, in VIII. Thomos tributa, hanc praeferunt inscriptionem.

1) Codex Diplomaticus Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae, in quo pacta, foedera, tractatus pacis, mutuae amicitiae subsidiorum, induciarum, commerciorum, nec

non

non consensiones pactiones, concordata, transactiones, declarationes, statuta, ordinationes, Bullae, Decreta, edicta, rescripta, sententiae arbitrales, infeudationes, homagia, pacta etiam matrimonialia, et dotalia. Litterae item reversales, concessionum, libertatis, immunitatis donationum, oppignorationum, renuntiationum, erectionum, obligationum, venditionum, emtionum, permutationum, cessionum, protestationum aliaque omnis generis publico nomine actorum et gestorum monumenta, nunc primum ex archivis publicis eruta, ac in lucem protracta, rebus ordine chronologico dispositis exhibentur. Vilnae ex tyographia Regia, et Reipublicae Collegii Scholarum Piarum Anno MDCCLVIII. in folio mediano.—Tomus I. Pars I Bohemia, Hungaria, Austria, Dania, Bavaria, Marchia Brandeburgensis, Respublica Veneta, Saxonia, Gallia, Ducatus Brunswiciensis, Hollandia, Transilvania. —Pars II. Provinciae, quae olim Imperio Polono erant, Silesia, Pomerania, Marchia nova, Moldavia, et Valachia.

2) Codex Diplomaticus Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithvaniae, in quo pacta, tractatus pacis, mutuae amicitiae, subsidiorum, induciarum, commerciorum, nec non conventiones, pactiones, concordata, transactiones, declarationes, statuta, ordinationes, bullae, decreta,

creta, edicta, rescripta, sententiae arbitrales, infeudationes, homagia pacta etiam matrimonialia et dotalia; Litterae item reversales consionum, libartatis, immunitatis, donationum, oppignorationum, renuntiationum, erectionum, obligationum, venditionum, emtionum, permutationum, cessionum, protestationum, aliaque omnis generis publico nomine actorum, et gestorum monumenta, nunc primum ex Archivis publicis eruta, et in lucem protracta; rebus ordine chronologico dispositis exhibentur. Vilnae ex typographia Regia, et Reipublicae Collegii Scholarum Piarum Anno MDCCLVIII. in folio med. mansit in Msto. Tomus II. Pars I. Rossia, Turcia, Tartaria Crimensis, Svecia. Pars II. Instrumenta ad negotium Summarum Reipublicae Neapolitanarum pertinentia.

3) Codex Diplomaticus Regni Poloniae, et Magni Ducatus, Lithvaniae, in quo pacta, foedera, tractatus pacis, mutuae amicitiae subsidiorum, induciarum, commerciorum, nec non conventiones, pactiones, concordata, transactiones, declarationes, statuta, ordinationes, bullae, decreta, edicta, rescripta, sententiae arbitrales, infeudationes, homagia, pacta etiam matrimonialia, et dotalia. Litterae item reversales, concessionum, libertatis, immunitatis, donationum, oppignorationum, renuntiationum, ere-

ctio-

ctionum, obligationum, venditionum, emtionum, permutationum, cessionum, protestationum, aliaque omnis generis publico nomine actorum, et in lucem protracta rebus ordine chronologico dispositis exhibentur. Tomus III. Pars I. Lithvania. Pars II. Masovia, Russia, Podolia, Terra Belzensis, Praefectura Scepusiensis, Ducatus Severiae, Ducatus Osviecimensis, et Zatoriensis.

4) Codex Diplomaticus Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithvaniae, in quo pacta, foedera, tractatus pacis, mutuae amicitiae, subsidiorum, induciarum, commerciorum, nec non conventiones, pactiones, concordata, transactiones, declarationes, statuta, ordinationes, bullae, decreta, edicta, rescripta, sententiae arbitrales, infeudationes, homagia, pacta etiam matrimonialia et dotalia: Litterae item reversales concessionum, libertatis, immunitatis, donationum, oppignorationum, renuntiationum, erectionnm, obligationum, venditionum, emtionum, permutationum, cessionum, protestationum, aliaque omnis generis publico nomine actorum, et gestorum monumenta, nunc primum ex Archivis publicis eruta, ac in lucem protracta, rebus ordine chronologico dispositis exhibentur. Vilnae ex typographia Regia, et Reipublicae Collegii Scholarum Piarum Anno

M.

MDCCLVIII. in folio mediano. Tomus IV. Prussia.

5) Codex Diplomaticus Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithvaniae, in quo pacta, foedera, tractatus pacis, mutuae amicitiae, subsidiorum, induciarum, commerciorum, nec non conventiones, pactiones, concordata, transactiones, deslarationes, statuta, ordinationes, bullae decreta, edicta, rescripta, sententiae arbitrales, infeudationes, homagia, pacta etiam matrimonialia et dotalia: Litterae item reversales concessionum, libertatis, immunitatis, donationum, oppignorationum, renuntiationum, erectionum, obligationum, venditionum, permutationum, cessionum, protestationum, aliaque omnis generis publico nomine actorum, et gestorum monumenta, nunc primum ex Archivis publicis eruta, ac in lucem protracta, rebus ordine chronologico dispositis exhibentur. Vilnae ex Typographia Regia, et Reipublicae Collegii Scholarum Piarum. Anno MDCCLVIII. in folio mediano. Tomus V. Livonia.

6) Codex Diplomaticus Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithvaniae, in quo pacta, foedera tractatus pacis, mutuae amicitiae, subsidiorum, induciarum, commerciorum, nec non conventiones, pactiones, concordata, transactiones, statuta, ordinationes, bullae, decreta, edicta,

re-

rescripta, sententiae arbitrales, infeudationes, homagia, pacta etiam matrimonialia et dotalia: Litterae etiam reversales, concessionum, libertatis, immunitatis, donationum, oppignorationum, renuutiationum, erectionum, obligationum, venditionum, emtionum, permutationum, cessionum, protestationum, aliaque omnis generis publico nomine actorum, et gestorum monumenta, nunc primum ex Archivis publicis eruta, et in lucem protracta, rebus ordine chronologico dispositis exhibentur. Tomus VI. in quo litterae Pontificiae, ac Ducum et Regum Poloniae concordata, privilegia, ordinationes, statuta, edicta, rescripta, mandata ad ordinem spiritualem et res Regni Ecclesiasticas pertinentia continentur.

7) Codex Diplomaticus Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithvaniae, in quo pacta, foedera, tractatus pacis, mutuae amicitiae subsidiorum, induciarum, commerciorum, nec non conventiones, pactiones, concordata, transactiones statuta, ordinationes, bullae decreta, edicta, sententiae arbitrales, infeudationes, homagia, pacta etiam matrimonialia, et dotalia; Litterae item reversales, concessionum, libertatis, immunitatis, donationum, oppignorationum, renuntiationum, creationum, obligationum, venditionum, emtionum, permutationum, cessionum,

num, protestationum, aliaque omnis generis publico nomine actorum, ex gestorum monumenta, nunc primum ex Archivis publicis eruta; et in lucem protracta rebus ordine chronologico dispositis exhibentur. Tomus VII. Iura libertates, privilegia, nec non statuta, et antiquae Constitutiones Regni, alique huius generis monumenta, quae non dum in lucem publicam prodierunt.

8) Codex Diplomaticus Regni Poloniae, et Magni Ducatus Lithvaniae in qao pacta, foedera, tractatus pacis, mutuae amicitiae, subsidiorum, induciarum, commerciorum, nec nón conventiones, pactiones, concordata, transactiones, statuta, ordinationes, bullae, decreta, edicta, rescripta, sententiae arbitrales infeudationes, homagia, pacta etiam matrimonialia, et dotalia: Litterae item reversales concessionum, libertatis, immunitatis, donationum, oppignorationum, renuntiationum, erectionum, obligationum, venditionum, emtionum, permutationum, cessionúm, protestationum, aliaque omnis generis publiso nomine actorum, et gestorum monumenta, nunc primum ex Archivis publicis eruta, et iu lucem protracta, rebus ordine chronologico dispositis exhibentur. Tomus VIII. Pars I. Supplementum Codicis Diplomatici. Pars II. Regestum chronologicum Co-

dicis

dicis Diplomatiei cum Indice rerum in eo contentarum.

9) Accedit ad haec opera, singulare continens limites Regni Poloniae et Magni Ducatus Lithvaniae MDCCLIV. Vilnae in folio,

10) Matthiae Dogiel C. R. S. P. De iure Poloniae in Silesiam dissertatio singularis. Anno MDCCLV. Vilnae in folio.

DOLMAT (*Stanislaus a S. Michaele*) Lithvanus editus est in lucem Vilnae Anno MDCCXXVII. originemque a vetusta, et praenobili stirpe duxit. Iuvenis admodum, elegantioribus litteris excultus Scholarum Piarum *albo* inseri cupiens biennium tirocinii religiosi emensus ritu solenni votis emissis ordini se vinculo arctiore obstrinxit. Maiorum auctoritate Romam missus in Collegio S. Michaelis Apostolico nostrorum curae concredito solida iecit fundamenta scientiarum, sed cumprimis Philosophiae, ac Mathesi meliorem temporis partem strenue impendit. Redux ex Italia in Witebscensi Domicilio Geometriae ac Historiarum Professor constitutus est. Praelectiones Geometricab oratione luculenta de scientiis Mathematicis nobili iuventuti necessariis auspicatus est, quae Castellano Polocensi Constantino Ludovico Plater eximio liberalium artium ac sublimiorum

sci-

scientiarum Cultori ac Patrono dicata Vilnae typis Universitatis et Collegii S. I. in lucem prodivit Anno MDCCLIV. in 4to.

DOM (*Florianus*) primum aura vitali frui coepit Posonii Anno MDCCXXXIX. Iuvenis absolutis humanioribus litteris Clericali Scholarum Piarum veste amictus est Prividiae Anno MD. CCLX. emensus, religiosae vitae tirocinium ac sublimiorum scientiarum cursum pluribus annis, maiorum indulgentia in Principis Colloredo aula Filium bonis artibus, diligens Moderator Posonii erudivit; cum vero in Graphidis studio, atatque Architectura excelleret, ad Collegium primum Tallosinum, deinde ad Convictum Nobilium C. R. Theresianum translatus Vacium, easdem artes ibidem, magna nobilissimae Iuventutis progressione tradidit, ac postea Iuniores nostros insigni diligentia instituit, et plura industriae specimina feliciter communicavit. Et primum in Dioecesi Vaciensi alias sacras Aedes pristino nitori restituit, alias aedificari coeptas absolvit. Postea eundem Antistes Neosoliensium Gabriel Zerdahelyi a Provinciae nostrae Praeside expetiit, cuius desiderio satisfacturus noster Florianus in Provinciae Nitriensis pago, et nobilis Familiae Zerdahelianae avito bono elegantissimae formae Ecclesiam in altum edu-

xit, ac consummavit. Porro in Dioecesi laudati Praesulis in Urbe eiusdem nominis education. iunioris Cleri destinatum domicilium, tum in oppido ad S. Crucem splendidam Basilicam a fundamentis excitatàm atque ad augustam molem productam duabus turribus ornatam evexit, sibique nomen peritissimi, et solertissimi artificio comparavit, quod etiamnum cum dignitate insigni modestia, ac morum candore inter vivos agens tuetur.

DOMÁNYI (*Marcus ab Assumtione B. V. Mariae*) Nobilis Hungarus in Vespriniensi Urbe Antistitis sede inclita eiusdemque nominis regione vitales auras primum delibare coepit Anno MDCCXL. Vir animi moderatione, Consilii maturitate ad regendum factus, eruditionis, et politioris doctrinae Institutique nostri amansissimus. Humaniores scientias laudabili solertia emensus, totum se Ordini Scholarum Piarum Prividiae addixit Anno MDCCLIX. Votis deinde ritu solenni nuncupatis omnes grammaticae classes Ovarini, Vesprimii, Canisae insigni iuventutis progressu docuit, consummatoque Philosophiae, et Theologiae cursu Canisae, Tatae biennio, Pesthini aliquot annis Rhetoricas; et Poeticas institutiones magna, perspicuitate, ac diligentia explanavit: mox a Libero

bero Barone et Chiliarcha Laurentio Orczy Viro Illustri ad erudiendum filium Invitatus, atque expetitus, maiorum indulgentia ibi Praefecti, ac serius in Vaciensi Theresiano Collegio Pro-Rectoris partes propemodum decennio egregie sustinuit. Cum vero auctoritate Imperatoris Iosephi II. deleto Vaciensi Theresiano, ceteri per totam Hungariam Nobilium Convictus exstinguerentur: Marcus noster Vesprimium se ad natale solum recepit, et paullo post per recens inductam regiminis, ad superiores eligendi formam Rector nominatus fuit, quod officium inconstantibus illis, atque arduis temporibus pro dignitate tamdiu gessit, donec novitatibus abrogatis, rebusque ad veterem normam, et Constitutionem revocatis Nitriam convenientes Provinciae Patres unum tantum Marcum omnibus ceteris a rectione amotis eidem dignitati praefectum singuli una sententia Szegedinum auspicato transferendum putarunt. In hac laetis incrementis efflorescente Libera Regia Civitate, Vir iste nixus aequitate causae, insigni comitate, animi caudore, ac demissione, singularique industria sua omnibus incolis carus, at acceptus id effecit, ut iam prope ad interitum vergentem Domum sive Collegium nostrum ad summam rei familiaris inopiam, miserandamque conditionem redactum erigeret,

 sta-

stabilibusque, a civium primoribus impetratis reditibus nutantem confirmaret, atque insuper ab inclyto Magistratu pro Philosophia publice tradenda, et quatuor Professoribus alendis nova subsidia exoraret. Ita sex annis exactis, omnium encomiis celebratus Anno MDCCXCVII. Szegediensibus magna humanitate, ac benevolentia supremum valere iussis ad idem gerendum munus Pestinum, locum mutaturus, sed non ingenium, discessit. Etenim sua modestia, svavique agendi ratione post breve tempus Civium animos devinciens pari laude, ac gloria effloruit. Domusque utilitatem novis accessionibus promovit. Sacellum studiosae iuventutis amplum quidem, atque obscurum pristino nitori, atque eiegantiae restituit, eximia supellectili, sacris vasis, vestibusque condecentibus affatim locupletavit. Tandem ob collectam uberrimam meritorum segetem, et praeclaras ad regendum animi dotes, postquam totidem fere annis hic, alibique laudabili mansvetudine, pateraque, severitate, ac prudente vigilantia praefuisset, in celebrata Provinciae Patrum gravissimorum congregatione Vacii Anno MDCCCII. inusitato, ac fere inaudito hactenus exemplo concordibus omnium virorum suffragantium votis repente una voce, atque acclamatione Praeses Provinciae salutatus fuit, sub cuius regimine Deo an-

auspice Regia clementia, et liberalitate, optatas rerum nostrarum sperabamus progressiones. Nec spes concepta nos fefellit. Nam quod a Deo optimo maximo nobis dudum precati sumus, illud a benigno eiusdem numine magna parte obtinuimus. Etenim Praeses Provinciae vir ad decus Instituti geminandum toto pectore intentus, ut aliquam gratae mentis erga ordinem suum exhiberet significationem, illumque toti Regno magis notum redderet, temporum beneficio ad res nostras illustrandas historicas quasdam tabellas, a se confectas publici iuris fecit, nempe

1) Moderatores universi Scholarum Piarum Ordinis (Generales) ab incunabulis huius usque ad nostram aetatem.

2) Praepositos per totam Hungariam, et Transilvaniam Provinciales a Polonia, et Germania separatos.

3) Superiores ac Ructoaes Pestanae Domus ordinarios ab Anno MDCCXVII. usque ad Annum MDCCCV.

4) Provincias et Domos, earumque vicissitudines iotius Instituti Scholarum Piarum per universam Europam.

5) Ordini Scholarum Piarum Synchronos Protectores, Romanos Pontifices a Clemente VIII. ad Pium VII. usque.

6).

6) Apostolicos Reges, et Primates Hungariae typis Matthiae Trattner Anno MDCCCV. in Atl. forma.

7) Venerabiles Dei servos Ordinis Piarum Scholarum ab huius origine usque ad Annum MDCCX. iuxta exemplar Romanum, typis Trattnerianis denuo editum MDCCCV. in eadem forma Pestini. Sunt hae Tabellae plenae frugis; utinam similes Provinciae, Domusque singulae Instituti nostri concinnandas cum idoneis animadversionibus prelo subiicerent; facili profecto labore ad nostri Ordinis Annales elaborandos, perficiendosque amplissima ex his materies nasceretur. At nulla re magis amorem erga Institutum nostrum, provinciamque suam patefecit, quam cum spretis viarum incommodis, aerisque intemperie assumto secum in partem laborum Viro perspicaci, et strenuo, et Szegedinensi quondam Vicario modo Pestanae Domus Rectore atque *Assistente suo* Ignatio Egerváry Viennam ad Franciscum I. Apostolicum Hungariae Regem perarduum iter arriperet, arque in Regni Comitiis iam ante sibi conciliatis optimatum, at praecipuorum Nobilium studiis ad thronum Principis opem imploraturus, tandem supplex advolveretur. Ibi exposita demonstrata, et in aperta luce collocata Provinciae totius egestate, ac his dibcilli-

mis

mis tomporibut angusta, et misera vitae sustentatione pronam adiuvandum atque excelsam Monarchae mentem, benignum, paternumque animum ita flexit, et permovit, ut praesentes bono animo esse iussos amplissimis pollicitationibus dimitteret. Nec mora, nec requies post breve temporis intervallum necessitatibus prospecturus Princeps optimus, assignatis duo, et triginta florenorum Rhenensium millibus, partim ex studiorum, partim ex Religionis fundo quot annis pendendis Pauperes Matris Dei Scholarum Piarum Patres fluctuantes, dubiosque stabilivit, editoque Diplomate confirmatos admirabili modo recreavit. Hoc gravi negotio feliciter defunctus Marcus noster eo suas potissimum intendit curas ad Iuvenum praestantium ingenia laude, ac praemiis exacuenda, ut hi geminato in Philosophia, et Theologia conatu, specimen edentes luculentum sumtibus ultro suppeditatis Doctoris nomine praerogativa, ceterisque privilegiis ornarentur. Pari modo in alios praeclare audentes liberalem se ostendit, et praeclara horum industriae monumenta aere suppeditato typis mandanda curavit, hacque ratione sane multos magno litterarum amore incendit, atque inflammavit. Porro Archivum Provinciae incompositum, ne dicam situ, ac squallore obsitum iacebat; itaque illud

illud magna diligentia secundum ordinem chronologicum historicum ac Diplomaticum adiectis animadversionibus suis, atque indicibus necessariis in plura volumina tributum digessit, et aliis memoria dignissimis locupletvait. Confidebamus autem singuli ut supremam rerum gerendarum potestatem in Provincia post absolutum triennium ultro retineat, ac hoc pacto amplius de litteris ac Republica mereatur. Sed dum haec optabamus, ac precati sumus, Pater obfirmato animo, et nequidquam agentibus convocatis Patribus provinciali nuntium dignitati remisit; eamque in praestaotissimum Virum Ignatium Egerváry opportune Mense Septembri Anno MDCCCV. transtulit, cuius virtus, prudentia, consilium, dexteritas, labor et patientia his arduis temporibus in annum secundum magis enitet, quem Deus diu vegetum incolumemque conservet, ut sub huius sapiente, ac moderato regimine Provincia laetis efflorescat incrementis.

DOMBI (*Michael ab Assumtione B. V. Mariae*) Hungarus natus est in Mindszent Provinciae Csongradiensis oppido Anno MDCCLVI. Iuvenis absoluta Rhetorica, tirocinio Scholarum Piarum se subiecit Prividiae A. MDCCLXXVI. et completo sublimiorum scientiarum cursu inferiores classes Tatae, Ketskemethini, Szigethini,

ni, Szigethi: humaniores litteras aliquot annis Karolini ac Szigethi tradidit: postea sacrum Oratorem Karolini, Debretzini ac Colocae ad Concionem Hungaricum septem annis egit. Duos patria lingua habuit sermones, in honorem D. Francisci Seraph. et sanctissimae Crucis. Ille Karolini, hic Cassoviae typorum beneficio publicam lucem vidit. Rursum ad Scholas docendas animum adiiciens traditis per tres annos Szigethi humanioribus litteris, easdem Colocae et Vacii docendo profitetur.

DONSKI (*Athanasius a Nativitate B. V. Mariae*) vitam orsus est Podolini oppido Provinciae Scepusiensis celebri Anno MDCLXXX. die XIX. Novembris. Iuvenis humaniorum litterarum studio feliciter imbutus nomen dedit Ordini Scholarum Piarum Anno MDCXCVIII. in quo tempus religiosi tirocinii et sublimiorum scientiarum cursum maxima ingenii sui commendatione emensus inferiores classes Poësim, Rhetoricam, Philosophiam et Theologiam pari gloria tradidit et explanavit, atque aliquot egregia in Poësi et Rhetorica industriae suae monumenta reliquit praecipue vero in sacris orationibus ad insignem nobilium coronam, populique frequentiam creberrime habitis excelluit. Publici iuris fecit.

1)

1) Poema carmine Heroico pro die natali Principis Theodori Potocki Archi-Episcopi Gnesnensis Psimatis Regni, et Magni Ducatus Lithvaniae etc. typis Varsaviensibus Collegii Scholarum Piarum A. MDCCXXIV. io folio.

2) Litteris consigncvit sermone latino beatae Cunegundis Reginae Poloniae ac Fundatricis Monasterii Vetero-Sandecensis vitam, quam Reverendissimus Dominus Petrikowski officialis Neo-Sandecensis, et Abbas B. V. M. de Poroszló in Hungaria Magnae Theresiae Reginae Hungarorum dedicátam suis impensis edidit Tyrnaviae Anno MDCCXLV. in 4to. Plures scripsit tersissimo Carmine elegias et epigrammata in vitam S. Fundatoris nostri, quae adservata in Collegio Podolinensi Novitiis imitanda proponebantur. Vivere desit noster Athanasius Neo-Sandeciae Anno MDCCXI.

DÖTTLER (*Remigius a S. Leopoldo*) Austriacus Viennensis, qui se Scholis Piis totum devovit, et post inferiores classes Rhetoricam ac ac Poesim magna Ordinis nostri commendatione docuit. Sed subsecivis horis potissimum in rerum Physicarum investigatione versatus miram ad pericula facienda dexteritatem attulit. Unde factum est, ut auctoritate Regia, in Universitate Scientiarum Vindobonensi

extra-

extraordinariam Physicae professionem Anno MDCCXCVII. obtineret. Hanc ab exculta germanica dictione orsus est hac inscriptione. Erste Vorlesung bey Eröffnung des physischen Lehrkurses gehalten den 21. Octob. 1797. von Remigio Döttler Piaristenpriester und öffentlicher ausserordentlicher Professor der Physik an der Universität zu Wienn. Bey den Stummen. 8.

DRAGONETTI (*Casparus*) editus est in lucem Anno MDVIII. Leontini in Sicilia. Variarum Scientiarum cognitione imbutus ob egregias animi dotes Venerabili Collegio Sacerdotum in patrto solo adscriptus est. Demum edocendae iuventutis gratia primum Leontini deinde Romae Latinae Grammaticae Scholam erexit, eaque per LX. annos commissos curae suae adolescentes magna solertia erudivit. Annos qunquə supra nonaginta natus a nostro Iosepho Calasancjio docentibus Scholarum Piarum adiungi voluit, quos inter viginti quinque annorum spatio Iuvenibus Grammaticae atque Romanae eloquentiae praecepta perspicuitate mira explanavit. Ipse quidem usitatam ordinis nostri vestem nunquam induit, sed tamen Ecclesiasticorum more amictus insigniter de Instituto nostro meruit, atque hac de caussa in generalibus Comitiis Romae MDCXXVII. convo-

vocatis omnium Patrum suffragiis tamquam genuinum Ordinis nostri membrum agnitus declarabatur. Venerandus hic Senecio ad supremam aetatem usque: integrae valetudinis, firma oculorum acie nunquam optico vitro usus, illaeso dentium candore atque ordine perseveravit; atque ideo a multis Principibus, et summae doctrinae Viris diligenter visitatus eumdem ipsi ob singularem inaudito exemplo memoriam sine haesitatione patefactam ob ingenii acumen atque in subitis conplicatisque casibus promtum Consilium, ac dexteritatem suspicientes admirabantur. Forte Urbanus VIII. P. M. haec de Dragonetto iutelligens, Professorem hunc Scholarum, aetate sacculum longe superantem, et Classicos Auctores mira facilitate atque adstantium adprobatione interpretantem periclitaturus ad se accitum, quemdam sorte indicatum Virgilii locum ab ipso explicari et illustrari voluit. Nec mora Senecio parens primum versus clare ac distincte legens explicationem orsus est ex Mythologia, Historia, veterum consvetudinibus, poëticis animadversionibus tanta doctrinae cognitione, ut et Summum Pontificem ipsum, et ceteros circumstantes admiratione, et voluptate compleret, insignemque omnium approbationem reportaret. Valedicens Apostolico Palatio lusit in Pontificem extem-

temporaneo aptitissimoque epigrammate, quod ob latens egregium acumen ab omnibus summo applausu exceptum fuit, Romae vita decessit Anno a. d. MDCXVIII. aetatis CXX. VII. Decemb. Huius meminis Petrus de la Valle Scriptor celebris eumque *prodigium sui saeculi* compellat in descriptione itinerum Epist. 18. 1. Augusti MDCXXVI. Ab ipso tamquam Auctore proficiscuntur *Grammaticae linguae latinae Institutiones* (quod fama nostris a maioribus in nos propagata testibus gravissimis Viris Corsino et Quadrio universi Ordinis nostri Praesidibus mihi notissimis constat) quas Emanuel Alvarus S. I. non indicato Scriptore, nec facta Magistri sui mentione sub suo nomine Romae publici iuris fecit, quaeve diu, dum staret Societas, in praecipuis Europae Scholis viguerunt, et post huius interitum modo etiam vigent.

DUGONICH (*Andreas ab Angelo Custode*) honesto genere vitae sumsit exordia Szegedini XVII. Octobris Anno MDCCXL. in ea domo, in cuius diruto loco ante quinquaginta fere annos PP. Ordinis Minorum, quos *Conventuales* adpellant, elegante a fundamentis excitata Ecclesia Liberae Regiae Civitati novum adtulerunt ornamentum. In natali solo artium liberalium cursum emensus Ordinem Scholarum Piarum

rum ab ineunte sibi dilectum nihil ad Matris suae adtendens dehortationes Anno MDCCLVI. amplexus est. Superatis tirocinii religiosi annis Moderator Scholae, teneram pietate, ac litteris strenue imbuit iuventutem. Absoluta severiorum disciplinarum tractatione Karolini et Nitriae, ibidem quoque liberales disciplinas, ipsamque Philosophiam, summa doctissimi Antistitis Ioannis Gusztinyi adprobatione, et maxima Canonici Collegii laude, nominisque sui commendatione iuniorem Clerum docendo professus est. Cum vero celebris Studiorum Universitas; deinde Budam translata institueretur, dignus in magno Eruditorum concursu *habitus* fuit, qui supremis in Philosophia honoribus ornatus, Professor Publicus Ordinarius ad Iuventutem Mathesi pura, et applicata erudiendam Regio stipendie conduceretur, qua provincia etiamnum vegetus, atque incolumnis solerter perfungitur. Ex pluribus ingenii monumentis inter, manuscripta delitescentibus haec ipsi iuris publiei faeere placuit.

1) De excidio Troiae opus idiomatis Hungarici hac inscriptione: *Trójá veszedelme, mellyet a' régi vers szerzöknek irásibul egybe szedet, és versekbe foglált Dugonith Andras kegyes Oskolabéli Szerzetes Pap.* Editus est liber in quarta, ut aiunt, forma, Posonii A.MDCCLXXIV.

typis

typis atque impensis Ioannis Michaelis de Landerer. Totum opus in tres partes tributum est. Parte prima non sine magno labore collegit omnes eos Reges et Duces, qui adversus Troiam arma sumserunt, vel eamdem propugnarunt, descriptis singularum vitis, facinoribusque praecipue, quae hunc expeditionem praecesserunt, ac deinde consequuta sunt. Altera operis parte ipsam eversionem Hungarico, eoque nitido ac gravi decribit carmine. Parte denique tertia quaepiam analecta complexus est ad veterum Poetarum intelligentiam, utilissima, quibus adiecit breviter Mythologiam, ut popularibus suis patrio idiomate magis familiare redderet illud, quod apud priscos magno in pretio ponebatur. Huic elucubrationi accesserunt a) Pásztori versek, sive Bucolicon Virgilii primum Hungarico versu donatum. b) Pallas Isten Aszszonynak, és Arakna Szüznek vetekcdése a' him Varrásban. Ex Ovid. Metamorph. L. V. v. 5- γ) Odae Horatii duae, una Lib. 1. od. XXII. altera Lib. II. od. X. Hungaricis, iis sapphicis carminibus felicissime expressae. c) Az idök változása, és Kölömbsége: scilicet quatuor mundi aetates: auream, argenteam, aeneam, ferream iuxta Ovid. Metam. L. I. idiomatis patrii versu complexus est.

2) Memoria quoque dignum opus est hoc titulo: Andreae Dugonicii e Scholis Piis, Hungari Szegediensis AA. LL. et Philosophiae Doctoris et in Regia Universitate Budensi Mathematum Professoris Publici, Ordinarii, Regii Argonauticorum, sive de Vellere aureo Libri XXIV. prelo subiectus est liber Posonii et Cassoviae A. MDCCLXXVIII. in 7. typis Landerianis, dedicatus Excellentissimo Comiti Francisco Eszterházi Hungariae Cancellario, et Aurei Velleris Equiti etc. Auctoris industria in eo versatur, ut ostendat α) virtutem Heroicam ardua nimium vii in altum provehi. β) Vim tamen esse quampiam, quae asperitatem viarum planam et expeditam faciat. γ) In virtutis denique possessione hominem iucundissime conquiescere — Auspicium operis ducit a sexto navigationis Argonauticae anno Poëtarum more. ac primo quidem libro Heroes in Marcandanas insulas ad Lycum Regem ducuntur; secundo, tertio, et quarto acta eorum ibidem exhibentur; libris quinto, sexto, septimo, et octavo narrat Jason iam elapsum navigationis sexennium, qua ratione primum in Lemnum venerint, inde solventibus atra tempestas corripuerit, eosque ad AEaeam insulam, Circes habitacula, depulerit, dein Scyllam inter et Charibdim, et Libiam, tum Cretam, et Delum, ad Troadem praeterea et Cyzicum,

Cyzicum, mox in Bebriciam insulam Amyci commorationem, postremo in Meriandinas insulas delati fuerint. Libro nono perventum ad Mysios, ubi Hercules relictus. Zetes et Calais Socii in Phineia Regna praemissi. Sororem Cleopatram reperiunt, a qua de fatis, quae se apud Ismarum manserant, edocentur. Liber decimus acta apud Phineum recenset, mirabiles Pheae ancillae casus magnam operis partem faciunt. Libro undecimo reliquum iter ad Phasidem narratur, et ne narrationis taedio quispiam adficiatur adiectum est Carambis facinus Virginis Amazoniae. Libro duodecimo Phasidis incolae sacrificant, cui rei Jason interest, et Medeae animum rapit. Libro tertio, et decimo Jasonis sunt colloquia cum Bromio sacrificulo, a quo multa Heros, quae sua intererant, cognoscit. Libro quarto et decimo Aeta concilium suorum cogit, ut adversus Almum Scytharum Regem fines Regni sui depopulantem auxilia contrahat. Captivus ex Almi parte intercaptis litteris, magnarum conversionum causa est; ac Libro quinto et decimo ipsum etiam Bromium sacrificulum magnis implicat calamitatibus. Medeae valetudo vicissitudines subit, quam Eutelus Mysta Jasoni favere deprehendit. Libro sexto et decimo Jason omnia Phryxi acta relegit, tum Phasidem cum Sociis more triumphan-

 tium

tium ingreditur. Libro septimo et decimo a Jasone Medea muneribus oblatis exculta, iisdem cum sua nutrice, veluti hamo piscis capitur. Libro octavo et decimo audit Jason uxoris suae Hypsipyles indignam mortem, quam Cl. Auctor eleganti artificio ad legentium commiserationem describit. Libro nono et decimo Medea fluctuans, et multa movens animo Jasonem in horto conspicata alloquitur, et sensim posita animi aegritudine tacito amore inardescit. Libro vigesimo indicantur consilia ad Almum Scytharum Regem dolo capiendum; nutrix Medeae Jasoni velificatur. Libro primo, et vigesimo Jason Almi exploratorem ad Colchorum castra accessisse nuntiat. Libro secundo et vigesimo Medeae ad Hymenaeum adspiranti, tandem Jason favere et consentire videtur. Almi explorator magno Argonautarum commodo in reditu ad Scythiam, ipseque Almus capitur. Libro tertio et vigesimo Jason ob navatam strenue operam Vellus Aureum ab Æaca petit. Medea angitur, et Jasoni animo iungitur. Libro quarto et vigesimo, hic victor Vellere aureo exornatur. Hoc in opere tam praeclare versatus est Clariss. Auctor, ut plurimis magnam adfuderit lucem; alia veluti tenebris sponte involverit, quae certe nisi Mathematicis principiis

piis imbuto non erunt expedita. *a*) Idem opus a Clarissimo Auctore diligenter recognitum, et Hun-
Y y 2 ga-

---

a) Placet unum tantum speciminis causa in medium adducere. Id quod Orpheus in Mariandinis cecinit, eo nimirum tempore, quo Argonautae Pagasis solverunt, Aequinoctium vernum in nono et decimo arietis signo constitisse; Hoc quam acute dictum sit, mox expediam. Astronomi adserunt aequinoctium vernum contra signorum seriem semper magis ac magis regredi, sive demum regressio vera sit, ut apud Tychonicos, sive adparens tantum, ut apud Copernicanos; et quidem e pluribus observationibus patere, cum duodecim numerentur signa Zodiaci, ac cuivis signo 30°. obveniant, nempe ut 30. per 12. multiplicata dent numerum graduum in circulo contentorum 360 patere inquam adfirmant praecessionem aequinoctiorum eam esse, ut gradum unum 72. annis conficiat; quare de praecessionibus aequinoctiorum ita iam disponere licebit, anno uno, diebus 73. regreditur aequinoctium, unum minutum primum. Annis 72. regredi debet uno gradu. Annis 2168. conficit in regressu signum unum sive 30°. Annis 25920 confecturus est regressus omnia 12. signa, sive 36°. — Atque hic ille est annus magnus Platonis annorum fere 26000. quo aequinoctium vernum ad idem punctum regressurum est, ex quo initio statim creationis suae digredi coeperat. His ita constitutis ad rem ipsam veniamus. Refert Clemens Alexandrinus, Chironem, unum (ut quidem arbitratur) ex Heroibus Argonautis ae-
qui-

garica civitate paucis mutatis donatum sub titulo :

3)

---

quinoctium vernum in quinto et decimo arietis gradu stetuisse, dum Argonautae celeberrimae illi expeditioni initium dederunt. Id si hac ratione evenit, certum est solstitium aestivum adfixum eo tempose fuisse quinto et decimo cancri gradui. Iam anno uno ante bellum Peloponnesiacum Meton solstitium aestivum fixit in octavo cancri gradu, proin tempore eiusdem belli Peloponnesiaci aequinoctium vernum ex quinto decimo gradu, ad octavum recessisse, sive septem gradus confecisse certum est; et cum gradus unus septuaginta duobus annis conficiatur, clarum est ab Argonautica expeditione ad bellum Peloponnesiacum fluxisse annos 504 non vero 700, ut Graeci Scriptores perperam retulerunt. Anno, quo noster Servator natus est, vi computus Astronomici supra dicti fuit aequinoctium vernum in arietis 2°. 22'. 30." Proin consequitur primo ab expeditione Argonautica ad Christi nativitatem idem aequinoctiale punctum confecisse 3° 37.' 30." Hinc ab expeditione Argonautica ad bellum Peloponnesiacum anni 504, a bello Peloponnesiaco ad Christi nativitatem anni 406. Igitur ab expeditione Argonautica ad Christi nativitatem anni 909.— Iam quia annus Christi incidit in annum Mundi 3980. si ab his annis detraxeris annos 909 remanebit annus Mundi 3071. quo tempore haec Argonautica expeditio terminata est; ac quoniam ut de-

3) Gyapjas Vitézek. Posonii, et Cassoviae prelo subiecit idem Ioannes Michael Landerer Anno MDCCXCIV. Partes duae in 8.

4)

---

deinde probabitur Troia capta est Anno Mundi 3071. demendi erunt Anni 271. qui effluxerant ab expeditione Argonautica ad eversam Troiam. Huius Chronologiae rationis aliqua lineamenta reperit Auctor apud Clariss. Franc. Jacquier Inst. Philos. Tom. V. Part. II. art. III. in appendice folio 373. editionis Venetae Anni MDCCLXII. Sed ut primum eas rationes Astronomicas ad examen adduxit, multa in ea vidit, quae merito displicere poterant. Quare misso ad me scripto momenta sua edidit; quae ego, ut scripta erant, iisdem adcurate verbis referam. — Andreas Dugonichius C. R. Schol. Piar. Alexio Horányi Ej. Inst. S. P. D. Adsequutus tu quidem es, mi Alexi, meam mentem, quam de anno, quo haec expeditio Argonautica fuerit, in quarto meorum Argomauticorum libro expressam repereras, at simul id tibi paradoxum videbatur, quod, cum Chiron aequinoctium vernum in quinto decimo arietis gradu constituerit, me ad nonum et decimum gradum adduxisse deprehenderis. Ut me non sine ratione id fecisse existimares, causam, cur id egerim, ex me sciscitabaris. Faciam tuo desiderio satis, cum Paschalibus his feriis otium nactus sim. Ac primum quidem omnium fides Clementis Alexandrini mihi sublesta non videtur, sed patet oscitantia illius Chronologi, ex quo Clemens eam sententiam protulit. Chironem primo inter

Ar-

4) Porro publica luce donavit insigne poëma vernacula lingua de 4) *Ulissis erroribus* subhac epi-

---

Argonautas fuisse, nimium est poëticum, hoc est proxime accedit ad rude figmentum. Patet id ex eo Heroum Catalogo, quem habeo in meis Argonauticis; quemque, uti ego praefatus sum, non sine molestia congessi, quarumque omnium rationem ultro redditurus sum in eo libro, quem, si fata permiserint, proxime in lucem editurus sum. Praeterea nunquam hanc laudem Chiron a recte sapientibus tulit, quod Astronomiae eam cognitionem habuerit, ut de aequinoctiali puncto aliquid ominari potuerit. Sunt quidem non dubito, qui dicant signum Sagittarii in Zodiaco hunc ipsum Chirona esse, cum Centaurus fuerit, una sui parte humanam, altera equinam speciem praeferens, quam ipsi in Sagittario sive Arcitenente intuemur; et cum Prometheus ea gratia inter constellationes locum obtinuerit, quod Astronomia imbutus de sideribus multa ediderit, non videri alienum esse ipsum etiam Chironem ea causa caelis illatum, quod de astris multa cognita habuerit. Sed de his ego non alium, quam Hyginum diligentissimum signorum Zodiaci ex poëtica veritate numeratorem oppono. Ita vero ille Poëticae Astronomiae Libro II. loquitur de Sagittario Cap. XXVII. Hunc complures Centaurum esse dixerunt, alii autem hac de causa negaverunt, quod nemo Centaurorum Sagittis sit usus. Hic autem quaeritur: cur equinis pedibus sit deformatus, et caudam habeat ut Satyrus? dicunt enim nonnulli hunc

epigraphe: *Ulissesnek ama' hires és nevezetes Görög Királynak tsudálatos történetei, mellye-*
ket

---

hunc esse Crotum nomine, Euphemes Musarum nutricis filium, ut ait Sositheus Tragoediarum Scriptor: eum domicilium in monte Helicone habuisse, et cum musis solitum delectari, nonnunquam etiam studio venationis exerceri; itaque pro merita diligentia magnam laudem adsequutum; nam et celerrimum in silvis, et acutissimum in Musis factum fuisse, pro quo studio petivisse Musas a Iove, ut, in aliquo Astrorum numero deformaretur. Itaque Iovem fecisse. Et cum omnia illius artificia uno corpore vellet significare, crura eius equina finxisse, quod equo multum sit usus, et sagittas pro ingenio adiunxisse, ut ex his et acumen et celeritas esse videretur. Caudam Satiricam in corpore adiecisse, quod non minus hic Musis, quam Liber Satiris sit delectatus. Ante eius pedes stellae sunt paucae in rotundas deformatae, quas coronam eius, ut ludentis, abiectam nonnulli dixerunt „Hactenus Hyginus. Viden diligentissimum Astronomiae poëticae Scriptorem negare: Chironem inter Zodiaci signa relatum (eum enim per Centaurum intelligit, cum Semiferus fuerit) sed eum Crotum fuisse ex Sositheo Tragoediarum Scriptore. Certe Chironem Centaurum herbarum tantum, non vero Astrorum cognitionem habuisse, magna est veterum consensio: ita enim de illo Hyginus fol. 274. " Chiron Centaurus Saturni filius artem medicam, chirurgicam ex herbis primus instituit. „ Ita de illo Ser-

ket a' magyar versekben gyönyörködőknek,' segy-ütt a' tiszteletes régiségben történt dolgokat örö-mest

---

Serra: Chiron filius Saturni e Phylira vel Phylirha Oceani filia, cum qua in equum conversus concubuit, Chironemque Centaurum sustulit, propter quod geminus dictus fuit, nam ex anteriore parte homo, ex posteriore videbatur equus. Suidas Chironem Iionis filium fuisse tradit: Centaurorum quidem aliorum iustissimus fuit, qui uxorem habuit nomine Charidem. Huic in monte Pelio habitanti Achilles a Thetide traditus fuit educandus, quem ipse non tantum cythara perfecit, sed armis etiam - - - Medicinam herbariam primus docuit, unde ab illo creditur eruditus AEsculapius, qui incertis parentibus natus, ut ait Lactantius Firmianus, expositusque a Venatoribus, inventus, et canino lacte nutritus fuerat, tum Chironi traditus, medicinam didicit, in qua quidem excelluit. „ Haetenius Serra. Viden Chironem Medicum et Chirurgum. Adde Chironis filiam fuisse Eudadidem AEaco nuptam, natosque ex ea Telamonem et Peleum, qui inter Argonautas erant. Avus ergo cum nepotibus huic expeditioni interfuerit, Iuvenes omnes ex Graecia selectissimi non est verosimile. — Alterum momentum adversus eam Chronologiam est istud: Castorem et Pollucem inter Argonautas fuisse omnes memorant, qui tamen Germani erant celeberrimae illius Helenae, quam Paris rapuit, quamve ob causam decennale bellum Troianos inter et Graecos exarsit; non est autem verosimile Sororem

mest olvasóknak emdr annak elött kedvekért magyar versékbe foglalt, 's-most ujjonnan meg jo-

---

rem eorum Helenam annos fere ducentos natam ea fuisse pulcritudine, ut eam Paris admodum formosus Iuvenis suis votis dignam censuerit. Nisi quis adferat ea aetate diutissime homines vixisse, et mulieres effaetas filios edidisse, proin Laedam Helenae Matrem anno aetatis ducentesimo filiam peperisse. At hoc nimium utique est, cum neque Nestorem, qui tres hominum aetates superasse dicitur, plurium, quam tercentorum annorumi fuisse, cum adversus Troiam processerit, omnes adserant, cuius tamen aetas ab omnibus velut res mira refertur. — Sed totum hoc argumentum mihi gravissimum videtur. Omnes, qui quidem de hac Argonautica expeditione meminerunt, uti Dares Phrygius, Diodorus, et Hyginus unanimi confessione adstruunt, quod post Argonautarum e Colchide reditum nondum elapsis duobus annis capta sit Troia ab Telamone, et Hercule, occisoque Laomedonte Troiano Rege, Priamus eius filius a Troianis redemtus, in Regni solium evectus fuerit. Si ergo post Argonauticam expeditionem unus supra septuaginta et ducentos effluxisset annus, his omnibus Priamus regnare in Troade debuisset. At hoc fieri nequaquam potuit, cum XL. annis regnaverit, ut suo loco ostendam ex Neandri Pöëta Anonymo. Deinde ipsum Troianum imperium non amplius 296. annis duravit, et quidem sub sex Regibus: Dardano, Erichtonio, Troë, Ilo, Laomedonte. Priamo. Si ergo Priamus

271.

jobitván Kibotsátott Dugonich András kegyes Oskolabéli Szerzetes Pap a' Jozan, 's-egyszer 's

---

271. annos regnavit, reliqui quinque Reges quinque ac viginti annos regnassent. Sed ego hanc animadversionem pace Clarissimi Viri Newtoni, et Clementis Alexandrini, ceterorumque eruditorum dictum volui, voloque. Tantum est, quod de hac Chronologiae ratione dicere constitui. Scio alios aliam viam inire, et recentiorem aliquem septuaginta novem annos constituere, qui ab Argonautica expeditione ad Troiae excidium effluxissent, ac proinde hanc expeditionem figere in annum periodi Iulianae 3452 Mundi vero 2771. hancque rationem se ex Clemente Alexandrino depromsisse, qui se diceret ex vetere quodam Chronologo accepisse. An locus iste Clementis Alexandrini ille sit, quem Newtonus citavit, et ex quo superior chronologia desumta est, ego, ut ingenue fatear vertigari minime; nam non est ad manus mihi Clemens Alexandrinus. Si locus idem est, mirum, qua ratione haec Chronologia discrepet ab altera, et tamen fons utriusque idem. Si alter est; neque hanc vacare culpa adsero, nam, ut expendenti patebit, cum post Argonauticam expeditionem Priamus regnaverit, LXXIX annis regnare debuisset, tot enim anni interceduut. eum vero XL. solum annis regnavisse, deinde comprobo. Proinde cum post Argonauticam expeditionem Priamus illico regnare coeperit, is vero quadraginta regni annos numeraverit, ad summum quadraginta duo anni effluxerunt inter memoratam expeditionem et Troiae excidium; cum igitur capta

's mind a' Természeti Tudománýoknak Oktatója; a' Budai Tanúlmanyoknak Királyi Min-

Min-

---

pta sit Troia Anno Mundi 2800. expeditio contingere debuit Anno Mundi 2760. aut ad summum 2762. Cum vero annis decem Argonautae pro Aureo Vellere laboraverint, ita de re tota constituere licebit; scilicet anno Mundi 2750. Argonautae Pagasis solverunt, anno Mundi 2760 in Colchidem pervenerunt. Anno Mundi 2800. Troia capta. Anno Mundi 3208. Olympiades institutae Anno M. 3232. Roma condita. Anno Mundi 3980. natus est IESUS CHRISTUS. Anno M. 5759. dum haec scribo. — Sed totus Cardo nunc vertitur, totaque difficultas in annum Troiae. recidit, quo illa sive condita, sive eversa est. Ad rem igitur propius accedam, atque in pauca conferam. Dionysius Halicarnassensis Lib. I. Orig. sequutus Eratosthenis commentarium, quem *Canones* inscripsit, Troiam captam ait desinente vere diebus ante solstitium aestivum septemdecim, die XXIII Thargelionis, secundum Atticam anni rationem Addit Dionysius annum captae Troiae viginti diebus ultra solstitiale punctum redundasse. Igitur si finis anni in solstitio aestivo statuatur (uti constituerunt Athenienses, quorum anni rationem sequitur laudatus Dionysius,) ad finem anni ab eo die, qua Ilium captum est,cum reipsa septemdecim dies effluxerunt, ut paullo ante memoratum erat, his si addantur redundantes viginti dies post Urbem captam ad finem anni; XXXVII dies adhuc restabant. His probe notatis ita detego annum Mundi, quo

Mindenségében a' Tudakosságnak Királyi Tanítója, és a' Tanultaknak egygyik Tagja a' Jeles

---

quo capta est Troia. Idem Dionysius Halicarnassensis eodem Lib. Orig. ait Romam conditam esse post excidium Troiae annis 432. eodem tempore, quo desiit Olympias sexta, et coepit Olympiadis septimae annus primus. Iam vero Olympiadum initia sive ille agon, quem primo Iphitus instituit, incidit in annum Mundi 3298. Cum ergo Roma sit condita Olympiadis sextae anno ultimo, ab Olympiadum institutione ad Romam conditam effluxerunt anni XXIV. qui, si addantur annis Mundi 3208. condita est Roma An. M. 3222. Cum vero, ut Dionysius Halicarnassensis ex Canone refert, condita sit Roma post Troiam captam annis 432. hos annos ex A. M. 3232. quo Roma condita subtrahendo, residui sunt anni Mundi 2800. quo eversa est Troia; ab his subtrahendo annos 296. quibus in Troade regnatum, sequitur Troiam conditam A. M. 2504. Iam nunc Ita licebit constituere: Anno Mundi 2504. Troia condita. A. M. 2800. Troia capta. A. M. 3202. Olympiades institutae. A. M. 3232. Roma condita. A. M. 3890. IESUS CHRISTUS natus. His iam hac ratione ex Eratosthenis, Dionysii, et Canonis auctoritate positis, cum omnibus consentientibus, Troianum Regnum 296. annis duraverit sub sex Regibus, eorum Regum ordinem, annos regiminis ordinaturus sum praeeunte Michaele Neandro, qui Auctorem Troicorum cum Iliade parva edidit. — Anno M. 2504. Dardanus regnare coepit. A. M.

Jeles TermészetiKarnak-ekor-béli Rend-Tartója. Pestini typis Francisci Royer. A. MDCCLXXX

Quo

M. 2535. Erichtonius regnare coepit. A. M. 2610. Tros regnare coepit. A. M. 2670. Ilus regnare coepit. A. M 2724. Laomedon regnare coepit. A. M. 2760. Priamus regnare coepit. A. M. 2800. finitur Regnum Troianum. — Ex his ulto ratiocinor, atque adsero certum esse, quod apud Athenienses finis anni constitutus sit in solstitio aestivo. Istud autem secundum veteres Astronomos statuebatur, ad diem XXVIII. Iunii. Iam cum A. M. 2800. eversa sit Troia, die XXIII Thargelionis mensis, et initis rationibus Astronomicis (mensem Athenienses a novilunio computabant; mensis Targelionis initium, sive novilunium incidit in diem XXI Maii, dies XXIII huius Mensis finis duodectma Iunii, et iste est omnino dies XVII. ante solstitium aestivum desinente vere, uti loquutus est Dionysius Halicarnassensis ex Eratosthene. Rem igitur in pauca conferendo ita adsero Troiam conditam esse Anno Mundi 2594. et cum duraverit annis 296. eam eversam esse A.M.2890. die XII. Iunii feria quinta. Haec ex auctoritate laudatorum scriptorum. Quod vero A. M. 2890. eversa sit Troia, accedit etiam auctoritas Diodori Siculi, qui annum primum Olympiadis, XCIV. esse putat 780. post eversam Troiam, quod quam mirifice cum superioribus congruat, ita bresissime conficio. Olympiades institutae sunt post eversam Troiam annis 408. His adde Olympiades XCIII. sive annos 372. patet post eversam Troiam

ad

Quo laudabili Artificio varias animi vicissitudines feliciter veluti coloribus in tabula Pictor

---

ad Olympiadis XCIV. annum primum, proinde annos 780 Quod verissimum est, se eversio Troiae definito superius anno contigit, falsum vero quemcumque alium constitueris. Accedere posset quoque Eusebii auctoritas ex Lib. X. Praep. Evang. qui a capta, atque eversa Troia ad Olympiadum institutionem 408. annos effluxisse ait. Sed suffecerint nunc ea, quae ex priorum auctoritate retuli; id unum moneo hac in re nimium intricata, nihil me labori pepercisse, ut rem totam plena in luce collocarem: at sicut diversae sunt item *Chronologorum* opiniones et systemata, ita diversae etiam annorum series. Ab hac mea chronologia XX annis ea dissidet, quam in opore meo Hungarico, quod Troia Veszedelme inscribitur, sequutus sum; ibi enim excidium Troiae in annum M. 2820. conieci, neque tamen id oscitantiae a lectoribus adseribi velim, sed diversa ratione, quam ex aliorum sententia inivi. — Nunc iam Amice Horányi manifeste intueris, cur ego aequinoctium vernum ad nonum decimum arietis gradum fixerim, cum Argonautas a Pagasis solvisse memoraveram, non autem ad quintum decimum eiusdem arietis gradum, uti Chiron Contaurus apud Clementem Alexandrinum. Hoc enim, si adstruxissem, simul ab expeditione Argonautica ad Troiae excidium 271 annos effluxisse fateri debuissem, quae res verosimilis mihi numquam adparebat. Malui ergo quindecim illos gradus tribus in-

ctor depinxit. 4. Quod vero ceteras vincit laudes, est illud, quo primus a nemine tentatam in-

integris annis augere, ut eveniant anni 216. nempe ab expeditione ad eversionem Troiae annos LV. habiturus eram, qui profecto mihi multi erant, cum non pluribus, quam XL. eguerim; hinc et in nonum et decimum arietis gradum ingressus sum nonnihil, ut XV. illi anni, qui supererant, bona ratione compensari possint. Vive ac Vale quam diutissime mi Amice Horányi, felix et prosper Patriae amoenioribusque Musis, ac tuae mirae eruditionis ac doctrinae, praeclarorumque conatuum, ad quam ego quoque adspiro, amantem redamare non desinas. Scribebam in Regia Universitate Scientiarum, et Academia Budensi Anno MDCCLXXIX. die VI. Aprilis. Iterum Vale. — Vel ex sola ista dissertatiuncula clare intelligat Lector ita nonnulla in libro Argonauticorum Dugonicii comparata esse, ut, qui rem curiosius ac penitius non inspexerit, surda velut aure, ac lippientibus oculis pertranseat, neque rem videat, minus intelligat. Tale est illud, quod Lib. IV- adserit Neptuno aestus Dianam, et Phoebum ciere, quo solo dicto complecti studuit, quidquid Magnus Neutonus de vi adtractionis mutua, proque Lunae in marina dominio tradidit. Tale est illud Phosphorum cum Hesperugine idem esse sidus. At cum templum Hecates in Colchide adumbrat totam veterem Architecturam fere aliquot vocibus exhausit, quae singula profecto non facile adsequetur, qui rerum istarum cognitione probe imbutus non fuerit.

ingressus viam, familiarem Hungarica lingua reddiderit Mathesim, et miro ingenio ac felicitate, plura technica illius scientiae vocabula expresserit, dignus, quem posteritas (eo quod facilius sit inventis addere) quamdiu suus patriae linguae stabit honos, grata recolat memoria. Eximii huius operis Pars prima continens Algebram hac prodiit inscriptione:

5) *A' Tudakosságnak első Könyve mellyben foglaltatik a' Betö vetés (Algebra) mellyet köz haszonra írt Dugonich András kegyes Oskolabéli Szerzeles Pap. A' józan 's egyszer 's-mind a' természeti Tudományoknak Királyi Mindenségében ugyan azon Tudakosságnak Királyi Tanitója, és a' Tanulttaknak egyik Tagja.* Pestini typis Landererianis Anno MDCCLXXXIV. in maiore octava forma. Applausit praeclarae contentioni Seralbus Erimanticus, sub quo nomine latet plurium Eruditarum Societatum Membrum Honorarium Ioannes Chrysostomus Hannulik e CC. RR. Scholarum Piarum elegantissima ode, quam nos, utpote felice vena decurrentem Lectorum oculis heic loci subiiciemus:

1) Iam te per vacuum crediderim aëra
Pennae remigio posse vicarium
ANDREA docilem tendere. Daedali
Lunae ad finitimum latus.

2)

2) Quando tutus iter non penetrabile,
Et fluctus dubiis Syrtibus hispidos
Primus pacifico transiliens pede
Securam reseras viam.

3) Pangis non solitis dogmata vocibus,
Et quas Hunniaco Casthalides sono
Finxisti numeros fundere *a*) nunc doces
Evulgare Mathemata.

4) Non haec laus moriens, palmaque languidis
Arescet foliis. Te Uranie nigro
Crinitisque sacri culminis Arbiter
Iuri temporis eximent.

5) Augebisque novus Phocidis incola
Coetus Aonios; cui caput ambient
Umbrantes hederae, cui statuent decus
Primum nominis Hunnici.

6) At nec posterior laus popularium,
Qui dum perpetuis nomen honoribus
Donabunt faciem (quam simulet boni
Solers Praxitelis manus.)

7) Appendent patrio pariete, ceu dedit
Effictam tabulis divitis ingenii, et
(Quo

a) Ediderat Andreas Dugonichius excidium Troiae, versibus Hungaricis, deinde Homeri Odysseam, postremo Argonautica latine A. MDCCLXXVIII. 8.

(Quo rerum patriae nullus amantior)
Virtutis solidae Hungarus *a*)
8) Cum vives tacita vultus imagine
Monstrandus digitis advenientium
Nos, quod legat sera posteritas, tuae
Inscribemus imagini:
9) ANDREA Hungaricum primus Apollinem
Duxti veridicae in Regna Matheseos
Formastique loqui vocibus abditis.
Hoc fer pro meritis Decus.

6) Altera pars Geometriam huius inscriptionis: *Á Tuddkossdgnak masadik Könyve, mellyben foglaltatik a' föld mérés*, (Geometria) *mellyet Közhaszonra írt Dugonics Andrds Kegyes Oskolabéli Szerzetes Pap etc.* cum V tabulis Aeneis. Ibidem, eiusdem formae, atque eodem anno. Concinuit laudes patria lyra Clarissimus Vir, Ioannes Baptista Molnár Abbas Belae fontis, olim Canonicus Scepusiensis. Odam hanc singularem et svavissimam in gratiam popularium meorum operi adiiciendam putavi.

1) Meglett, ámit régen vártam
A' Tudomány fénye

Szin-

---

a) Samuel Rátz AA. LL. Philos. et Medicinae Doctor Anatomiae Professor veteris amicitiae testandae gratia effigiem A. Dugonicii aeri incidendam curavit A. MDCCLXXXIII. 8.

Szinte Hazánk élö nyelven
Ditsöségre lepé.
2) Viszszi ditsö hiret, névét
Irott 's nyomtatott könyv.
Tisztúl 's égik emelkedik
Hegyé válik á Völgy.
3) A' Tudákos, Betö - vetö
Gépelyes Föld - merö
Newton szerént Böltselkedö
Orvos Törvény - fejtö
4) A' szó tevö, á történet
És idö - rend - iró.
Költö, és (egy szóvál mondván)
Mindenre Tanitó
5) Meg — eresztè Magyar Tollát.
DVGONICH munkája
Elegendö példa ebben
'S - mélly Tudakossága.
6) Itt azt feszegetti, fejti
A' — mi á ki meg fog:
Minden Böltselkedö könyvhez
Kész értelemmel fog.
7) A' szám' titkát fel - talállya
Tsudákat indithat;
A' ki jol fel kapja mind azt,
A' - mit e' könyv vittat.
8) Mértékbe szorithat mindent
A' mit szem el - érhet.

A' mit Égen, Földön szögre
'S körre kénszerithet.
9) Uj Faradság, nyelv Ujitás
Kellett, és nagy elme
Mind ki tellet DVGONISTIVL
'S - elé - állött erre.
10) Magyar FIBONACI THALES
És Magyar EUKLIDES
Élly! örülly! im' nagy neved már,
Mély Hoszszu, és széles.

7) Deficientibus exemplaribus Clariss. Auctor novam editionem *Algebrae*, et *Geometriae* adornavit, et prioribus libris duobus, alios duos adiecit hac inscriptione: *A' Tudákosságnak Harmadik könyve. A' Három Szögellések* (Trigonometria). *mellyet köz haszonra irt Dunich András kegyes Oskolabéli szerzeles Pap etc.* Posonii et Pestini Michaelis Landerer de Füskút typis ac sumtibus Anno MDCCXLVIII. cum Aenea tab.

8) *A' Tudakosságnak negyedik könyve. A' Tsutsos Szelések* (Sectiones Conciae) *mellyet köz haszonra irt Dugonich András Kegyes Oskolabéli szerzetes Pap etc.* Apud eundem, eodemque Anno 8. cum duplici aenea tabula.

9) Novum aliud opus conspectui subiecit popularium, idiomate patrio culto, et castigato, cui dedit titulum: *Az arany peretzék Szomoru történet*

öt

öt szakaszszokban. Irta Dugonich András Királyi Oktató. Id est: Aureae Armillae Tragoedia, vel potius Tragico — Comoedia quinque Actibus terminata, quam scripsit Andreas Dugonich Regius Professor. Posonii et Pestini typis atque impensis Ioannis Michaelis Landerer de Füskút. Anno MDCCXC. 8. Quod hic Clarissimus Auctor fabulam Romanensem sub imagine Dramatis omni Poetica arte confectum dederit, multum apud Lectores, quorum animi facile irritabiles sunt, adprobationem inusitatam meretur. Finxit ille Acatii Barchai tempore ex nobili familia Matskasiana Virum aliquem, qui cum gratia et auctoritate apud Principem non mediocriter valeret, clandestinis artibus malevoli cuiusdam Aulici, quem Schelmaierum ob singularem frontis integumentis involutam nequitiam adpellare placuit, funeste iactatum cum Domo sua per omnes fallacis fortunae iniurias, tandem superatis detracta larva dolis, triumphasse. Crederes haec reipsa fieri, adeo naturali serie, ac nexu decurrens narratio plurimum probabilitatis complectitur, quae loca ipsa Matskasianorum avita, mores eius temporis, et consvetudines, ac res plane circumstantes apte atque ingeniose adiectae, mirificum conciliant splendorem. Quod, si solas interloqutiones in unum colligas, illae perfectum, atque elegans Drama pro theatro sup-

suppeditabunt. Ornat frontem operis Virágo Nobilis Matskási aeneo artificio adumbrata cum lemmate: Matskási Iuliannak örök emlekezete; sive Iuliannae Matskási sempiternae memoriae. Praefatio Clarissimi Auctoris insignem pietatem patriam luculente manifestat. — Tandem in lucem hominum vernacula lingva prolatum est elegans illud ingenii monumentum tanto plausu et favore exceptum, ut exemplaribus brevi temporis spatio fugientibus, novam, et non parvis accessionibus locupletatam Clarissimus Auctor flagitante Typographo adcurare debuerit. Hanc praefert inscriptionem:

10) *Etelka, egy igen ritka Magzar kis — Aszszony Világos váratt, Árpad, és Zsoltán Vezérjeink ideikben. É történetel a' régiség-nek setétségéböl új világra hozta Dugonich András Királyi Oktato.* Id est: Etelka, sive rara Hungarico creta Sangvine virago nostrorum quondam Ducum Arpadii, et Zoltani temporibus efflorescens, cuius Historiam ex antiquitatis tenebris erutam nova luce donavit Andreas Dugonich Professor Regius. Pestini typis ac sumtibus Ioan. Michaelis Landerer de Füskút Anno MDCCLXXXVII — LXXXVIII. Tomi duo in octavo forma maiore. Ibidem. Anno MDCCLXXIX in eade forma. His accedunt ornamenta loco aeneae tabulae, in queis illae praecellunt,

lunt, quae arcis antiquae, situ loci, memoriaque vetustissima celebris Világos, seu Lucidae rudera, ut quidam ea superant, exhibent. Praeclarum hunc et nobilem conatum multa commendant. Argumentum, quod quidam fabulam Romanènsem interpretabuntur, rerum incundissima varietate, factorumqae mutuo nexu conspicuum est. Quamvis autem finxerit Cl. Auctor quaspiam personas, earumque nomina aut suam etiam imaginandi vim sequutus quaepiam addiderit, ut quidem ea fieri potuerunt, opinione nihilominus plures in se historias complectitur, immo saepe tales, quas alibi conatu irrito quaesiveris. Mores certe Arpadiani: non tantum nostrorum, sed et vicinorum consvetudines. Indicata ex eorum religione Politica et Tactica. Indagines Etymologicae, Philologicae, ac Geographicae. Audaces saepe conjecturae, felices tamen: Si Lexicographorum more in elenchum redegisset, paucorum palatui arrisisset. At ita animam rei addidit diversis Maiorum imaginibus ac descriptionibus. — Etelka, virgo splendida, et latens Princeps miris agitata fatis, longe amoenissimum historiae filum ducit, non nisi cum liber evolvitur, invito lectore abrumpendum. Arpadi filia sororque Zoltani tandem agnoscitur. It quidem artificiosis, sed minime coactis plexibus, elusa legentium cupiditate ad finem us-

que

que differt Auctor. — Huc spectat Etele Heros, Princepsque Careliensis eius populi, quem a nostris aliquando secessisse nunc suspicamur, quo ad Clariss. Hellius, vel alter successor manuscriptorum nos exspectatione promissi operis, quod ante multos annos editurum se spoponderat, iam usque fatigatos certiores reddiderit. — Nec silentio praetereunda est stili, plani, cultique elegantia, et paroemiis, popularibus dicteriis, saepe etiam sponte acervatis, ut, quae iniuriae temporum eripere voluerit, varia — Rerum series iam Budae iam Vilagosvarini decurrens absolvitur; suis tamen locis interspersa episodia, Bulgarica, Dacica, Germanica, Slavica, Carelica, narrationem mira svavitate dispungunt. Atque hoc demum loco eam voluptatem, quam aliquot iam annis ex libris Hungarice concinnatis popularium meorum capio, depromam. Amoris meritae de nobis patriae, ac Maiorum, quorum tantum abest, ut pudere nos unquam debeat, ut potius verae ingentisque gloriae materiem habemus, iucundissimus iste fructus est: eo plane tempore, quo fata nationis, etsi in melius auspice Deo vertuntur prisci moris, lingvae: et consvetudinum populi non uno aliquando titulo florentis fluctuantes tabulas consecrare. — Progrediamur ad reliquos conatus indicandos.

11)

* 11) *Jeles történetek, mellyeket a' játék szinre alkalmaztatott Dugonich András Királyi oktató. Elsö könyv mellybe foglatatik Toldi Miklós szomorú történet három szakaszokban. És Etelka Karjelben szomorkás történet negy szakaszokban. Második Darab.*

12) *Jeles történetek, mellyeket á játék szinre alkalmaztatott Dugonich András Királyi Oktátó. Második könyv, mellybe foglaltatik Bátori Maria Öt szakaszokban. Harmadik Darab. És kún — László szomorú történet. Negy szakaszokban. Negyedik Darab. Id est: Memorabiles eventus, quos* Theatro Hungarico adcommodavit Andreas Dugonicius Regius Professor. Liber Primus, quo Nicolaus Toldi Tragoedia tribus actibus prima parte atque Etelka Carjeliae Princeps Tragico-Comoedia quatuor actibus parte altera exhibetur. — Liber secundus, quo Maria Batori quinque actibus parte tertia, et Ladislaus Cumanus parte qnarta habitu Tragico spectatoribus sistuntur. Prior Pestini typis ac sumtibus Michaelis Landerer prodiit Anno MDCCXCIV. Posterior MDCCXCX. 8. mai. Ceterum non mediocri sunt ornamento effigies Aeri mandatae tragoediae materiem suppeditantes.

13) *Gzöngyösi Istvánnak költéményes Maradványi, mellyeket egybe-szedett, es á leg ré-*

regibb nyomtatványok, és kéz irások szerent hibáibol ki mentett Dugonich András Királyi oktató. Két Darab. Id est Stephani Gyöngyösi Poëtica monumenta, quae in unum collegit, et secundum primas editiones atque Autographa sublatis mendis edidit Andreas Dugonich Regius Professor. Posonii et Pestini typis atque impensis Michaëlis Landerer de Füskút. Partes duae Anno MDCCXCVI. 8. Clarissimus Editor insignem navavit operam, dum Celeberrimi Stephani Gyöngyösi poëtica molimina, quo maiorem Poëtam in Hungaria saeculum superius non tulit, publici iuris fecit. Praemissa autem erudita praefatione luculentam dedit ex authenticis fontibus de vita et arduis laboribus Auctoris descriptionem, quam tribus Capitibus definivit primo vitam et munera gesta complectitur: secundo genuinas Poëtae nostri elucubrationes indicat; tertio de incertis, et falso adtributis operibus disserit. Haec etsi testimoniis non innitantur; sana tamen crisi, et felici coniectura perspicue demonstrantur.

15) *A' Szeretsenek. Újjabb életre hozta Dugonich András Királyi oktató. Elsö könyv. Europai történetek.*

16) *A' Szeretsenek. Újjabb életre hozta Dugonich András Királyi oktató. Második könyv. Afrikai Esetek*: sive Æthiopica. Nova luce donavit

navit Andreas Dugonich Regius Professor. Primus liber Europaeas, secundus liber Affricanas vicissitudines continens. Posonii et Pestini sumtibus et typis Michaëlis Landerer de Füskút, prodiit Anno MDCCXCVIII. 8. Argumentum huius operis est Kariclea Virgo Regiae propaginis ex Æthiopia, quae adhuc infans gravibus de causis ad ingressum vastae silvae densas inter arborum umbras abiecta, et fame moritura latuit, sed caelo ita disponente feliciter inventa, atque ad celebrem Graeciae Vrbem Delphos insigni Kariclis (a qua nomen sortita est.) liberalitate alta atque educata est. — Vix pueritiam egressa omnes in sui admirationem rapuit eo, quod non tam oris venustas, formae praestantia, ceteraeque corporis dotes, quam mens acerrima, et animus ad summa natus eam de meliore luto effictam esse patefacerunt. Teagenes quidam hanc forte conspicatus e Delphico Apollinis templo surreptam procul non invitam secum abduxit. Ambos perpetrato facinore innumerae calamitates, immo aperta vitae discrimina comitata sunt. Interea Karicles multis peragratis ac lustratis per plures annos provinciis profugos vestigavit, donec ad Hidaspem Æthiopiae Regem delatos repertos agnoscit. Iam victimae ad aras mactandae a Mysta destinabantur Sed intellecta rei serie Rex mutato sacrificio

cio consentiente Regina Persina, ac Nutritio Kariclea universoque populo plaudente mirabilium factorum socios et amore individuos connubio stabili iungendos curavit. Nuptiarum solennia illius iussu tanto splendore peracta sunt, ut etiamnum horum apud Æthiopes vigeat memoria. Iam dudum hoc poemation cimmeriis obvolutum tenebris ad vitam revocavit pulcherrimis versibus Celeberrimus in Hungaria Saeculi superioris Poëta Stephanus Gyöngyösi, quod ex Heliodori Graeci Anonymo, eoque corrupto, ac mutilo Interprete accepit, sed praeter quam quod hic interpres narrationem imperfectam ac mancam dederit, multa huius generis adiecit, quae nullum cum argumento nexum habuerunt; immo hanc ipsam nimium deformarunt, ac rudem indigestamque molem constituerunt. Supplevit igitur hunc errorem ac defectum Dugonicius noster, reiectisque male cohaerentibus ac putidis additionibus Caricleam mira, et subtili arte, elegantibus inductionibus, Inopinatis rerum circumstantium conversionibus, atque excitatis modo ad timorem, et commiserationem, modo ad gaudium et exsultationem in animis legentium adfectibus, Caricleam inquam ex Heliodoro integro protulit, nobisque raris virtutibus ornatissimam Virginem scitissime adumbravit.

17) *Romai történetek. Irta Dugonich András királyi Oktato.* sive Romanorum res gestae. Has descripsit Andreas Dugonich Regius Profes- sor. Romanorum facinora belli ac pacis tem- pore manifestata omnium cultiorum nationum linguis explicata, tipisque publicam lucem vide- runt demta sola Hungarica. Itaque Dugonicius noster, ut ignorantibus linguam latinam Civibus, ac honestis Matronis, Virginibusque liberalem pareret oblectationem, hoc historiae Romanae compendium publici iuris faciendum existimavit. In hoc porro demonstrat Gallos nostra aetate pugnantes, totamque fere Europam vi sua in- nundare volentes in expugnandis Vrbibus ac spoliandis contra datam fidem provinciis, ve- xandisque contributionibus populis Romanorum vestigia ut Simios pressisse.

18) A' Magyaroknak Uradalmaik mind a' ré- gi, mind a' mostani üdökben. Irta Dugonits András királyi Oktató, sive Hungarorum priscae ac recentis aetatis Heraldica ab Andrea Dugo- nich Professore Regio explicata cum imagine Coronae Regni Hungariae et XXVIII scutis aeri mandatis Pestini et Posonii sumtibus et typit Nobilis Michaëlis Landeret de Füskút Anno MDCCCI. 8.

19) *Jolanka Etelkának Lednya irta Dugo- nich András kiralyi Oktató. Elsö konyv Gyu- lafi-*

lafinak Bujdosassai Pozsonyban és Pesten Füskuti Landerer Mihály költségével és bötüivel, sive Iolanka Etelkae filia (Romanensis fabula) scripsit Andreas Dugonich Regius Professor. Liber I complectens Gyulafii oberrationes, fata, et vicissitudines. Posonii et Pestini sumtibus et typis Nobilis Mihaëlis Landerer de Füskut Anno MDCCLXXXIII.

20) Iolanka Etelkae filia (R. F) scripsit Andreas Dugonich Regius Professor. Liber II. continens illaetabiles in Carellia eventus. Posonii et Pestini sumtibus et typis Nobilis Michaëlis Landerer de Füskút Anno MDLXXXIV. 8. Cl. Auctor inusitatam, et peculiarem sibi *Orthographiam* in hac fabula postrema consectatur.

21) Inter editos Dugonicii libros postremi sunt duo Tomi hoc Titulo: Szittyiai Történetek, irta Dugonics András Királyi oktato. Impressi Pestini Typis et sumtibus Ioannis Michaelis Landerer Nobilis de Füskút. In his duobus tomis res gestas Scytharum in magna luce collocat, quas in Commerciis tenebris diu latuisse certum est. Sectionem Capita pro opportunitate impressis, veterum Scytharum geographiam exhibet, in quibus ipsius Scythia, Tum Magiarorum, Turcorum, et Hunnorum incunabula designat, aliorumque habitationem indicat, qui cum his cognatione iuncti erant, sed ad tam

cele-

celebrem nominis sui famam non sunt eluctati. Prodierunt hi duo tomi Anno 1808.

22) Iam dimidus liber in lucem prodiit Szegedini Typis, et sumtibus Urbani Graen Typographi, hunc Titulum Praeseferens *Cserei*, egy Honvári Herczey. Pertinet ad Romanenses libros sed multa deprehenduntur ubique de Hungaria, quorum cognitio iucundissima est.

23) Szegedini pariter imprimitur Salustii Bellum Catilinarium et Menechmus Plauti in Hungaricam Lingvam transfusus.

24) Fortasse ibidem proditurus etiam est Historia Peculiarium Belli-ducum, iam a' Censura regia revisus liber, in quo Auctor ad hoc maxime attendit, ut e talium librorum lectione ad verum militarem Animum aquirendum concitentur Animi hungarorum.

25) A' Censura Regia liberatus est liber hoc titulo a' Radnai törtenetek. Hic de Gratiosa imagine Radnensi agit eiusque historiam describit ad eos illuminandos, qui Radnam peregrinatioris Sacrae caussa proficiscuntur.

26) Agmen fortassis claudet Dugonitsianorum operum, a pluribus Annis collecta, et aliquot millibus constans Proverbiorum Hungaricorum sylloge. Multa enim sparsim in Dictionario Latino-Hungarico, et Hungarico-Latino Francisci Paris Papai Leutshoviae typis Brewerianis vulgato

gato A. MDCCVIII. quod auctum iterum opera Petri Bod in Transilvania prodivit Cibinii Anno MDCCLXVII 8. mai. Partibus duabus. Fuera adhuc alii, qui singulari opera hisque adcommodatas sententias atque adagia exiguis ediderunt libellis. Hos omnes longo intervallo Dugonicius noster conabitur superare.

E.

E.

EBENLANGER (Engelbertus a S. M. Magdalena) Austriacus Pravenegensis Diaecesis Passaviensis natus est MDCCXXXII Adolescens praestantis ingenii Ordini Piarum Scholarum nomen dedit MDCCL. Vitae Religiosae tirocinium, ac studiorum cursum magna gloria emensus, deinde ob scientiam, gravitatem, modestiam, ceteraque animi ornamenta ab omnibus in pretio habitus fuit: qui classes inferiores, humanioresque litteras in Iosephino Gymnasio, inde mox Philosophicas, et Mathematicas disciplinas, quibus mirifice alias delectabatur, in Collegio Nobilium Loewenburgico egregie tradidit, at in his porro studiis Ioannem Nep. Comitem de Codek cum magna Provinciae gloria instituit, et quaedam typis specimina eruditionis suae patefecit. Tirocinii Religiosi Magister, eos ne dum spiritu scientiae, sed et Algebrae, et Graecae lingvae cognitione imbuit. Utinam ab obitu relicta ingenii monumenta luce publica donarentur. Postremo in Academia Sabaudiaca Pro-Rectoris, ac Rectoris munus gessit, in quo etiam ob insignem

dexteritatem meruit confirmari. At dum illud quartum in annum administrat, viscerum convulsionibus exagitatus, atque eadem die ingravescente malo Sacramentis omnibus pie susceptis ingenti omnium comploratione vir amabilis extinctus occidit Quarto Calendas Martii MDCCLXXIV Eius cadaver comitante universa Nobilitate Academica in Collegii Iosephini mortuorum conditorio tumulatum, atque Academiae sumtibus in templo Academico exsequiis solennibus tanto viro est parentatum.

EGÉ (Alexander a S. Ioanne Baptista) *Hungarus* piis, ac honestis parentibus *Pestini* progenitus est Anno MDCCXLIV absolutis Grammaticae Classibus in natali solo, et humanioribus litteris Ketskemethini ad Scholarum Piarum Institutum adspirans eidem adscriptus a Praeposito per Hungariam, et Transilvaniam Provinciali Gregorio Tapoltsányi Anno MDCCLXIII biennio exacto se ritu solenni arctius adstrinxit. Post emensum laudabili cum solertia Philosophiae, ac Theologiae cursum Nitriae, quo etiam tempore ibidem in Convictu Nobilium Praefecto secundas suffecit vires, fundamenta lingvae latinae, et totam Grammaticae classem Prividiae, Pestini, Szegedini, Vacii in Regio Nobilium Collegio, ac in Convictu Transilvaniae Claudiopo-

diopolitano Theresiano per plures annos docuit, et simul privatus Nobilissimorum Iuvenum morum, studiorumque Moderator fuit. Anno MDCC. LXXX Auctoritate Sigismundi Orosz missus est ad Excellendissimum supremum Comitem Provinciarum Trentsiniensis et Liptoviensis perpetuum, Septemvirumque Ioannem Illésházi pro Filiis Antonio, et Francisco pietate, ac litteris erudiendis. Hac in Aula octo Annos exegit, usque eum per Regium Decretum cum aliis eiusdem Instituti ad publicas Scholas docendas revocatus, post Trentsinii Grammaticae Classibus Rhetoricaque tradita Praefecti quoque Nobilissimorum Adolescentium officio fungeretur. Postea superior Ovarinum dispositus, sed quoniam nova illa Colonia e fundamentis excitata nondum incoli potuit, tantisper in Sancto Georgio commorandum fuit. Evenit autem ut Comes Franciscus Eszterházy a Praeposito Provinciali Scholarum Piarum Virum ad educandos, instituendosque Filios Antonium, et Iosephum expeteret. Vnde nostro Alexandro nata fuit occasio, ut per Regiam Cancellariam Vir Illustris eundem huic gravi officio, praeficiendum impetraret. Sed post biennium ad Theresianum Convictum Viennam translatus, ubi post unum Annum, et novem menses ob male affectos oculos dimissionem petiit, qua impetrata ex Aula ad

Sanctum Georgium transitum fecit. Tandem evocatus Pestinum Pro-Rector primum, ac paullo post Rector creatus MDCCCIV. quam sibi demandatam Provinciam etiamnum, dum haec scribo, cum dignitate administrat MDCCCVII. Egregius Vir educationi ac curae sibi Iuvenes praeter bonas artes in variis adumbrationibus, figuris, et formis pingendis, delineandisque instruxit, mathematicarumque elisciplinarum rudimenta docuit, maxime autem emicuit huius studium in Gnomonica sive arte conficiendorum Solarium horologiorum, cuius plura apud Illustres ac dignitate conspicuas Personas luculenta dedit specimina. Novissime Archi Duci Austriae, et pro Regi Hungariae Iosepho diligenter ac scite elaboratum specimen in albo marmore obtulit summa reverentia, quod in Regia Budensi affixum, sibi gratum fuisse Auctorem remuneratus liberaliter, Princeps idem patefecit. Utinam huius manuscriptum figuris aeri mandandis munificentia praestantissimorum Virorum, typis dignissimum in lucem prodiret.

EGELSEER (*Albertus a S. Theresia*) Bohemus exordium vitae sumsit Budvicii Anno MDCCLIV. Veste indutus religiosa Piarum Scholarum Anno Salutis MDCCLXX. Luculenta iam in studiis edidit specimina. Classibus vernaculis et grammaticis cum sua et Ordinis comendatione

tione absolutis Rhetoricae, et Poësi tradendae praefectus, hanc personam hucusque Budvicii egregie sustinet Ad Poesim natum esse testantur sane plurimae huius epistolae ad Amicos, et Fautores; praefationes, aliaeque conscriptae lucubrationes non paucae Carmine elegiaco typis vulgatae: Sunt autem sequentes:

1) Reverendissimo atque Illustrissimo D. D. Ioanni Procopio Episcopo primo Budvicensi S. R. Imperii Comiti de Schaffgotche annua solennis inaugurationis die Budvicense Scholarum Piarum Collegium vitam et felicitatem perpetuam. Budvicii Anno MDCCXCII. folio.

2) Leopoldo II Romanorum Imperatori, Augusto, Pio, Felici, dum Rex Bohemiae coronaretur, Schlae Piae Bohemiae Budvicenses Anno MDCCXCII in folio.

3) Ad Senatum et Cives Budvicensem Fundatores Collegii Scholarum Piarum Budvicensis Elegia edita ibidem Anno MDCCXCVI in folio.

5) Reverendissimo atque Amplissimo D. D. Iosepho Pingas Budvicensi Canonico et Consistorii Assessori, Viro litterarum, literatorum lingvae, et Historiae patriae amantissimo felix anni auspicium precatur A. E. A. S. I. S. P. Budovicii Anno MDCCXCIV. in folio. Hac in eli-

gia

gia magno nitore Auctor susceptum cum Reverendissimo Canonico iter describit.

5) Gratiarum actio C. R. Budvicensis Gymnasii S. R. praelectis Clasibus MDCCXCIV in folio.

6) Illustrissimo L. B. D. D. Carolo ab Eben Districtus Budvicensis Capitaneo etc. etc. dum ad capessendam Consiliarii apud Regni Gubernium Inclytum dignitatem Pragam evocaretur Scholarum Piarum Gymnasium accinit Budvicii non indicato Anno in folio.

7) Elegia ad Eximium ac Venerabilem Virum N. Gutwürth cum Sacerdos quinquaginta annorum secundas celebraret Budvicii in folio.

8) Inschriften Lateinish und Deutsch, welche bis der dreytägigen Leichenbegängnis für Kayser Ioseph des zweiten in der Budweiser Dom Kirche, auf den Trauer-Gerüsten ausgesetzet worden. Gedruckt zu Budwitz Anno MDCCXC in folio.

EGERVÁRY (*Ignatius a S. Georgio*) Hungarus vitae lumen inivit Egerszegini in Provinciae Szaladiensis oppido e Nobili genere Anno MDCCLI. Iuvenis praeclarae indolis probe litteris humanioribus excultus ad Ordinem, Piarum Scholarum adspirans Ketskemethini veste amictus religiosa votorum suorum metam attigit

MDCC-

MDCCLXVII. Emensus Karolini, et Nitriae Philosophiae, ac Theologiae curriculum, inferiores classes in Provinciae Aradiensis ad S. Annam Oppido, Nitriae, Debreczini, et humaniores litteras triennio Szegedini, biennio Canisae magna cum laude docuit. Nitriae Professor Philosophiae ac postea Comitibus Nyáry morum studiorumque Praefectus datus fuit, quod munus Budae, Pestini, Posonii per sex annos insigniter gessit. Tatae secundas vires in Scholis suffecit, ac praenobilem Iuvenem Iosephum Blaskovits in Provincia Hontensi diligenter erudivit. Tandem Gymnasiarcha Szegedini ac Lycei ibidem Praefectus, cum triennali Matheseos doctrina coniunxit, eaque annis XII Rectoris atque Assistentis Provincialis nomine retinuit. Modo Pestinum translatus, eademque dignitate ornatus egregie sustinet personam Domus huius uti antea Szegedinensis, quantum in his rerum angustiis fieri potest amplificare commoda, atque in dies maiora prudentiae, dexteritatis, mansvetudinis, benevolentiae patefacere specimina consvevit. Sub huius regimine Scholarum Normalium, quas nobis annuentibus in fundo nostro posuit Civitas aedes a fundamentis excitatae, absolutae sunt. Vir praestans praesertim in Philosophia, Mathesi, et politiori litteratura egregie versatus. Tragoediam *Artaxerxes* post

Meta-

Metastasium summo nitore, atque elegantia in lucem protulit, quae legi potest *in quarta par-parte hungarici Theatri* Pestini cum inscriptione *Magyar Játék-szin* editi ab Eximio Viro Joanne Nepomuceno Endrödi eiusdem Instituti Anno MDCCXCIII. Cum vero praeter omnium exspectationem Marcus Dományi ab Assumtione D. V. Mariae imbecillitatem virium caussatus Anno MDCCCV munere Patris Provincialis se sponte abdicasset, Congregatorum Patrum sententia in Eximium Pestanum Rectorem Ignatium Egervári a S. Georgio Praesidis Provinciae dignitas Decimo Calendas Octobris eiusdem anni derivata est, quod arduum, ac grave officium magna aequitate ac prudentia hodie quoque administrat, ac moderatur.

Vix orsus molestum regimen eo praecipue conatus atque ingenii vires adtulit, ut increscente nimium rei familiaris inopia atque egestate in Provincia de meliori vitae sustentatione apud Augustum Imperatorem ageret, sicque communibus Instituti necessitatibus succurreret. Iustis precibus Immortalis memoriae Rex Franciscus ac Caelum respondit, cum edito diplomate Custodiatum Albensem usibus nostris liberaliter conferret; nos quantum scire possumus Custodum seriem etsi imperfectam adiiciendam putamus.

Series

Series Collationum Custodiatus Albensis.

Es his omnibus Annis MCCCXXXII. MCC CXXXXIX. Vetutissimum nominamus Ioannem ceteros subsequentas temporum oblivio tumulavit,
A. MCCCCXIII. In certis Literis Iudicialibus de quodam Davide Custodi Ecclesiae Albensis mentio fit.
A. MCCCCXXXXVII. In aliis Iudicialibus Litteris quidam Nicolaus Custos Ecclesiae Albensis commemoratur. Octavis festi Epiphanae.
A. MCCCCLXXIX. In certa conventione Magister Petrus de Sáry pro Custode Ecclesiae Albensis annotatur feria 5ta ante Dominicam Ramis palmarum.
A. MDCXIII. In quibusdam Arendatitiis Andreas Iancovitius Custos Albensis exponitur feria 6ta post Dominicam *Laetare*.
A. MDCXXXVI. In certa Protestatione Ioannes Kapossy, qua Custos Albensis apponitur, Sabbati proximo post Dominicam quinquagessimae.
A. MDCXXXVIII. Francisco Gorup per Ferdinandum III. collatus 3o Octobris Albensis Custodiatus.
A. MDCIXXIV. Octavio Salvuci per Leopoldum I. collatus Custodiatus Albensis 9 Novembris.
A. MDCLXXXIV. Resolutio Regiae Cammerae Hungaricae sonans de 2 Iunii collato Andreae Matusek Albensi Custodiatu.

A.

A. MDCCXIII. Comiti Ladislao de Nádasd per Cardum VI Imperatorem Regem collatus Albensis Custodiatus 16 Februarii.

A. MDCCXXXII. Gerardo Guilielmo a Dolberg per Carolum VI Imperatorem et Regem collatus Albensis Custodiatus.

A. MDCCLXXIV. Rudolpho e Comitibus Edling per Mariam Theresiam Reginam collatus Eo decedente A. MDCCCVII a Sempiternae Memoriae Rege Apost. Francisco I. Albensis Custodiatus ad Scholas Pias penuria laborantes in Hungaria X. Iulii edito Decreto translatus est.

Porro huius praestantis Viri plura exstant ingenii monumenta in Mathesi ac Philosophia manuscripta et nonnullae orationes priscam Romanorum elegantiam spirantes: quae, ut singula publici iuris faciat, otium liberale, ac valetudinem firmam vovemus; cuius benevolentia ac solicitudo in Iuventutem, et amor in Ordinem nunquam apud nos intermorietur.

ELEKES (*Ioannes Nep. a S. Iosepho Cal.*) Iuvenis egregiae indolis Siculus Transilvanus in Gyergyö Ujfalu natus Anno MDCCLXXIX. Expleto Ketskemetini religiosae vitae tirocinio, doctisque Gramaticae Scholis, post graviora studia emensa singularem ad Patriam Poësim propensionem cum venustate coniunctam patefecit

con-

conscripto Heroico Carmine elogio Nicolai Révai in Universitate Scientiarum Pestane Publici Professoris Manibus sacro, quod Viennenses Ephemerides in lucem hominum emiserunt, Anno MDCCCVIII. Repetita anno eodem Pestini Typis Landererianis in 4to Plura Societas Hungarica prelo subiicienda pollicetur.

ELENYÁK (*Georgius a S. Anna*) e terra Scepusiensi oriundus, exacto Prividiae Probationis tempore, inferioribus Grammaticae Classibus docendis admotus, completo Studiorum cursu praeclarum latinae poeseos ingenii specimen prodidit, vulgato Epithalamio ad Illustriss. L. B. Ferdinantum Horváth de Palocsa, dum Praenobilem Aloysiam Nagy Matrimonio sibi iungeret in Tordats die XXVI Iunii Anno MDCCCVIII. 4.

ENDRÖDI (*Ioannes Nepomucenus a Matre Dei*) Hungarus natale solum habuit in Ertény Provinciae Tolnensis vico Anno salutis MDCCLVI. Adolescens humaniores litteras emensus Piarum Scholarum Instituto se addixit MDCC. LXXIV absolutoque per biennium religiosae vitae tirocinio, et consveto scientiarum curriculo variis in Gymnasiis Gramaticae Scholas egregie docuit. At singularis ipsius industria eluxit in Ioanne Csakyo vetustae propaginis Comite insti-

sti-

stituendo, quem a teneris annis non minus doctrina Christiana, quam litteris amaeníoribus praeclara industria ac fortunato sucessu erudivit. Munere suo laudabiliter defunctus iterum Pestini maiorum voluntate ad florentissimam iuventutem litteris imbuendam totus incubuit. At subsecivis a publica doctriina horis conatus praecipue suos ad lingvae patriae culturam retulit, unde magno applausu exceptae fuere in theatro prolatae secundum comicorum artem fabulae ad imitationem Romanensium involutionibus, faceтiis, leporibus non siue ingenii acumine refertae. Orto bello Gallico ut cultiores provincias lustraret iam saepius a Chiliarcha equitatus L. B. Vincentio Barko invitatus ad Legionem Hungaricam equestrem sui primum nominis, postea Mészárosianam, ac modo Stiptsitsianam dictam pro rei sacrae administratione eiusdem tandem votis ac petitioni consentiens munus arduum temporibus infestis ultro suscepit, quo aliquod annis approbatione singulari defungebatur ostenditque non obvio exemplo etiam Martios inter strepitus mansvetam Minervam, cui a temeris consveverat, cum voluptate coli posse, quod editis partim, partim edendis patria lingva ingenii monumentis patefecit: nempe

1) *Historicum Veteris ac Novi Testamenti compendium cum doctrina et animadversionibus*

nibus ad usum Comitis Ioannes Csáky de Keresztszeg Cassoviae typis Ellengerianis Anno MDCCLXXXVIII. 8. Opus in duos tomulos tributum, quorum prior veterem, alter novam temporum memoriam complectitur, Hungarica et Germanica lingva eleganter concinnatum est hac methodo, ut ex responsis, quaestionibus, subiectis quilibet studens non nudam tantum sacram historiam, sed etiam populorum illius aetatis ritus ac consvetudines ac Geographiam edisceret, et quod ad mores in melius mutatos pertinet, illud opportunis occasionibus diligenter indicaretur. Optandum est ut exemplaribus iam dudum deficientibus liber quibusdam accessionibus locupletior ad Scholas utilissimas, iterum prelo subiiceretur.

2) *Az arany peretzes. Játék. Öt fel vonásokban* sive *Aureae armillae. Comedia. quinque actibus costans.* Fabulam hanc instar Romanensis ab Andra Dugonichio eiusdem Instituti compositam multorum hortatu theatro accommodavit, ut patrium, et populare quodpiam exemplar Comitiorum tempore, societas Hungarica spectatorum oculis amoenissimum futurum exkibere possit. Typis Matthiae Trattner Pesthini Anno MDCCXCII. 8.

3) *A' Magyar Játék szín*, sive *Hungaricum theatrum.* Opus hoc in quatuor partes divisum

con-

continet historiam theatri Hungarici Budae, ac Pestini eius initia, vicissitudines, progressum, Patronos ac Maecenates. Pestini sx Typographia Matthia Trattner MDCCXCII — XIII. 8. Huic accedit Syllogem quatuordecim opusculorum magna spectatorum frequentia, et applausu exceptorum.

4) *Endrödi János költeményei* sive *Ioannis Endrödi Poetica.* Hoc elegans epusculum typis excudit Mathias Trattner Pestini MDCCXCVIII. 8.

5) Endrödi János B. Mészáros Magyar Lovas Ezeredgye Tabori Papjának a Frantzia *háboruban* irt költeményes munkái harom könyvekben; sive Ioannis Endrödi Baronis Mészáros Equestris Hungaricae Legionis Chiliarchae Castrensis rei sacrae Praefecti ardente bello Gallico conscripti Poeticarum cogitationum libri tres. Pestini apud Matthiam Trattnerum Anno MDCCCI. 8.

6) Egy ket szó Századunk Erköltsi megvesztegeteseröl Irta. Endrödi János Ahitatos Oskola-béli B. Stiptsits Ezeredjenek tábori Papja; sive Nonnihil de nostri saeculi morum coruptione. Disseruit Ioannes Endrödi Scholarum Piarum Baronis Stipsitz *Equestris Hungaricae legionis* Chiliarchae; Castrensis rei sacrae

Prae-

Praefectus. Typis Matthiae Trattner Anno MDCCCII in 8vo.

7) Quatuor sacri sermones in Germanicum versi habiti variis occassionibus ad Legionem, quorum duo in Neuwied, duo Francofurti temporibus diversis publica luce donati sunt.

8) Embernek boldogsága ki fejtegetve a józan böltselkedésnekségettségével. Irta Polgár Társaiknak hasznokra éndrödi János a kegyes Oskolák szerzetes rendjeknek egyik tagja: eddig Tsász. Kir. Tábori Pap, most ifiu Grof Eszterházv nevelëje. A munkának fel ösztasa és fö tárgyai. A' Boldogságnak ertelme bizonyos kötelességeknek tellyesitteseset foglal magában, Illyenek magára az Emberre nezve, mas egyebekre nézve. Az Istenre, és az örök életre nézve. Ezek a förészei az egész munkának. Eszerént Az elsö könyvben visgáljuk az Embert magára nézve. — A másodikban a Társasságban — Az harmadikban az Istenre, és az örök életre nézve sive Hominis beatitas ope sanae Philosophiae explicata, quam sripto compexus est ad Civilis societatis utilitatem Ioannes Endtödi Clericus Regularis, Ordinis Piarum Scholarum hucusque Caesareo Regius Castrensis rei sacrae Praefectus, modo Iuvenis Comitis Eszterházi Educator. Operis partitio atque argumenta praecipua. Beetitatis notio singularium officio-

officiorum exsequutionem comprehendit; talia sunt: Hominis relate ad se ipsum, et alios, dein ad Deum, et vitam aeternam Hinc nascuntur totius operis tres libri. Primo consideratur, Homo, ut solitarius, et ab omnibus remotus— Secundo spectatur in societate constitutus. Tertio denique comparatus ad Deum, et vitam aeternam. Typis Matthiae Trattner Anno salutis MDCCCVI. Tomi 3. in 8va maiore forma. Hoc monumentum perfectum ingenio elaboratumque industria cum ob patri lingvae nitorem, atque argumenti praestantiam, tum ob singularem methodum, Perspicuitatem interScriptores Philosophiae Moralis, quos aetas nostra effinxerat *insignem* sibi locum vindicat, peculiarique praerogativa explendescit.

EPINOPI (*Hieronymus a S. Michaele*) natus est in Apulia AErae Christianae Anno MDCCXVII. Adolescens Piarum Scholarum Instituto se totum addixit Anno MDCCXXXIII. Absoluto studiorum curriculo Eloquentiam pluribus Annis docendo professus in Geographiae *Systematicae* studio adeo excelluit, ut speciminibus typo editis magnam nominis celebritatem sibi conciliaret. Postea Magister tirocinii Religiosi, Preco Verbi Divini, Arbiter conscientiae, Rector Domus constitutus, ultro sibi delatis muneribus

ribus

ribus egregie satisfecit. Febri demum correptus rite comparato ad moriendum animo inter adstantium suorum comprecationes vivere desiit Brundusii MDCCXCI.

ETTINGER (*Aloysius a S. Catharina*) Hungarus Pestiensis, vitali aura primum frui coe. Anno MDCCXLV qui humanioribus litteris in natali solo absolutis, Instituto Piarum Scholarum se totum devovit A. MDCCLXIV Prividiae. Emensus disciplinarum severiorum cursum post doctas cum emolumento Discipulorum, Grammaticae Classes in Regio Theresiano Vaciensi Nobilium Convictu Professoris Architecturae munus per undecim annos ea sui nominis, atque Instituti commendatione sustinuit; ut ab Eminentissimo Sacrae Romanae Ecclesiae Cardinali Cristophoro Migazzi Architectus Aulicus denominaretur; qua in statione plura e fundamentis in altum educta Templa et alia magnae molis structa, et consummata aedificia insignem eius apud posteros Architecturae peritissimos Viros memoriam conservabunt. Singularem eius caritatem, et de aliis benemerendi studium ad seros Nepotes transscribent illi, quibus ad Scholasticos pulveres insgini sua methodo ad plenam Architecturae cognitionem perductis, de commoda vitae sustentatione liberaliter prospexit. Qund dum

 Pesti-

Pestini summa contentione ageret, febri vehementissime correptu, et malo se ad glandulas parotides diffnso letalis evaderet morbus aeger Sacramento poenitentiae, ac Sacra Unctione munitus internostrorum preces in eodem Collegio vitae occasum attigit, MDCCCIV. In quo plu- Ichnographiae, ac Delineationum monumenta, Imagines item chartae diligenter mandatas reliquit.

EYSYMONTA (*Martinus a SS. Familia Nazarena*) Polonus vitalem subiit lucem Anno MDCCXXXV in Palatinatu Russiae Iuvenis ab ineunte aetate bonis artibus excultus Instituto Scholarum Piarum nomen dedit. Expleto tirocinii religiosi tempore, et sublimiorum scientiarum cursu humaniores lttteras mira perspicuitata, discipulorumque progressione tanta cum laude docuit, ut sive prosa, sive vorsa oratione scribendum esset, promte atque eleganter Veterum Scriptorum florentem Aurea aetate scribendi rationem adsequutus exprimeret, nec minus in severioribus disciplinis versatum se ostenderet. Maiorum auctoritate post plures Annos Varsaviensi Nobilium Collegio regendo admotus, eo munere insigni dexteritate functus communia suffragatorum vota universae Provinciae Moderatorem esse voluerunt, quam personam pro digni-

gnitate ita sustinuit, ut ob singulare reipublicae studium summo in pretio haberetur. Modo Lucoviae in Nova Gallicia Collegii Szaniaviani Praefectus partam gloriam cumulat. Edidit

1) Adversaria, seu regulas viri probi, honestique versu patrio Varsáriae typis Collegii Scholarum Piarum Anno MDCCLXXIX in 12.

2) Scripsit praeterea duas Eclogas ingeniosissimas huius inscriptionis *Paluemon*, et *Galathea*, dicatas Stanislao Augusto Poloniae Régi; et aliquot Elegias ad eundem illa occasione, cum Nobilium Varsaviense Collegium, atque huius Convictores luculentum in artibus atque scientiis specimen progresionis daturos maiestate ac praesentia sua decoraret, quae sparsim summo nitore et typographeo Varsaviensi in lucem prodiverunt. in folio

3) Iam vero principia, Vir Clariss. Civilis ac Militaris, simulque Geometriae practicae ab eodem concinnata, opus praesantissimum luce dignum MDCCXCIV ineditum est, ob tabulas aeri mandandas pretiosum; credimus hoc, liberalitate Moecenatum lucem subiisse.

F.

FABRE (*Ioannes Thomas a S. Maria*) Ligur natus est in oppido Portus S. Mauritii Anno MDCXCVII. Vir ab ineunte aetate integerrimi, omnique virtutum genere ita exornati, ut ab omnibus tamquam verum recte vivendi exemplar haberetur. Iuvenis Religionem Scholarum Piarum amplexus iam in ipso tirocinii exordis magnae pietatis praestantisque ingenii specimina edidit Anno MDCCXX. Absolutis Philosophiae, ac Theologiae Studiis, Grammaticam primum, et humaniores litteras in variis Domibus docuit, deinde Rhetoricam in Viqueriensi Collegio, et postremo tum inferiorem, tum superiorem Numerorum Scientiam, vulgo Arithmeticam Genuae, ubi eximiam mentis perspicacitatem, quo ad difficiliora problemata magno exterorum plausu resolvit, ac typis vulgavit, cum summa diligentia, sollicitudine, ac caritate coniungens ita vitae suae rationes instituit, ut magnus ad eum conflueret Adolescentum numerus quos litteris, ac pietate potissimum erudiebat. Rector Domus Probationis Anno MDCCXXXIX destinatus summa

ma

ma modestia, et animi demissione supplicem libellum porrexit, ut ab huius generis sibi imposito onere liberaretur. Sed Anno MDCCXLII ad regendam eandem Domum constituitur, et post sexennium Rector Albiganensis eligitur, ac postmodum Pro-Rectoris munus in Domo nostra Genuensi alacriter implevit, et maxime cum praeesset, non asper, non morosus, sed facilis, et placidus ceteros ad obsequium, et cultum Divinum constitutionumque observantiam blando sermone, ac vultu movebat, suoque proprio exemplo assidue trahebat. Instituti amore plenus Praefecturam Discipulorum, et Magisterium recenter professorum prudentia, et laudabili dexteritate sustinuit, ac demum expletis communibus officiis, nunc Orationi, nunc Sacrorum librorum lectionibus vacabat, modo publicis, vel privatis instructionibus operam dabat, denique afflictis, egenis, inopibus, aegrotisque solatium adferendo indefessus dignum in vinea Domini operarium se praebuit usque ad supremos vitae dies, et cum omnia faceret, singulorum ostentationem fugiebat. Tandem pleuritide correptus mirifica sui animi tranquillitate mortem oppetiit. Semper mentis compos Sacramentis ultro expetitis munitus inter adstantium precationes, et lacrimas de vita decessit Genuae magno totius civitatis moerore, ac prae-

clara

clara doctrinae sanctitatisque opinione Anno MDCCLXXI.

FABBRI (*Paulus Antonius a S. Iosepho*) editus in lucem Sarazanae MDCCXV, susceptoque Scholarum Piarum Ordine MDCCXXI Vir eximia pietate, ac doctrina longe clarissimus evasit, qui altiora studia emensus Grammaticam, Rhetoricam, et Philosophiam cum laude docuit. Designatus pro recens fundata Domo Lugensi in AEmilia per annos sex Rectoris, et Parochi munus tanta vigilantia, et adcuratione complevit, ut sibi omnium ferme amorem devinxerit, donec Anno MDCCLXXXIV, quo sufragator Comitiis Generalibus Romae interfuit, Hetruriae Praeses, et postea Rector Florentinae Domus renunciatus fuit Labori continenter adsuctus *nonnulla opuscula*, et praesertim *Tractatum de Gratia Divina* typis mandavit; quaedam inedita reliquit, et licet annis gravior imbecillitate virium laboraret. Semper aut meditationi, aut studio vacabat, quem vitae ordinem constantissime retinuit. Tandem apoplexia repetitis vicibus ictus, placidissime, ut vixerat, e custodia corporis ad Deum evolavit MDCCCIV.

FANTUZZI (*Alexander a Purificatione B. V. Mariae*) natus est Florentiae Anno MDC-
LIX.

LIX. Iuvenis Scholarum Piarum Instituto se totum ritu solenni devovit Anno MDCLXXIV. Superato studiorum cursu per quinque et viginti annos in Hetrusca Romana, et Neapolitana Ordinis nostri Provinciis *Scientiam numerorum* summa perspicuitate, ac discentium progressione, communique applausu docuit. In hac vero, quam insigniter versatus fuerit, testantur ingenii monumenta lucem hominum typis repetitis vernacula lingua emissa, quorum titulos infra subiicimus. Praeterea duobus Ordinis nostri universi Moderatoribus a secretis dexteritatem suam patefecit. Pro-Rhetorem in Florentina tirocinii Religiosi Domo agens, dum suae, aliorumque saluti strenuae operam impendit, apoplexia correptus, tertia post vicesimam die in eadem Domo religiose vitam clausit Anno MDCCXXXIV.

1) Arithmetica prattica dimonstrata in quinditi Trattati Roma nella Stamperiadi Giovanii Francesco Buagni a ripa, nell' anno MDCCXIV e ristampata coll' altre aggiunde in Roma dal Ottavio Puccinelli a S. Michele a Ripa nell' anno MDCCXLIX. 4.

2) Estratto di Abbaco Estratto dalle Opere Aritmctiche del medesimo uso dei Giovanetti dell' Ospizio Apostolico di S. Michele a Ripa, Roma

Roma MDCCXIII nelle medesime stamperii ristampate 8.

FARKAS (*Ludovicus a S. Ioanne Nepomuceno*) nobilibus parentibus editus est in lucem in Boldogfa vico Provinciae Szaladiensis Anno MDCCLII. Adolescens eximiae indolis, morum suavissimorum, ingenii peramoeni, humaniorum litterarum magna cum laude cursum emensus ad Institutum Piarum Scholarum convolavit Anno MDCCLXXI eidemque solemnibus votis perenniter se obstrinxit. Demum ad severiora studia, sacrasque disciplinas condiscendas praeclara sui nominis commendatione incumbens post Grammaticae Classes Poeticam, et Oratoriam singulari Iuventutis progressione tradidit, et Iuniores nostros Mathesi erudivit, simulque Nobilium Iuvenum praefecturam gessit. Ob raras corporis, atque animi dotes Karoliensis Domus, et Collegii Academici Claudiopolitani Rector constitutus, prudentia, humanitate, ac benevolentiā suum munus exsequitur. Inclaruit ditto vernacula lingua sermone de Eucharistiae Sacramento Karolini habito, et Pestini typis vulgato MDCCXCV. 8.

FASCE (*Clemens a S. Iosepho*) Ligur Genuensis in lucem editus est Anno MDCCXXV.

Insti-

Institutoque Scholarum Piarum nomen dedit Anno MDCCXLII. Iuvenis post expletum tirocinii religiosi tempus altiores scientias vasto ingenio emensus, illo tacita vi ad Rhetoricam, et Philosophiam excolendam se propendere luculentis crebro indiciis manifestavit. Hac de causa per universam fere Liguriae provinciam, et praeclari Rhetoris, et praestantis Philosophi famam, ac existimationem consequutus est. Parmam igitur Ducalem ad Academiam invitatus, tanta nominis sui gloria effloruit, ut Eruditissimo Innocentio Frugoni, caeterisque Academiae Sociis ipse etiam iis adscriptus carissimus, passim Professor Rheterices celeberrimus praedicaretur. Athenaeo Genuensi vix restaurato in natale solum revocatus, atque ex S. C. Poëseos Professor renunciatus, in omni litteratura se adsiduum, ac versatum esse sparsis publicam in lucem monumentis probavit. *Assistens* deinde, ac Consultor factus, utroque munere ornatus emicuit. Romam Comitiis generalibus Anno MDCCLXXXIV interfuturus Provinciae sufragator, accessit. Dum autem rude donatus in Domo nostra *Professa* Genuensi, variis passim pietatis, religionis, caritatisque operibus vecaret, ex pulmonum inflammatione accedente gangraena magno sui relicto desiderio e mundo excedens ad immortalitatem adspiravit in Domo eadem MD-

CCXCIII

CCXCIII. Postquam aetatis suae annos VIII et LX in ordine unum et L exegisstt.

FASCE (*Franciscus Antonius a S. Iosepho Calasanctio*) Vir eruditissimus, ac religiosissimus primam adspexit lucem in Liguriae Urbe praecipua Gennae Anno MDCCXXXII, qui suscepto Piarum Scholarum Instituto MDCCXLIX se ad erudiendam *Spiritu intelligentiae ac pietatis* iuventutem ipsis providentiae manibus comparatum usque extremum vitae sriritum luculenter patefecit. Etenim ad munus docendi admotus, humaniores litteras, ac Rhetoricam Savonae, Genuae, Mediolani et Romae in Nazareno Collegio Nobilium per plurimos annos singulari methodo, et perspicuitate, magna caritate, atque indefessá diligentia tradidit. Ad usum memorati Collegii aliquot abhinc annis publici iuris fecerat brevissimas quidem, sed succi, et sanguinis plenissimas Rhetoricas institutiones, et de antiquis Romanorum ritibus insigne compendium elegantissimis animadversionibus illustravit. Postea totus erat in concinanda historiae synopsi, latinaque Grammatica, puerorum ingeniis ratione magis adcommodata, perficienda. Tandem repentinam ferme adivit mortem aeger, cum vis morbi ad pulmones propagaretur. Post triduum igitur Sacramentis omnibus maxima religio-

ne

ne acceptis, in eodem Collegio Nazareno ad sempitarnam lucem accessit. Pridie Nonas Februarii Anno MDCCXCVIII.

FASSONI (*Liberatus a S. Ioanne Baptista*) Ligur, auras vitales primum delibare coepit Anno MDCCXX. Vir morum honestate, atque Instituti amore conspicuus, simulque ingenii alacritate, scientiarum cultu, ac multiplici eruditione longe clarissimus, qui solenni emissa in Romana provincia Scholarum Piarum professione, ac studiorum cursu magna ingenii felicitate docendae Philosophiae, Mathematicisque disciplinis continuo addictus, Vrbini primum, deinde Romae in Collegio Calasanctino sedulum institutorem, earumque facultatum scientissimum se multis argumentis demonstravit. At multo magis inclaruisse visus in Theologicis disciplinis, quas ingenti plausu, atque Auditoıum mira utilitate, in Collegiis Senogalliensi, et Calasanctino explanavit. Quare Listurgicos inter Academicos relatus coram Benedicto XIV Pontifice Maximo plures habuit dissertationes. In his autem, ceterisque suis lucubrationibus palam fecit, se Graecam linguam non mediocriter callere, ita vero in Latina versatum esse, ut aurei saeculi elegantiam, et in scribendo proprietatem vocum aemularetur. Quo factum est, ut ad Alumnos Col-

legii

legii Urbani de propaganda fide, humanioribus litteris erudiendos auctoritate Patronorum destinatus fuerit, atque hoc munere per quadriennium functus, Oratoris quoque, ac Poëtae laudem sibi iure optimo vindicavit. Moratus autem Nazareno in Collegio, uti postea explanandae Theologiae iterum operam dedit *Assistentis* Provincialis nominatione ornatus. Dum in hac docendi exercitatione viginti annorum intervallo versaretur, plura ingenii monumenta typis mandavit. Dissertationes videlicet Philosophicas duas, et complures Theologicas, nec non Sancti Auctoris nostri Iosephi Calasanctii a Matre Dei studio Francisci Bonada a S. Ioanne Evangelista vitam, et memoriam latine excitatam, quam ipse ad ordinem redactam, et auctam perfecit, quae omnia insigni eruditione, miraque elegantia, et latini sermonis nitore conscripta, et a litteratis hominibus magno studio excepta, et conquisita ingentem Auctori suo, nostroque Instituto gloriam compararunt. Hac de causa excellentis doctrinae fama longe, lateque propagata, ipse continuo ad Academiam Regiam Calaritanam tum recens positam auctus est, ubi Theologiae Dogmaticae provinciam ea cum laude sustinuit, ut interiecto aliquot annorum spatio ad eandem Cathedram in Athenaeo Regio Taurinensi Auditorum frequentia celeberri-

ri-

rimam traduceretur. Nec exspectationem fefellit, quando et ibi communi omnium sententia inter melioris notae Professores haberetur. In hisce Academiis iam annum agebat undecimum, quo maiora opera composuerat, atque perpolita quam primum publici iuris facere meditabatur, cum repente putrida, et biliosa febri correptus nihil proficiente trium peritissimorum medicorum opera Sacramentis devote susceptis, conformatoque ad Dei voluntatem animo, inter ardentia Theologicarum virtutum indicia, et familiae Augustinianae precationes, Augustinae Taurinorum in Coenobio S. Augustini, ubi tranquillo fruebatur hospitio, probis, ac doctis hominibus tanti hominis iacturam dolentibus diem supremam vixit Quarto Nonas Maii Anno M. DCCLXXV. Exsequiis autem ab eiusdem ordinis Sacerdotibus in sua Ecclesia eo apparatu, quo Regios Professores decet, solenniter celebratis in ipsorum Patrum sepulcro tumulatus est.

Operum editorum, et manuscriptorum series cum suis inscriptionibus.

1) De Leibnitziano rationis sufficientis principio Dissertatio Philosophiae Liberati Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum in Senogallensi Seminario, atque Collegio eiusdem familiae, Theologiae, Graecarumque litterarum Professo-

ris, Senogalliae Anno MDCCLIV. typis Stephani Calvani in 4to forma mediana. Iterum prelo subiecta Budae in Hungariae Metropoli typis Leopoldi Landerer A. MDCCLXVII. *in* 4to minore far. curante Alexio Horányi Philosophiae Professore, eiusdem Instituti.

2) De solis defectu in morte Caesaris Dissertatio Philosophica Liberati Fassoni a S. Ioanne Baptista de CC. RR. Scholarum Piarum in Senogalliensi Seminario, atque Collegio eiusdem familiae, Theologiae, Graecarumque litterarum Professoris, Senogalliae typis Stephani Calvani Anno Aerae vulgaris MDCCLIV. in 4to forma mediana.

3) De miraculis adversus Benedictum Spinosam Dissertatio Theologica Auctore Liberato Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum in novo Collegio Publico SS. Theologiae Professore. Romae excudebat Ioannes Zempel prope montem Iordanum Anno Aerae vulgaris MDCCLIV. in 4to forma mediana.

4) Editio altera eiusdem Dissertationis Theologicae multis accessionibus locupletata, et ab ipso Auctore procurata Romae ex eodem Typographeo Anno Aerae vulgaris MDCCLV. in 4to forma mediana.

5) De Graeca Sacrarum litterarum editione in septuaginta cognominata Interpretibus. Disser-

sertatio Auctore Liberato Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum SS. Theologiae Professore, Academiae de Conciliis Pontificiae, atque Hetruscae Sodali Romae ex typographia Ioannis Zempel prope montem Iordanum Anno Salutis MDCCLIV. in 4to forma mediana.

6) Editio altera eiusdem Dissertationis Historico-Theologico-Criticae mendis sublatis animadversionibus multis collustrata Romae ex eadem Typographia Anno MDCCLVIII. in 4to forma medivna.

7) De voce *Homonsian* Dissertatio, in qua ostenditur vocem illam ab Antiochenis Patribus proscriptam, et repudiatam non esse, Auctore Liberato Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum in Novo Collegio Publico SS. Theologiae Professore. Romae ex Typographeo Ioannis Zempel Anno MDCCLV. 4to. forma mediana.

8) De Cultu Iesui Christo a Magis adhibito adversus Richardum Simonium, et Samuelem Basnagium, Auctore Liberato Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum in Novo Collegio Publico SS. Theologiae Professore, Romae ex eodem Typographeo Anno Salutis MDCCLVI. in 5to forma med.

9) De puellarum monasteriis Canone XXXVIII. Epaonensis Concilii celebratis Dissertatio Canonico-Historico-Theologica publice habita a Li-

Liberato Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum emerito Sacrae Theologiae Professore. Romae in eodem Typpgrapheo Ioannis Zempel prope montem Iordanum Anno Salutis MDCCLVII. 4to forma mediana.

10) De cognitione S. Ioannis Baptistae in Matris utero exsultantis adversus Basuagium Dissertatio Auctore Liberato Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum emerito sacrae Theologiae Professore Romae ex eodem Typographeo Anno Salutis MDCCLVII. 4to forma mediana.

11) De veritate, atque divinitate Historiae Magorum, quae est apud Matthaeum Cap. II. v. 13. adversus Antonium Colliusium Dissertatio Auctore Liberato Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum emerito sacrae Theologiae Professore. Romae Anno Salutis MDCCLIX. Ex Typographia Ioannis Zempel apud montem Iordanum in 4to forma mediana.

12) De tempore adventus Magorum ad Christum Dialogus habitus XVIII. Kalendas Februarias in Urbano Collegio de propaganda fide coram amplissimis S. R. E. Cardinalibus eiusdem Collegii Praefectis, atque Rectoribus, Auctore Liberato Fassoni de CC. RR. Scholarum Piarum Romae ex Typographia Ioannis Zempel Anno Salutis MDCCLX. in 4to forma mediana.

13) Liberati Fassoni a S. Ioanne Baptista Cl. Reg. Scholarum Piarum de Leporii libello, atque eius sententia de coniunctione Divinitatis cum corpore, triduo mortis Christi Dissertatio Apologetica, in qua etiam Ecclesiae hac de re Doctrina adversus Fiddes, et Stackouse constituitur, et firmatur. Romae typis Hieronymi Mainardi Auno MDCCLXI. in 4to forma med.

14) De Piorum in sinu Abrahae beatitudine ante Christi mortem opus Liberati Fassoni ex Ordine Scholarum Piarum Romae typis loannis Zempel Anno MDCCX. 4. f. m. Si Lazarus videtur in sinu Abrahae, locoque refrigerii, quid simile infernus, et regno coelorum? Ante Christum Abraham apud Inferos, post Christum Latro in Paradiso. S. Hieron. ad Heliod. in Nepot. Epitaph.

15) Vita Iosephi Calasanctii a Matrre Dei Clericorum Regularium Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum Fundatoris, Auctore P. Francisco Maria Bonada eiusdem Ordinis Sacerdote. Hanc perspicuam rerum gestarum memoriam Franciscus M. Bonada sermone latino chartae summo nitore mandavit, iamque totum opus demta Theologicarum virtutum narratione absolvisset, nisi mors immutura praeclaros conatus Viri eximii Anno MDCCLV. intercepisset. Quare Liberatus Fassoni eiusdem Instituti Mem-

 brum

brum digessit, auxit, perfecit, atque in duos Tomos tributum summa omnium adprobatione, ac plausu publici iuris fecit. Romae Anno M. DCCLXIV. 8vo. Ex Typographia Ioannis Zempel.

16) Tria maiorum operum manuscripta reliquit, nempe a) De Extremae Unctionis Sacramento. b) De Apollinaristarum Haeresi. c) De Haeresi Millenariorum, quae, nisi fatum ineluctabile obstitisset, typorum beneficio ad publicam hominum lucem evexisset.

FELIO (*Benedictus a S. Petro*) Cl. Reg. Scholarum Piarum, Hispanus, Vir pietate ac doctrina insignis, qui post studia Philosophiae, ac Theologiae absoluta Romam maioris eruditionis, atque experientiae gratia profectus Philologicam praeclara industria elaboratam, ingenioque perfectam, facta omnibus argumentandi potestate ibidem publici iuris fecit Anno Salutis MDCCLVII. Conatum hunc litterarium Nobilissimae Doctorum Virorum Coronae oblatum hac inscriptione donare placuit:

De Integritate, atque Auctoritate Hebraeorumque, Graecorumque Utriusque Foederis Codicum de Illustribus Christianae Religionis Dogmatis, ac de vetere Hispanae Ecclesiae Dignitate Disceptationes Philologicae. Reverendissimo

mo Patri Ioanni Thomae Boxadorsio Ordinis Praedicatorum Magistro generali consecratae a Benedicto Felio a S. Petro Cl. Reg. Scholarum Piarum Romae MDCCLVII. Ex Typographia Ioannis Zempel prope montem Iordanum. 4to min. Opus hoc trifariam dividitur: Pars I. agit de lingua, et Bibliis Hebraicis. Pars II. De versione LXX. Interpretum, et novo Testamento Graeco. Denique Pars III. De vetere Hispana Ecclesiae Hispanae dignitate: quae argumenta clarissimus Auctor, non vulgari et antiquitatis cognitione, adiectis brevibus, et perspicuis animadversionibus illustravit; quod tanto lubentius commemoro, quanto laetior mihi est illorum temporum recordatio, quibus et huic eruditae controversiae me interesse, et huius Viri, amicitia frui, et sub Magno Eduardo Corsinio, Universi Ordinis Moderatore scientiis operam impendere contigit. Redux in Hispaniam, iam prius absolutis cum laude studiis, Philosophiam, Mathesim, Theologiam, et Iuris prudentiam Ecclesiasticam nostris, et exteris praeclare tradidit. Hac de causa sui temporis doctrina florentissimorum hominum celebritatem consequutus libris pluribus luce publica editis mirifice confirmavit. Porro auctor fuit, ut Archi-Episcopus Valentinus Andresianum Seminarium erigeret, Valentinam Domum amplificaret, magnificum-

que a fundamentis templum excitaret. Rectoris Valentini munere pro dignitate functus inde communibus Patrum votis Provinciae Aragoniae Moderator praefuit, quam novis accessionibus provexit. Mox Rex XXX. ipse Carolus III. Catholicus Madritum eundem accersiri iussit, et ardua, rerumque gerendarum potestate plena negotia commisit, quibus exantlatis idem Princeps annum illi nonaginta supra mille ducendorum ex publico aerario stipendium solvendum curavit. Tandem gravissima pectoris adfectione correptus, omnibuc Sacramentis magna religione susceptic Valeotiae vivere desiit Anno MDCCCI.

FELTRI (*Angelus Maria a S. Antonio*) natus est Venetiis Anno MDCCXXXII. Vir morum innocentia, laboris, et virtutis amore, Divinarumque rerum exquisita cognitione praestantissimus. Adoletcens humanioribus litteris excultus Instituti a Scholis Piis adpellari desiderio flagrans eidem Anno MDCCXLVIII. nomen dedit, et facta ritu solenni professione ultro se totum devovit, qui confecto sublimiorum scientiarum curriculo, qui Philosophiam, Mathesim, Theologiam Dogmaticorum, et postea Moralem tanto fructu, et diligentia, doctrinaeque ubertate Romae in Collegio Calasanctio

per

per complures annos tradidit, ut maximae Auditorum freguentiae, ac praeclarae opinioni egregiae satisfecerit. Hac de causa inter eos relatus est, quos rituum sacrorum Consultores adpellant, simulque apud multos S. R. E. purpuratos Principes Theologi personam pro dignitate sustinuit, quam editis doctissimis Dissertationibus luculente confirmavit. Forte festis autumnalibus ad recuperandam valetudinem, intenso studio debilitatem se centulit Scatiniam in Sabinis, ubi feliciter singulis annis rusticari, et populum illum salubriter verbo, et exemplo, ac sacris mysteriis pascere solebat. Sed irreparabili pectoris hydrope correptus, et omnibus praesidiis ad moriendum instructus in corona precantium vivos inter agere desiit, anno aerae christianae MDCCLXXXII. Series Dissertationum studio Angeli M. Feltri editarum.

1) De Thuris in veterum Christianorum sacris usu Dissertatio Angeli Mariae Feltri a S. Antonio e Scholis Piis, in Collegio Calasanctio Sacrae Theologiae Professoris, adversus Georgium Henricum Martini a M. Tanneberg in Hermermanduis. Romae Anno MDCCLXV. Apud Haeredes Barbidini in 4to forma mediana.

2) De Canone S. Augustini: Quod universa tenet Ecclesia, nec a Conciliis institutum, sed semper retentum est, nonnisi auctoritate Apo-

sto-

stolica traditum rectissime creditur Lib. IV. contra Donat. Cap. XXVII. Dissertatio Angeli Mariae Feltri e Scholis Piis adversus Christophorum Mathaeum Pfaffium Academiae Tubingensis Cancellarium etc. Romae Anno aerae Christinanae MDCCLXIV. Ex Typographia S. Michaelis per Octavium Puccinelli in quartà maiore forma.

3) De Epistola, seu libello, sub S. Hilarii Pictaviensis nomine a Canonicis Regularibus S. Salvatoris Anno MDCCLI. primum edito, in qua ostenditur Epistolam, seu Libellum non Hilario Pictavorum Episcopo tribuendum esse Auctore Angelo Maria a S. Antonio de Cl. Reg. Scholarum Piarum in Novo Collegio Calasanctio Publico Sacrae Theologiae Professore, Romae Anno Aerae Christianae MDCCLXII. In Typographia S. Michaelis per octavium Prucinelli, in 4ta maiore, et ninat, forma.

4) S. Hilarii Pictavorum Episcopi de piorum statu in sinu Abrahae ante Christi mortem sententia nunc primum illustrata ab Angelo Maria Feltri a S. Antonio Cl. Reg. Scholarum Piarum Neapoli A. MDCCLXII. 4. m. forma.

FENGLER (*Iosephus Christianus a S. Theresia*) Austriacus Viennensis, primum vitales auras delibare coepit Anno Salutatis reparatae

M.

MDCCXXXIII. A teneris, ut Graeci aiunt, unguiculis Adolescens perspicax, et docile ingenium prodidit, illudque lasius explicuit, cum absolutis magna laude apud Scholas Piat litteris humanioribus eorum Institutum amplexus fuisset Anno MDCCLI. Vir multiplici doctrina refertus, eruditorum hominum Fautor et Amicus, deque Principe, sacra, et profana Republica eximie meritus: Hic post completum religiosi tirocinii tempus, ac superatum subliniorum scientiarum cursum pluribus annis Grammaticas classes, atque liberales artes in praecipuis Austriacae Provinciae Gymnasiis, ac potissimum in Academia Sabaudico Lichtensteiniana Nobilissimum Iuventutis florem Philosophia, et Mathesi summa laude ac diligentia erudivit. Tandem Militari Academiae, quae Neapoli Au-Austriae floret, praefectus, ita morum, studiorumque rationem ac rem sacram dicendis ad concionem sermonibus tanta dexteritate, atque adcuratione provexit, ut eiusdem supremo Gubernatori, et Chiliarchae Comiti Kinskio, ac Reginae immortalis memoriae Mariae Theresiae votis, et Iosephi II. Imperatoris desiderio satisfecerit Monasterio Mellicensi auctoritate supre-ma Bonorum Administrator plena potestate praefectus ita Coenobitas Ordinis S. Benedicti rexit, ut eum non tam suum Praepositum, quam Pa-

trem

trem amantissimum suspicerent, ac venerarentur. Ob singularem animi candorem gratia, et auctoritate apud Iosephum II. Imperatorem multum valuisse, inde manifeste patuit, quod eidem Augusto Domino clare demonstraverit bona dicti Monasterii extraneorum administrationi credita, in deteriorem statum vergere, ac horum reditus imminui, et rem familiarem perspicue quotannis deficere: cum contra sub domesticorum cura, et gubernatione, auctis rusticorum commodis, non aegre solitos labores, ac tributum impositum ab iisdem praestari graviter adfirmasset. His motus imperans, horum gubernationem pristinis administratoribus iure optimo restituendam censebat. Fenglerum autem nostrum laudatus Iosephum II. perspecta huius virtute, tanta benevolentia, et amore complexus est, ut eundem Antistitem Iaurinensium in Hungaria Sedis Apostolicae auctoritate confirmandum pronunciaret A. MDCCLXXXVI. In hoc Ecclesiasicae dignitatis fastigio insignibus religionis, ac pietatis operibus emicuit, Pastor sparso Verbi Divini semini gregem sollicitudine suae commissum pavit. Viduarum, et pupillorum inopiae prospexit, ac sic collecta uberrima meritorum segete Viennae, quo se valetudinis gratia contulerat, quinto decimo gesti Episcopatus anno religiosissime morti occubuit

Anno

Anno MDCCC. ex hydrope Pridie Nonas Februarii. Plures Viri docti, quorum Moecenas erat, laudes praedicaverunt, sed nemo clarius Grubero, qui suum dedicans opus huius vitam stilo lapidario descripsit, quod lectorum oculis lubens subiicio, cum vitam defuncti Praesulis miribce illustrent. Edidit Iunior varias odas, et quasdas Tautonico idiomate sacras Orationes.

*

EXCELLENTISSIMO.
ILLUSTRISSIMO. AC. REVERENDISSIMO.
DOMINO. DOMINO.
IOSFPHO. FENGLER.
EPISCOPO. IAURINENSI.
SACRAE. CAESAREO-REGIAE. APOSTOLICAE.
MAIESTATIS.
ACTUALI. INTIMO. STATUS. CONSILIARIO.
NEC. NON.
INCLITAE. PRAEDIALIS. SEDIS. NOBILIUM. DE
VETSE. PERPETUO.
SUPREMO. COMITI. ET. COLLATORI.
PRAESULI. PATRI. MAECENATI.
GRATIOSISSIMO.
ETC. ETC.

* *

VIRO. INTEGERIMO.
RELIGIONIS. AC. SCIENTIARUM. STUDIO.
PIETATE. IN. DEUM. REGEM. ET. PATRIAM.
OMNIQUE. VIRTUTE.
ORNATISSIMO.

QUI.

QUI.
VERUM. VERAE. NOBILITATIS. SPLENDOREM.
IN. BENIGNITAT. IUSTITIA. ET. LIBERALITATE.
IN. PRUDENTIA.
IN. COGNITIONE. LITTERAUM. AC. ERUDITIONIS.
GLORIA.
ET. SEMPER. POSUIT.
ET. ADHUC. PONIT.
DOCTO. PROINDE. AC. PROBO. IPSI.
BONIS. OMNIBUS. PROBATISSIMO.
PROBORUM. PARITER. ATQUE. DOCTORUM.
OMNIUM.
PERAMANTI.
AMPLISSIMAQDE. IN. EOS. BENEVOLENTIA
SPECTATISSIMO.

* * *

RELIGIOSI. QUONDAM. ORDINIS.
CLERICORUM. REGULARIUM. MATRIS. DEI.
SCHOLARUM. PIARUM.
ANNOS. DUO. SUPRA. TRIGINTA.
PROFESSO. AC. PRESBYTERO.
ET. IN. DIVERSIS. PROVINCIAE. AUSTRIACAE.
ATHENAEIS.
FREQUENTITSIMISQUE. NOBILIUM. ACADEMIIS,
IN. CAESAREA. PRAESERTIM. DUCALI. SABAU
DICA. VINDOBONAE.
MANSVETIORUM. OMNIUM. HUMANIORUM AL-
TIORUMQUE. DISCIPINARUM.
DOCTORI. SEU. PROFESSORI. PUBLICO.
ATQUE. INDE.
PER. GRADUS PROMERITIS. ASCENDENDO.
AB.

AB.
AUGUSTISSIMA. PATRIAE. MATRE.
FELICIS. MEMORIAE. ET. NOMINIS. IMMORTALES. IMPERATRICE. AC. REGINA.
MARIA. THERESIA.
SUPERIORIS. CASTRENSIS. PAROCHIQUE. AULICI, MUNERE. DECORATO.

* * * *

QUOD.
RECENS. ERECTAM.
NEOSTADII. IN AUSTRIA.
CAESAREO-THERESIANAM. MILITAREM. ACADEMIAM.
ARMATA. AEQUE. AC. LITTERATA. PALLADE.
FLORENTISSIMAM.
PER. ANNOS. DUO. DÊ. VIGINTI. CONTINUOS.
STUDIOSISSIME. CURAVERIT.
QUODVE.
ABBATIAM. COMMENDATARIAM. MELICENSIS.
MONASTERII. ORDINIS. SANCTI. BENEDICTI.
SIBI.
AB. SACRATISSIMA. SUA. CAESAREO-REGIA.
MAIESTATE.
IOSEPHO II.
CONCREDITAM.
EX. CAESARIS. IPSIUSQUE. MONASTERII. VOTO.
PROVIDE. AC. SAPIENTER.
ADMINISTRAVIT.

ANNO

* * * * *

ANNO. DEMUM. AERAE. VULGARIS.
MDCCLXXXVII.
EIUSDEM. AUGUSTISSIMI. DENOMINATIONE.
AD. PONTIFICATUM. IAURINENSEM.
EVECTO.
AUGUSTISSIMIS. ETIAM. IMPERII. EIUSDEM
SUCCESSORIBUS.
LEOPOLDO. ET. FRANCISCO.
UTRIUSQUE. HUIUS. NOMINIS. SECUNDO.
OB. PRAECLARA. EPISCOPALIA.
IN. REMPUBLICAM. ECCLESIASTICAM. ET.
CIVILEM.
IN. LITTERARIAM. ET. MILITAREM.
MERITA. EXEMPLA. ET. MONIMENTA.
PERCARO.
NEC. NON. PROCERIBUS. REGNI. HUNGARIAE.
ET. UNIVERSO. AUSTRIACAE. DOMINATIONIS.
CLERO. ATQUE. POPULO.
SUBDITIS. EXTERISQUE. OMNIBUS.
AESTIMATISSIMO.

* * * * * *

ORDINIS. MODO. EPISCOPALIS.
NON. SECUS.
ATQUE. ORDINIS. OLIM. SUI. SCHOLARUM
PIARUM.
EXIMIO. DECORI. AC. ORNAMENTO.
ET. VEL. IDEO.
METHODO. TRADENDAE. CUIUSDEMCUMQUE.
ARTIS. SEU. SCIENTIAE.

CEN-

CENSORI. AC. IUDICI. CONSULTISSIMO.
GREGORIUS. GRUBFR:
PROGRAMMA. DIDACTICUM.
SUPER. OPTIMA. METHODO.
DOCENDI. SCRIBENDIQUE. ARTEM. DIPLOMATICAM.
OPERUM. SUORUM.
QUAE. PUBLICI. IURIS. FECIT.
CORONIDEM.
AMORIS. OBSERVANTIAE. AC. HONORIS.
MEMORIAFQUE. SEMPITFRNAE. CAUSA.

L. M. Q. D. D. C.

FIALA (*Iacobus a S. Felice*) natione Hungarus. Huic natale solum obtigit Rakos Provinciae Zempliniensis pagus Anno MDCXCVI. Iuvenis adscriptus est Piarum Pcholarum Ordini Anno MDCCXV. Vix ingenii praestantissimi, et tam tenacis memoriae, ut prosae, ac vorsae Orationis Auctores, seu scripta eorum ad verbum recitaret. In Mythologia, Arte Poetica, in Drammatibus, ac versibus iambiciis visus est strenue Senecam aemulari. Rhetoricam, et Poësim Prividiae, Nitriae, Pestini, Szegedini docens a suis discipulis ob insignem in explicando gratiam, et perspicuitatem facilemque methodum mire amabatur. Complura opuscula poetica in unum volumen coacta sub auspiciis Excellentissimi Comitis Stephani Kohary prelo subiicere

iicere parabat, sed illo de vita inopinato fato decedente, praeclari operis editio intercidit. Auctore vero, postquam Pro-Magistrum Tirocinii religiosi Ketskemetini, et Prividiae, Pro-Rectorem Carponae, ac Breznobanyae strenuum egisset, ibidem Rosenbergam ad regendam domum missus, priusquam eo pertingeret, Vir Religioni utilis, magno rei litterariae damno inter adstantium Fratrum preces religiosissime vivere desiit Anno MDCCXXXIII. Civitatem Szegediensem versibus heroicis bis mille, ac quingentis descripsit, quod Poema Szegedini alter Professor Rhetoricae Anonymus prodire *iussit* typis Budensibus sub titulo: *Szegedidos* Anno MDCCXXXV. 4. Vid. Ladisl. Daminanum.

FISCHER (*Paulus a S. Susanna*) Polonus e Palatinatu Cracoviensi oriundus, lumen vitae inivit Anno MDCCXXXIV. Iuvenis Rhetoricis institutionibus excultus Instituto Scholarum Piarum Anno MDCCL. se addixit. Dein sublimiorum scientiarum cursum emensus a primis elementis linguae Latinae, omnes Grammaticae classes, oratoriam, et Poëticam, denique Philosophiam, ac Theologiam admirabili discipulorum progressu, et communi omnium adprobatione docuit, ac perspicuitate summa explanavit. Procurator Provinciae constitutus e-

gre-

gregia prudentiae, ac dexteritatis edidit specimina. Ob insignem Iurisprudentiae Ecclesiasticae cognitionem tribus Nunciis Apostolicis pergratus ab iisdem Theologus renunciatus, ac Proto-Notarii Apostolici munere decoratus fuit, ab Episcopo Diaecesano invitatus Librorum Censoris personam praeclare sustinuit. E febri maligna, susceptis pie Sacramentis in Fratrum precantium corona de vita decessit Anno M. DCCLXXX. Vir praestans, ac longiore vita dignus, Geographiam quatuor partibus mundi constantem e Gallico idiomate in patriam linguam traductam typis Collegii Scholarum Piarum Varsaviensibus Anno MDCCLIX. 8vo.

FLAMMEK (*Blasius a S. Elisabetha*) Austriacus natus est Anno Aerae Christi MDCCXXXV. Scholarum Piarum nomen dedit ordini Anno MDCCLIV. Absolutis altioribus studiis, Viennae in Collegio Loewenburgico Praefecti munere functus Arithmeticam vulgarem, *Cambialem* alias Collybi mercatoriam, ac aerarii publici tanta laude, ac diligentia docuit, ut eius opera etiam Serenissimus Princeps de Schwarzemberg per plures annos usus fuerit. Febri maligna invasus pie obiit Viennae in Collegio Urbano ad Sanc. Ioannem MDCCLXXXII. Arithmeticas Institutiones publicae utilitati ad-

com-

commodatas in eadem Urbe vulgavit MDCC-LXXXIX. 8vo.

FOCI (*Ioannes Franciscus a S. Petro*) Mutinensis in lucem editus Anno MDCV. Iuvenis ad Pias Scholas adspirans nomen dedit anno MDCLXV. Religiosae vitae tirocinium, et altiorum studiorum cursum emensus luculenta dedit specimina, quis, quantusque progressu annorum futurus esset, qui doctis inferioribus Scholis, humanioribus litteris, Rhetorica, deinde Philosophia, Theologicaque tradita maxima nominis celebritate, domibus regendis admotus insignis prudentiae, moderationis, benevolentiae, ac dexteritatis patefecit argumenta, quae postea, ut provinciae Praeses, ac Procurator generalis non solum coufirmavit, sed communibus Patrum congregatorum anno MDCXCII. votis electus supremus ordinis gubernator novis maturi consilii, charitatis, Constitutionum observantiae Institutique amore, aliisque virtutum ornamentis amplificavit. Ab Innocentio XII. per apostolicum Dipploma in eodem munere stabilitus, ac paralysi magis per decem menses invalescente, cum eximio patientiae, animi erecti, religionisque in Deum praebito exemplo ad cxtrema redactus, omnibus morientium, sacramentis devotissime susceptis, laborum, quos

pro

pro Instituti nosri emolumento, et aliorum salute semper indefessus obiverat, supremam diem in circumfusa nostrorum precantium corona placidissime clausit Quinto Idus Iuniis Romae in Domo nostra S. Pantaleonis anno MDCXCIX. edidit sapientissimus vir primum typis *constistitutiones ordinis nostri* hac inscriptione; *Synopsis constitutionum Religionis Cler. Regul. Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum cum notis, et additionibus ex litteris apostolicis, et Decretis capitulorum generalium. Accedunt aliquot ritus particulares, nonnullae ordinationes Praepositorum generalium ex constitutionibus.* Romae typis D. A. Herculis Anno MDCXCVIII. 12. p. 304.

FONDA (*Hieronymus a S. Apollonia*) vitales auras spirare coepit Parentii, quae civitas in Istria Veneta sedem Antistiti praebet; Anno MDCCXXXI. Iuvenis humanioribus litteris excultus, nomen dedit Scholarum Piarum Ordini Anno MDCCXLIX. Consvetum tirocinii religiosi tempus, ac studiorum cursum emensus, inferioribus diligenter doctis classibus maxima animi contentione, perspicuitate, ac singulari methodo Philosophicas, Mathematicasque disciplinas Senogalliae, ac dein Romae in Collegio Calasanctio per plures annos admirabili discipu-

lorum prograssu explanavit. Fama doctrinae praestantis longe, lateque propagata. Vir morum integritate spectatissimus ad Publicam in Archi-Gymnasio Romanae sapientiae Cathedram evectus, Philosophiam experientiae innixam summo applausu docendo professus est, totusque in eo fuit, ut nihil omitteret, quo minus Auditores alii meliores, alii emendatiores, aliique verae sapientiae amantiores discederent. Praefuit vero annis plurimis Collegio Calasanctio Rectoris munere insignitus, et quamvis ipse studiis occupatissimus esset, tamen sollicitus Pater tantum abest, ut huic aliquando Collegio defuisset, ut potius licet divisus ubique adesset, suisque adolescentibus, ac Praeceptoribus promte operam suam impenderet. Postremo in natale solum reversus contracto morbo, atque ingravescentibus acerbis in vesica doloribus, quibus multis mensibus laborabat, sacris mysteriis munitus animus solutum corporis vinculis magna religione ad Conditorem transmisit Anno MDCCC. Exstat Viri huius praeclarum ingenii, atque industriae monumentum, nempe Dissertatio copiosa, et pereruditа *De Homine* occasione disputationis ex universa Philosophia Senogalliae habitae, atque ibidem publici iuris factae typis Stephani Calvani Anno MDCCLXVI. in forma 4ta mediana.

FON-

FONTANA (*Glycerius a S. Ioanne Baptista*) editus est in lucem honestis Parentibus in Provincia Lyguriae Anno MDCCXVIII. Adolescens Rhetoricam emensus, Instituto Scholarum Piarum post exactum tirocinii Religiosi biennium solenni ritu se addixit A. MDCCXXXVII. Vir eximia doctrina, morumque integritate conspicuus Philosophiae, ac Theologiae cursu absoluto non solum in sua, verum etiam in Sicula, et Romana Provincia humaniores litteras magna solertia docuit. Scholarum, et Convictorum Praefecturam non mediocri cum laude gessit, ac virtutum semina in Iuvenum mentibus alte iacere studuit. Rector iure optimo Collegii rogatus, nominis mensuram verbo, proprioque suo exemplo implevit. Et quoniam in Historiae naturalis culturam animo propenderet, ac tacita quadam vi traheretur. Ad illius illustrationem Indicem vocum in plura volumina tributum tanta industria elaboratum publici iuris fecit, ut communi omnium consensione, atque adclamatione tamquam dignissimus Mediolani eiusdem Historiae Professor eligeretur. Ex vitio, et tumore iecoris, Divinae voluntati conformis, ac semper hilaris inter Fratrum preces ibidem religiosissime mortem oppetiit Anno MDCCLXXXIII. Opus praestantissimum, quod lingua Italica in communem usum e va-

riis Auctoribus collectum publicam eruditorum lucem vidit, hanc praefert inscriptionem. — Dizzionario Universale Economico-Rustico; il quale contiene diversi modi di conservare, ed aumentare le sue sostanze; cioè molte *manire* per alleaare, nodri regropagare, guarire, rendere, profitevoli, diverse sorti di animali domestici, pecore, montoni, buoi, cavalli, muli, maiali, pulli, Uccellani etc. Vermi da seta, api etc. una infinità di metodi si antichi, che nuovi dissodae terre incolte inselvatichite, emendarle, far parti artificiali, dissecar paludi, prevalersi dell' acque vive, e stagnanti etc. la descrizione della natura di varj alberi, e della loro cultura, col metodo di cavarne vantaggio, edi far' allignare alteri forestieri, e piante esotiche, la spiegazione di varie sorti di pescagioni, uccellagioni, di caccie, molte diletovoli arti lequele effer possono di giovamento, e di recreazione ad un' hoest' uomo acciò passi men nojoso il suo tempo in campagna come i modi d' imbianear tele, preparar canaje, linotoglier macchio, nettar mobiii, filar corone, tinger pietre preziose, miniare senza Macetro, far colori d' ogni sorte, colorir vetro etc. il tutto adattato alla capacità di a iascuro in 8vo I. II. III. IV. dalla lettera Aa-Fan. In Roma nella Stamperia di S. Michele a Ripa appresso Ottavio Puccinelli. —Secun-

eunda editio correcta, et aucta prodiit Anno M. DCCXCIII. Iuxta hunc conspectum summae diligentiae, atque improbi laboris auctor *Historiam naturalem*, sive Lexicon suum composuit, quod typorum beneficio eruditorum primum subire coepit a primo Tomo Mediolani Anno MDCCLXXIII. et XV. voluminibus in forma duodecima omnium votis absolutum fuit Anno MDCCXCI. Postrema tria volumina maximam partem prosequutus post mortem Auctoris, huius Amicus, et Historiae naturalis aeque peritus operi laudatissimo adiecit Cl. Vir Vincentius Pini e CC. RR. S. P. Vid. Efemeride Letterarie di Roma per l'anno MDCCXCIII. presso Gregorio Settari e Compagni Librajo di S. Marcello all' insegna d' Onero nella Stampnria di Giovanni Zempel Num. XXXVI. pag. 91-92-289-290. 4to.

FONTANA (*Gregorius a S. Iosepho*) Ordinis Piarum Scholarum in Universitate Ticinensi Professor Mathematicarum disciplinarum celeberrimus, plurium ad scientias excolendas Societatum, veluti Parisinae, Göttinganae, Bononiensis, Mantuanae, Senensis, Membrum Honorarium, primam aspexit lucem Romae Anno MDCCXL. Iuvenis praestantis ingenii, atque in studiis Mathematicis egregie versati Scholarum

Pia-

Piarum Instituto devotus, post absolutum Scientiarum cum laude cursum, in pluribus Romanae Provinciae, cui adscriptus erat Domibus, praesertim in nobilissimo Romano-Nazareno Collegio per plures annos Philosophiam, et Mathesim tam insigni Iuventutis progressu, nominisque sui commendatione docuit, ut ad eiusdem in Universitate Ticinensi professionem ordinariam a Principe stipendio liberali conductus evocaretur: qua occasione compluribus prelo commissis operibus inclaruit, plus adhuc profuturus, nisi variis temporum vicissitudinibus agitatus, et turbata Italiae malacia, ipse fatali quodam turbine abreptus, aliud, quam oportebat, agere debuisset. Illa solum indicabo, cum plura esse possint, ab indefesso Auctore profecta ingenii monumenta, quorum praecipue notitiam hausi ex Italicis annuis recensionibus ita inscriptis: Efemeridi Letterarie di Roma per l'anno MDCCLXXII. In Roma presso Gregorio Settari, e Compagni Librajo a S. Marcello all' insegna d' Onero nella Stamperia di Giovanni Zempel fin'all anno MDCCXCV. 4.

1) Delle altezze Barometriche e di alçuni paradossi relativi alle medesime con alcune riflessioni preliminiari intorno all' applicazione delle metematiche alla Fisica di P. Gragorio Fontana C. R. del Scuole Pie Regio Professore di

Ma-

Matematica nella Università di Pavia. In Pavia per Guiseppe Bolzani nell' anno MDCCLXXI. 8vo.

2) Dieci memoriette del Padre Gregorio Fontana C. R. delle Seule Pie Publico Professore de analisi sublimiore nella Real' Imperiale Università di Pavia suvarj argomenti mattematici, quelche leggonsi ne i Atti, dell' Accademia delle Scienze Tomo V. nell' Anno MDCCLXXIV. nella Stamperia di Luigi e Benedetto Biondi. 4to.

3). Dissertazione Idrodinamica sopra il quesito? Ricercare la ragione, per la quale l'aqua saliendo ne getti quasi verticali ne vasi se le luci di questi getti siano assai tenui, essa non giungua mai al livello dell' acqua del Conservatorio, e quanto la luce e piu piccola tanto l'altezza dell' aequa si faccia semper minore, come pure indugare, la vera cagione, per la quale altezza, dell' aqua, del Conservatorio, o il foro, per cui esce, essendo agnor maggiora, si diminuisca, ognor più l' altezza de' suoi getti presentata al concorso dell' anno MDCCLXXIV. dal Padre D. Gregorio Fontana delle Scuole Pie Regio Professore di Matematica nelli Università di Pavia, e coronata della Reale Academia di Scienze, e belle lettere di Mantova con un' appendice sopra il moto de corpi ne' mezzi resisten-

sisten-

sistenti. Per l' Erede di Alberto Pazzoni Regio Ducale Stampatore in Mantova nell' anno M. DCCLXXV. 4to.

4) La Dottrina degli azzardi applicata ai problemi della probabilità della vita delle pensioni vitalizie, reversioni, contine di Abramo Moivre transportata dall' idioma Inglese arrichita di note ed aggiunte, e presa per publica esercitatione Matematica tenuta nell' aula della Reale Università di Pavia dal P. D. Roberto Gaeta Monaco Cisterciese sotto l' assistenza de Padre D. Gregorio Fontana delle Scuole Pie Publico Professore delle matematiche superiori nella medesima Università. In Milano nell' anno MDCCLXXVI. appresso Giuseppe Galeazzi. 8vo.

5) Saggio di una difesa della Divina revelazione, di Leonardo Eulero, rradotto dal idioma Tedesco coll' aggiunta dell' csame dell' argomento de dutto dall' abbreviamento dell' anno solare e planetario, nell' anno MDCCLXXVII. nella Stamperia di Giuseppe Balzani Impressore della Regia Città e della Regia Università di Pavia. 8vo.

6) Fontana Gregorii Clerici Regularis Piarum Scholarum in Caesareo-Regia Papiensi Universitate Sublimioris Matheseos Professoris Publici Disquisitiones Physico-Mathematicae nunc

pri-

primum editae Papiae in Typographia Monasterii S. Servatoris. Anno MDCCLXXX. 4. cum tribus tabulis aeneis. Disquisitionum series, et argumenta:

a) Disquisitio I. De caloris diurni solaris in variis terrae locis aestimatione, et comparatione.

b) Disquisitio II. De calore annuo solari.

c) Disquisitio III. De sanguinis restitutione, huiusque problematis adfinitate, et analogia cum problemate anticipationis pecuniae in antecessum numeratae.

d) Disquisitio IV. De insignibus quibusdam motus verticalis proprietatibus in corporibus adscendentibus, et libere descendentibus.

e) Disquisitio V. De sideribus, intervallum inter datos duos, almicantarath interceptum, velocissime traiicientibus, seu a data qualibet altitudine ad aliam quamlibet datam tempore quam minimo pertingentibus.

f) Disquisitio VI. De Astronomiae nauticae Theorematibus.

g) Disquisitio VII. De cometarum motu.

h) Disquisitio VIII. De axibus Aequilibrii.

i) Disquisitio IX. De curvis a centro gravitatis descriptis.

k) Disquisitio X. De singularibus quibusdam centri gravitatis adfectionibus in spatiis hyperbolico assymtoticis.

l)

l) Disquisitio XI. De maximis, et minimis.

m) Disquisitio XII. De aequationibus indefinitis, deque methodo indeterminatarum.

n) Disquisitio XIII. De infinito Logarithmico.

o) Disquisito XIV. De percussione, ac resistentia, quam globus a fluido impingente, vel impacto patitur, per experientiam definienda.

p) Disquisitio XV. De hora caloris maximi intra diem, deque die caloris maximi per annum.

7) Compendio di un corso di lezioni di Fisica sperimentale del Signor Georgio Atvood, ad uso del Collegio di Trinità, e dell' Università di Camoridge tradotto dall' idioma Inglese, et accreaciunto di una Dissertaziene sul computo dell' errore probahile, nelle sperienze ed observazioni dal P. Gregorio Fontana delle Scuole Pie Publico Professore di Matematica sublime nella Regia Università di Pavia. In Pavia nella Stamperia del Real. et Imper. Monasterio di S. Salvatore nell' anno MDCCLXXXI.

8) Lettere di Eusebio Filaiete (Gregorio Fontana delle Scuole Pie) al Sgr. Dottore Giorgio Medico Fiorentino sopra alcune sperienze relative alla decomposizione dell' acqua. In Venezia MDCCLXXXV. 8vo.

9) Trat-

9) Trattato elementare d' Idrodinamica del Signor Abbate Bossut, tradotto dal Francese aggiuntcvi le lezioni d' Idrodinamica del Padre Gregorio Fontana delle Scuole Pie, Publico Professore, di Matcmatica sublime nella Regia Università di Pavia. In Pavia nella Stamperia di Reale ed Imperiale Monistero di San Salvatore nell' anno MDCCLXXXV. 8vo.

10) Discorso sopra i pretesi stromenti di Tolomeo Evergete del Padre Gregorio Fontana deile Scuole Pie Publico Professore di Matematica sublime nella Real. Imperal. Università di Pavia MDCCXCI. 8vo.

11) Discorso del Padre Gregorio Fontana delle Scuole Pie Publico Professore di Matematica sublime nella Real. Imperial. Università di Pavia, sopra l' effetto, che si può sperare dalle Machine etc. nell' anno medesimo.

12) Discorso del Padre Gregorio Fontana C. R. delle Scuole Pie Professore di Matematica sublime nell Real' Imperial' Università di Pavia. Sulla mecanica animale nell Anno MDCCXCI. 8vo.

13) Discorso del Padre Gregorio Fontana C. R. delle Scuole Pie Publico Professore di Matematica sublime nella Real' Imperial' Università di Pavia sopra um problema ottico-astronomico relativo alla forza amplificativa de telescopi

copi di Herschel. In Pavia nella Stamperia R. I. Monast. di S. Salvatore MDCCXCII. 8.

14) Discorso sopra il problema della longttudini del Padre Gregorio Fontana delle Scuole Pie Publico Professore di Matematica sublime nella R. I. Università di Pavia. In Pavia nella med. Stamp. nell' anno MDCCXCII. 8.

15) Gregorii Fontanae C. R. Scholarum Piarum in Regio Ticinensi Archi Gymnasio sublimioris analyseos Professoris Theoremata quatuor ad calculum integralem spectantia, quae ex Euleriana formula Tom. I. Calculi Integr. §. 261. derivantur, sed novo, longequc *faciliori* integrandi artificio demonstrantur. Papiae per Iosephum Bolzani Annp MDCCXCII. 4to.

16) Discorso preliminare agli atti della Societa Linneana di Londra sull' origine e progresso della storia naturale, e più particolarmente della Botanica del Signor Giacomo Odoardo Schmith Fondatore e Presidente di detta Società tradotto fedelmente dal Idioma Inglese con note del Padre Gregorio Fontana C. R. delle Scuole Pie Publico Professore di analisi sublime nella Real' Imperial' Università di Pavia. Nella Stamperia di Baldasare Comino in Pavia nell' anno MDCCXCII. 8vo.

17) Memoria del Padre Gregorio Fontana C. R. delle Scuole Pie Publico Professore di Mate-

tematica sublime nella Real' Imperial' Università di Pavia, sopra la Somma di alcune scrie. In Pavia nell' anno MDCCXCIII. 8vo.

18) Ricerche sopra diversi punti concernenti l' analisi infinitesimale, e la sua applicazione alla Fisica del P. Gregorio Fontana delle Scuole Pie Publico Professore di analisi sublime nella Real' Imperial' Università di Pavia, aduso delle sue lezioni presse Baldassare Comino in Pavia. Nell anno MDCCXCVI. Svo,

19) L'Esempio della Francia. Avviso e Specchio all' Inghilterra di Arturo Young Scud. Membro della Societate Reale. *Lemma.* E una verita quanto certa, altre tanto strana, che in politica tutti i principj, che sono speculativamente veri, sono pratticamente falsi, la ragione di che si è, ch' essi procedono su d' un supposto, che gli huomini operino ragionevolmente, il che non essendo vero, per ness' ua conto, tutto ciò, cbe si fabrica sopra un fundamento si falso, l' esperienza nostra, che cade a terra. Soane Genyus Traduzione esatta, dell' idioma Inglese con note del P. Gregorio Fontana delle Scuole Pie Publico Professore d' analysi sublime nella Real' Imperial' Università di Pavia. presso Baldassero Comino anno MDCCXCIV. 4to.

FRAN.

FRACSIEVICS (*Michael a S. Iosepho*) Litvanus Vilcomitiensis. Vir multiplici doctrina, ac scientia ornatissimus exordium vitae habuit Anno Salvator. MDCCXXX. Iuvenis Parentum sollicita cura educatus, humanioribusque litteris diligenter imbutus Scholarum Piarum Instituto se totum devovit Anno MDCCXLVI. Superato vitae religiosae tirocinio, et sublimiorum scientiarum cursu, inferiores primum classes, deinde Historiam, Geographiam, Chronologiam, tum Philosophiam, et Theologiam facili methodo magnaque perspicuitate docuit. Magno autem fervore, ac studio res Divinas, et Institutum provehendi exaestuans, ardua negotia, singula suscepit, ac fortunate insigni prudentia, et maturo Consilio expedivit. Delectus Consultor Provincialis, Visitator, Rector, ac postremo Provinciae Praeses Domos prostratas erexit, usurpata recuperavit *Constitutionem a se compositam, et litteris mandatam*, eamque perutilem, atque omni tempore Provinciae honorificam in Regni Comitiis obtinuit, atque ab ipso Rege Snipiscense Collegium in Vilnensi suburbio impetravit. Denique ultimae generali medio tempore Congregationi habitae Romae interfuit, unde redux in provinciam, omnium precibus victus cogitur iterum rebus nostris nutantibus consulere, atque unanimi Patrum accitorum consensu, ac vo-

tis.

tis. Provinciae plena rerum gerendarum potestate praeesse. Delato igitur muneri pro viribus, ac dignitate satisfacturus, cum tempore asperrimo ad diluendam calumniam Provinciae, impositam condendit Cracoviam, et negotio ex animi sui sententia confecto, ad suos, gravissimas itineris molestias abstersurus, revertitur. Febri, et Catharro implicitus, praemature nimis, sed ad debitum mortalitatis exsolvendum rite comparatus accedente gangraena, magno sui relicto desiderio vivere desiit in Collegio Stutinensi M. DCCLXXX.

FRANCESCONI (*Mauritius a Praesentatione B. V. Mariae*) Patria Lucensis. Vir pietate insigni, ac doctrina clarus, vitae ortum habuit Anno MDCLXXXIV. Pias amplexus Scholas Anno MDCC. Emenso vitae religiosae tirocinio, et scientiarum cursu, per octo, et vigintt annos Grammaticae Scholis docendis egregiam impendit operam in variis Hetruriae Domibus, ac praesertim Romae in Collegio Nazareno, et Florentiae magna sedulitate, atque admirabili Iuventutis progressione versatus est. Hac de causa potissimum, ut maiorem adferret utilitatem, illius usui adcommodatum *Lexicon Latino-Italicum* et *Italico Latinum* pluribus annis collegit, ac perfecit, publicaque luce donavit. *Romae typis Octavii Puccinelli ad ri-*

ripam II. Tomis in quarta minore forma. Anno MDCCXX. Praestantia huius operis vel inde patuit, quod divenditis confestim exemplaribus plures editiones magna ordinis commendatione prodiverint. Huic Lexico in eadem forma simile *Geographicum* concinnavit, quod *Florentiae* dudum *publici iuris* factum est, cuique absolvendo diurnae industriae nocturnam quatuor, et viginti annis adiiciendam putavit. Sacrario Ecclesiae nostrae Florentinae praefectus, eandem industria sua, et singulari cura elegantissimo apparatu, varia, et pretiosa supellectili auxit, instruxit, atque exornavit. Iuniores nostros ad Dei, et Instituti amorem, ad virtutum, litterarumque, culturam mirificc incendit, atque inflammavit, ea cumprimis occasione, cum longiori tempore absentis Rectoris Vicarium ageret. Saepe oblatum regendi munus invicta constantia recusavit. Ob illustria Virtutum, et doctrinae ornamenta verbo, atque exemplo patefacta non solum a domesticis, verum etiam ab exteris, cuiuseunque ordinis, conditionis, ac status hominihus, et ab ipso Archi-Episcopo per plures annos Florentino conscientiae arbiter electus fuit, quo munere ita fungebatur, ut eum tamquam Virum integerrimum, et optimum Patrem suspicerent, colerent, venerarentur, atque adamarent. Ut vero plures ad religionis,

et

et pietatis opera excitaret, librum eximinm, quem lingua vernacula *Firenze Sacra* inscripsit, typis edendum Florentiae curavit. Denique cum plurimum suae, aliorumque saluti totus intentus esset, febri maligna invasus accedentibus gravissimis convulsionibus, omnibus Sacramentis munitus, inter adstantium, ipsiusque Archi-Episcopi generalem absolutionem impertientis preces, uberrimasque lacrumas inter vivos agere desiit Florentiae A. MDCCLX.

FRANK (*Hermannus a Matre Dei Dolorosa*) Pragensis in lucem editus est Anno MDCLI. Institutoque Scholarum Piarum se addixit turbulentis temporibus Anno MDCLXXII. Vir animi candore, morum svavitate, atque insigni eloquentiae vi ornatus, Praeco Verbi Divini celeberrimus evasit. In veteribus nostris memoriis *Praeclarus Scriptor* adpellatur. Dolendum, quod id clarius, ac distinctius non exprimatur. Cosmonossensi Domui regendae admotus ibidem vitam religiosissime clausit A. MDCXCI.

FRANKOVITS alias HORVÁTH (*Paulus a Nativitate B. V. Mariae*) natione Hungarus in lucem editus est Szakolczae, quae Libera, Regia Civitas in Provincia Nitriensi floret, Anno MDCXXIII. Absolutis in Moravia ob turbulen-

ta tempora Strasnicii litteris, ad Scholarum Piarum Institutum admissus est Lipnicii A. MDCXL. At mox exorto bello Svecico, et per Bohemiam, et Moraviam latissime grassante, et omnia ferro, caedibus, flammis occupante una cum Rectore suo, Magistroque Novitiorum Patre Ioanne Dominico Franchi a Cruce, aliisque Institutum nostrum ritu solenni professus, ceterisque religiosis tironibus novem apertum vitae discrimen declinaturus in Poloniam secessit, ubi reliquum vitae tempus ab Anno MDCXLI. summa cum laude ad annum MDCLXVI. exegit. Nam cum ad exercendum ordinis nostri munus apprime idoneus videretur, plurium annorum intervallo elegantiores litteras, Rhetoricae praecepta, scientiam numerorum, et Calligraphiam, sed praecipue fundamenta Doctrinae Christianae, ac secundum hanc instituendas vitae rationes non minus pauperi, quam nobili Adolescentiae indefessa diligentia tradidit, et perspicuitate summa explanavit, et plura opuscula huius usibus tam prosa, quam versa oratione cum fidei rudimentis tempore diverso Varsaviae publici iuris fecit, quae utinam mihi distinctius innotuissent. Inde Rectoris personam in variis Poloniae Domibus, et Prividiae in Hungaria primus tanta cum dignitate, nominisque commendatione sustinuit, ut non solum suffragator

semel,

semel, atque iterum Praepositus Provincialis Poloniae, et Hungariae, quo in officio sexennium exegit, Comitiis Generalibus Romae interfuerit, sed etiam primum post separatam a Germania Poloniam Anno MDCLXI. Patrum conscriptorum vota in Generali Conventu Anni M. DCLXXI. inter eos, qui *Assistentes Generales* nuncupantur, referendum putarint. Expleto sexennio Romae anno MDCLXXXIII. quo post dissoluta Comitia Generalia, et Moderatorem universi ordinis prius electum Carolum Ioannem Pironi a Iesu Maria, vel potius pro aliis sexannis confirmatum singuli Patrum Convocatorum in suam provinciam remearent, et noster quoque Paulus viam ingressus ad patriam contenderet, Viennam penetrans inopinate gravi morbo corripitur, et in hospitio Fratrum Misericordiae diu curatur, sed malo invalescente, viribusque prostratis, omnibus morientium sacris mysteriis munitus de vita hac caduca decessit, et ad meliorem transivit XVII. Augusti MDCLXXXIII. et in Coemeterio S. Stephani tumulatus fuit Viennae, quam anno eodem a XII. Iulii per supremum Turcici exercitus e ducentis millibus constantis Imperatorem arctissima obsidione pressam, et ad incita ferme redactam, tandem auspice Deo caesis ad interneciorem hostibus XII. Septembris foederati Christianorum

 Prin-

Principes ab interitu vindicatam pristinae libertati asseruerunt. Adhuc aliqua de nostro Paulo indicanda sunt; quae ingrato silentio minime involvi debent, illum primum fuisse, dum summa potestate Provinciae Polonae cum Hungaria iunctae praeficeretur, qui utpote Vir in omni genere scientiarum versatissimus, Institutique amantissimus, periculo doctrinae facto, eximioque delectu Philosophiae, ac Theologiae Doctores in Polonia, et Hungaria pro studentibus clericis nostris constituerit. Philosophiam laicus homo docebat Podolini: Theologiam vero apud PP. Dominici, ac Francisci Lectores, *maxime* D. Thomae Aquinatis doctrinam excipiebant. Haec de Paulo Frankovitz.

FREZZA (*Erasmus a SS. Trinitate*) vitale lumen primum hausit Neapoli Anno M. DCXCVII. Iuvenis humanioribus litteris eruditus ordini Scholarum Piarum nomen dedit Anno MDCCXIV. Expleto religiosae vitae tirocinio, et sublimiorum scientiarum cursu, magna ingenii, atque industriae laude absoluto, Rhetoricam primum, dein Philosophiam, et SS. Theologiam nostris Iunioribus, atque exteris Auditoribus summa perspicuitate, parique applausu explanavit. Romae ordinarius conscientiae Arbiter in Basilica Divi Petri, atque in congregatione

tione sacri Indicis Consultor nominari meruit. Sacri Oratoris personam non minore sui Ordinis commendatione, quam populorum solatio, atque utilitate sustinuit. Quibus occasionibus sacros sermones, et plures argumenti Theologici Dissertationes Neapoli, ac Romae annis diversis publica luce vulgavit, Caietae Censor, vel *Examinator*, ut vulgo aiunt, Cleri, atque Theologus Episcopi renunciatus est, Domum illam insigni dexteritate, ac prudentia rexit, et occasione Comitiorum Generalium Anno MDCCLXXII. Convocatorum Romam suffragator accessit. Postremo pulmonum hydrope, ac superveniente gangraena ex hac vita caduca erecta in Deum mente sacris munitus mysteriis ad meliorem transivit. Caietae Anno MDCCLXXVII.

FRISE (*Franciscus Xaverius a S. Gerardo*) Bohemus, Litomislii, primum vitae lumen inivit Anno MDCCXLI. Ordini Scholarum Piarum, cuius desiderio, atque amore a primis pueritiae annis flagrabat, se totum addixit Anno MDCCLVI. Vir svavitate morum, excellenti doctrina tum sacra, tum profana, multiplici eruditione, iudicandi acrimonia, insigni agendi dexteritate, optime de aliis merendi studio, atque illaetabiles inter vicissitudines forti, erecto, atque invicto animo conspicuus.

cuus. Tirocinio vitae religiosae superato, Iuvenis ingenio sagacissimo praeditus, maxima laude, suique nominis fama Humanarum, Divinarumque Scientiarum cursum emensus est. Postea Scholas vernaculas, Grammaticas, *Rhetoricam* et Poësim mira discentium utilitate octo annis docuit. His exactis Philosophiae, Theologiae, ac sacrae Iurisprudentiae Professor, simulque Gymnasii, vernacularumque Scholarum Praeses constitutus, tanta dexteritate imposito satisfecit muneri, ut non solum praeclaram de se conceptam maiorum exspectationem aequaverit, sed multis passibus etiam superaverit. *Fuit* delectus inter quatuor illos, qui communi studio, ac consensu ad introducendum in Bohemiae provinciam systema novum, scholasque *Normales* sic dictas Viennam Anno MDCCLXXVI. mittebantur. Rector Richnoviensis, Litomisliensis, Pragensis, ac Consultor Provincialis, ubique prudentiae, mansvetudinis, liberalisque animi, et caritatis luculenta reliquit vestigia. Unde factum est, ut indictorem provincialium comitiorum occasione, singulis fere Patrum conscriptorum votis plena rerum gerendarum potestate toti Provinciae Anno MDCCLXXXV. praeficeretur: qua in dignitate cum in dies conatus ad Reipublicae commodum, Iuventutisque progressionem geminaret, insuper Consilii maturitate,

ac

ac promtitudine, constantia, et firmitate animi, singularique erga omnes benevolentia Instituti decus proveheret, in eadem iterum Anno M. DCCXCI. ac tertium Anno MDCCXCVII. concordibus votis, omniumque acclamatione Nicolsburgi ultro stabilitus fuit. Utinam diu vivat incolumnis, ut sub huius regimine in Bohemia, Moravia Scholae laetis efflorescant incrementis. Habet hic Vir praestantissimus multa sane adversaría insigni cognitione Philologica, Theologica, Historica referta, et luce dignissima, quibus ob gravissimas, et multiplices curas, atque occupationes ultima hactenus lima defuit. Quantum valeat Poësi luculento esse potest argumento elegantissimum sane opusculum huius inscriptionis: *Episcopalis inauguratio Poetico applausu celebrata, quum Reverendissimus, ac Illustrissimus D. D. Ioannes Leopoldus S. R. Imperii Eques ab Hay Dei, et Apostolicae Sedis gratia Episcopus Reginaehradecensis etc. etc. in eodem Episcopali Reginaehradecensi throno solenni ritu collocaretur, a Richnoviensi Piarum Scholarum Collegio in publicam laetitiae, gratulationisque signifigationem summa veneratione, et submissione oblata* Anno MDCC-LXXX. 4. Amoenum occurrit legenti carmen elegiacum in hac *Bohemicae Piarum Scholarum Provinciae gratulatione*, quam sequuntur

ultra

ultra tradecim Hexasticha germanico idiomate: *Wünsche der Reichenauer Hauptschule.* Accedit ad haec versus hexameter, sive poëmation venustulum *Reginaehradencensium gaudium, et votum pietatis* explicans, et manifestans, quo laudatum opusculum absolvitur.

FRITSH (*Bernardinus a S. Catharina*) Silesius Hennersdorfensis auras vitales primum delibare coepit Anno MDCCXXXII. Institutique solennem professionem fecit MDCCL. Vir, qui a singulari agendi dexteritate, prudentia, eruditione, et Consilio apud Scholas Pias Provinciae Bohemae paucos admodum sibi pares habuit, neminem vero superiorem. Hic severioribus disciplinis excellenti cum progressione illam addixit operam, ut olim futurus esset, vel primis ab ordine suscepto temporibus ingenio, industria suos inter semper princeps cumulatissime ostenderet, ac declararet. Cum classes vernaculas, et humaniores litteras insigniter pluribus annis tradidisset; Professor Philosophiae, ac subinde Theologiae, et SS. Canonum designatus conceptam de se opinionem penitus explevit. Pro-Rectoris. Praefecti Scholarum, Rectoris denique, ac primarii animarum Curatoris Albo-aquae munus omni adcuratione gessit, decoris creditae sibi Ecclesiae, com-

munis

munis observantiae, ac Scholasticae progressionis perstudiosus. *Assistentis*, ut aiunt, Provincialis officio defunctus Praeses Provinciae communibus omnium suffragiis electus est. Septem et quod excedit annos, et si valetudine plerumque infirma, podagraeque doloribus adfligeretur, officium tamen hoc supremi Moderatoris ea fide administravit, ut nihil non pro gloria, et incremento Instituti agendum susciperet Vir summae in egregios Professores, amatoresque scientiarum liberalitatis, et singularis in discipulos benevolentiae. Nam, si ex temporibus, quibus administratio Provinciae Viro illi demandata ad merita eius recte concluditur, hunc providum virum in negotiis adsiduum, atque indefessum, fortem, tenacemque propositi, et plenum maturi Consilii nemo in dubium vocabit. Ob infractas morbis, et laboribus vires dimisso Praesidis Provincialis munere ad rectionem Domicilii Moravo Traboviensis a fratribus postulatus, eidem duobus iterum annis aegre admodum praefuit; sed et huic officio deficientibus penitus viribus apoplexia semel, atque iterum tactus valedixit, atque frequentes inter Theologicarum virtutum significationes religione summa exspiravit Treboviae Vir longiore vita dignissimus Anno Aerae Christianae MDCCLXXXIX.

IX. Testes eruditionis magnae luculenta supersunt ingenii monumenta huius inscriptionis:

1) Positiones Theologicae de gloria, et cultu Sanctorum Pragae Anno MDCCLXVIII. 4to.

2) Propositiones ex universa Theologia selectae, cum adnexa de Iudiciis, et Censuris Religionis Dissertatione, quam recensuit, et adornavit Bernardinus Fritsch a S. Catharina Senensi C. R. Scholarum Piarum SS. Theologiae Professor Litomislii typis Antonii Kamenicki Anno MDCCLXIX. 4to.

3) Dissertationes tres de Censoris iudicio in religionis negotiis, quas elaboravit Bernardinus Fritsch a S. Catharina Senensi C. R. Scholarum Piarum in Dietrichsteiniano Collegio Nicolsburgi *SS.* Canonum Professor. Nicolsburgi litteris Franciscae Viduae Neumannianae Factore Ioanne Diller Anno MDCCLXXI. 4to. His Dissertationibus auro, cedroque dignissimis paulisper immorabimur, earumque conspectum dabimus, ut quanti sint momenti, quantae utilitatis, atque eruditionis penitius agnoscantur. Clarissimus Auctor, postquam praefatus est ad Lectorem, Auctores plures, qui nonnulla de Censorio iudicio scripserunt, enumerat. Sequuntur hos tres Dissertationes, quarum singulae summa perspicuitate distinctis, ac sibi subiectis capitibus

bus explicantur, et quasi obtutu uno totius operis conspectum sistunt hoc ordine:

§. II.

§. II. Censuram nostro aevo postulant fraudes, quibus pravi auctores noxia sua commenta in libris involvunt, ut: elegantia sermonis patrii, profana eruditione etc. etc.

§. III. Censuram exigit *Libertinorum huius* aetatis copia, quique corruptae rationi revelata religione, et auctoritate spreta nimium indulgent.

§. IV. Censurae necessitas, et aequitas commendatur ex Virorum pietate, et sapientia praestantium lapsu, et erronea doctrina.

§. V. Censurae necessitas, et aequitas ex ipsorummet haereticorum factis, et *exemplis* evincitur.

§. VI. Censurae necessitas, et aequitas celebri, quod in actis Apostolorum refertur, exemplo commendatur.

Caput III. In quo argumenta, quae adversarii censurae opponunt, refelluntur.

§. I. De iis, quae praecipue censurae adversantur, disseritur.

§. II. Satis fit argumentis ex Sacra Scriptura petitis.

§. III. Nonnulla veterum Patrum facta, et dicta ab adversariis prolata explicantur.

§. IV. Sophismata ex rationibus contexta dissolvuntur.

§. V. Epilogus Dissertationis.

Dis-

§. III. De censuris Academiarum, quas coniunctim cum Episcopo tulerunt.

§. IV. De Censorio Academiarum Iure ab Episcoporum auctoritate seiuncto.

§. V. Censura Academiarum non est, nisi doctrinalis.

§. VI Quorundam Academicorum Doctorum iudicium nec censurae Academicae vim habet, nec toti Academiae imputandum est.

§. VII. Reliqua exponuntur, quae in Censuris Academiarum observanda sunt.

Caput III. De Iure, quo Episcopi censuram ferunt.

§. I. Episcopis competit censurae auctoritas ex ipsa muneris sui dignitate.

§. II. Ius authenticae censurae Episcopis ex Sacrarum Litterarum, et Patrum testimonio, veterique consvetudine vindicatur.

§. III. Idem Censurae Episcopalis ius recentioribus exemplis stabilitur.

§. IV. Censorio Episcoporum Iuri Romani Pontifices non adversantur.

§. V. Quae sit Censurae Episcoporum auctoritas, clarius exponitur.

§. VI. Prudens moderatio ab Episcopis in iudicio censorio non est negligenda.

Caput IV. De Suprema Romani Pontificis, in Iudiciis, et Censuris religionis auctoritate.

§. I. Ius Censorium Romano Pontifici ex suprema illius dignitate, dequa generatim disseritur, derivandum est.

§. II. Indefiniendis fidei causis, atque adeo religionis censuris primas esse partes Romani Pontificis Patrum traditione ostenditur.

§. III.

§. III. Eadem Censurae Romanorum Pontificum auctoritas antiquitatis exemplis confirmatur.

§. IV. Supremam esse Romani Pontificis in causis Religionis censoriam potestatem confirmarunt Episcopi, dum ad eundem fidei negotia retulerunt.

§. V. Idem Censurae Ius agnoverunt Auctores et Catholici, et haeretici, qui sua monimenta Romanorum Pontificum iudicio probari voluerunt.

§. VI. In Censura ferenda saepe utilissima est prudens oeconomia, qua et Romanos Pontifices usos fuisse nonnullis exemplis ostenditur.

§. VII. De auctoritate, ac fide, quae Pontificiae censurae tribuenda est.

§. VIII. De conditionibus legitimae Pontificiae censurae.

§. IX. Reliqua, quae in Pontificiis censuris observanda sunt, compendio exponuntur.

Caput V. De Iure Censurae, quod sacris Congregationibus Romanis competit.

§. I. De auctoritate Censurae a sacris Congregationibus latae.

§. II. Refelluntur ea, quae vulgo adversus censuras, et librorum prohibitiones a Sacris Romanis Congregationibus factas obiiciuntur.

§. III. Prudens, ac circumspecta moderatio, qua Censurae a Sacris Congregationibus feruntur, expenditur, et quod in iisdem Censuris praeterea observandum, explicatur.

§. IV. Reprimenda est quorumdam scriptorum audacia, qui Sacras Congregationes conviitiis lacessunt.

Ca-

§. VI.

 Tantum de libro praestantissimo.

FROMM) *Marcellinus a S. Theresia*) Pragensis Bohemus vitae lumen inivit Anno MDCCXLVI. Vir svavissimae indolis, et ab ineunte aetate laboris patientissimus, qui Adolescens Instituto Scholarum Piarum Anno MDCCLXVI. ritu solenni adscriptus in variis sui Ordinis Gymnasiis Calligraphiam, Scientiam numerorum, et Arithmeticam compositam (*Scrittura doppia*, *Scriptura dupplex* ab aliis adpellatur) Haydae in Bohemia per septem et viginti annos docuit atque explanavit. Dum vero Civitatis huius incolae

colae potissimum mercatores, in Russiam, Hollandiam, Hispaniam, et Lusitaniam cum mercibus, et oneribus commeent, et praecipuus luventutis erudiendae conatus in eo versaretur, ut in mercatura exercenda praestantes Viri abunde sibi, ac posteris de sustentatione, *caeterisque* vitae commodis prospecturi evaderent; continuo vires eo retulit, ut plurimis familiaris esset Scientia Rationes ita ducendi, ut emolumenti, aut detrimenti ex quocunque negotio cum ex toto, tum ex qualibet eius parte provenientis quantitas distincte, et accurate determinetur. Porro aliquot praeclarae indolis pueros opificio se addicere volentes, maioris perfectionis gratia in delineandi, adumbrandi, pingendique arte mirando progressu erudivit, in quibus *omnibus iure* optimo celebres inter Magistros referri potuit. Sed dum singula strenue agit, normalium, ut aiunt Scholarum Rector Haydensis, inopinate pectoris hydrope oppressus magno discipulorum suorum dolore, ac Societatis Mercatoriae, Civitatisque universae luctu, ac moerore propemodum incredibili exstinctus est A. MDCCXCIX. Ingenii, atque industriae luculenta his in artibus exstant monumenta, et specimina, conservanturque in Collegio eiusdem Instituti nominato, quae liberalium artium periti dexteritatem huius Viri admirantes ab oblivione vindicabunt.

FUCHS (*Hubertus a S. Venantio*) Austriacus Poisdorffensis natus est Anno Salutis MDCCXXXIV. Instituto Scholarum Piarum nomen dedit Anno MDCCLI. Lipnicii, eidemque se totum post religiosi tirocinii exactum biennium devovit,

vit, qui per plures annos in Scholis tam vernaculis, quam latinis munus exercuit. Ad recens natam Provinciam Rhenano-Svevicam translatus, primum Kirnae Praefectum Convictorum, et Praeceptorem classium Latinarum magno progressu egit Deinde Rastadii Verbi Divini Praeconis, tum Kirchbergae Rectoris munus laudabiliter gessit. Tandem universae Provinciae Moderator suffragiis communibus electus, eandem inter plures, easque acerbas vicissitudines, quarum postrema ei sane luctuosissima fuit, trium nempe Domorum per Gallos eversio, quatuordecim annis gubernavit. Quum vero iam longo tempore incommoda valetudinis persentisceret, dum molestum iter Wallersteinium, et inde Campidonam facit, vehementissime aegrotare coepit, tandem Anno MDCCXCV. pituitosa apoplexia tactus. Vir longiore vita dignissimus inter adstantium preces vivere desiit. Quamvis molestis, et multiplicibus negotiis implicitus esset nonnulla tamen ad usum Iuventutis edidit:

1) Predigt auf das Millenarium des Stifts Kempten. Gedrukt in Kempten A. MDCCLXXVII. 8vo.

2) Exercitationes cum soluta, tum ligata oratione in usum utriusque Eloquentiae Tironum. Campiduni Anno MDCCLXXX. 8vo. Plura egregia Mss quae iniuria temporum delitscunt post se reliquit.

FUCHSTALLER (*Nicolaus a S. Vito*) primam vidit lucem in Austria superiore Freystadii A. MDCCXXXIV. Ordinis Scholarum Piarum religiosa veste amictus est A. MDCCLII. Adolescens

hu.

humaniores litteras, et biennium tirocinii reli si emensus, confectoque sublimiorum Scien rum cursu Scholas vernaculas, et latinas pluri annis egregie docuit. Ad Academiam, quae Vi nae florebat Sabaudico Lichtensteinianam, tra latus Philosophiam Nobili Inventuti magna om nis commendatione, nominisque sui gloria exp navit. Rector Freystadiensis demum semel, que iterum designatus. Vir egregius, cui omn boni diuturnam incolumitatem precabantur, int vivos agere desiit A. MDCCLXXXVIII. Hui industriae adscribuntur sequentia ingenii, atq industriae monumenta huius inscriptionis:

1) I. F. Weidlers Anleitung zur unterirr schen Mess-oder Marckscheidekunst, überse Viennae Austriae Anno MDCCLXV. 8vo.

2) Anfangsgründe der Naturlehre zum G brauch der Vorlesungen der K. K. Militair Ac demie ibidem Anno MDCCLXIX. 8vo.

3) Institutiones Physicae in usum Academi Sabaudicae Anno MDCCLXXIII. 8vo.